

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



B 207.

TAYLOR INSTITUTION.

BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY

BY

ROBERT FINCH, M. A.

OF BALLIOL COLLEGE.

2 3

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΤΑΚΤΙΚΑ, ΠΕΡΙ-
ΠΛΟΙ, ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ, ΚΑΙ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΣΤΟΙΚΟΥ
ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.
AMSTELODAMI,
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS 1683.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ

ΤΕΧΝΗ ΤΑΚΤΙΚΗ, ΕΚΤΑΞΙΣ ΚΑΤ ΑΛΑΝΩΝ, ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΠΟΝΤΟΥ ΕΥΞΕΙΝΟΥ, ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ, ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ, ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ, ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΚΑΙ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ, Α ΕΝ ΤΩ ΙΩΑΝΝΟΥ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΑΝΘΟΛΟΓΙΩ, ΚΑΙ ΕΝ ΤΑΙΣ ΑΓΕΛΛΙΟΥ ΑΓΡΥΠΝΙΑΙΣ ΑΤΤΙΚΑΙΣ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ARRIANI

ARS TACTICA, ACIES CONTRA ALANOS PERIPLUS PONTI EVXINI, PERIPLVS MARIS ERYTHRAEI, LIBER DE VENATIONE, EPICTETI ENCHIRIDION, EJVSDEM APOPTHEGMATA ET FRAGMENTA, QVAE IN JOANNIS STOBAEI FLORILEGIO, ET IN AGELLII NOCTIBVS ATTICIS SVPERSVNT.

Cum Interpretibus Latinis, & Notis.

Ex Recenſione & Muſeo.

NICOLAI BLANCARDI.

AMSTELODAMI,
Apud PETRUM DE COUX,
MDCCL.

BODLEIANA

ILLVSTRISSIMO. CELSISSIMOQVE.

HENRICO. CASIMIRO.

DEI. GRATIA. PRINCIPI. NASSAVIAE. COMITI. CATTIMELIBOCORVM. VIANDAE. DIETZIAE. SPIEGELBERGAE. BARONI. LIESVELDIAE. DOMINO. BIELSTEINII. HEREDITARIO. PERVETVSTAE. ET. LIBERAE. FRISIORVM. CIVITATIS. TVM. GRONINGAE. OMLANDIAE. DRENTIAE. QVE. GVBERNATORI. COPIARVM. DOMI. BELLI. QVE. DVCI. AC, IMPERATORI. PATERNARVM. AVITARVM. QVE. VIRTVTVM. OMNIVM. HEREDI. EGREGII. PVBLICI. STATORI. LEGVM. VINDICI. ECCLESIARVM. PATRONO. ACADEMIAE. FRANEKERANAE. CVRATORI. HONORARIO. ET. MAGNIFICENTISSIMO. NICOLAVS. S.F.N.N.S.P. BLANCARDVS. BELGA. LEIDENSIS. ARRIANI. DE. MILITARIBVS. ORDINIBVS. MORE. GRAECORVM. INSTITVENDIS. OPVS. SINGVLARE. ACIEMQVE. ADVORSVS. ALANOS. ET. CAETERA. EJVS. MONVMENTA. D.N.M.Q.E. CONSECRABAT. FRANEKERAE. EX. ILLVSTRI. ACADEMIA. M. Ioc. LXXXII. ID. OCTOBR.

Hoc Volumine Continentur.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΤΕΧΝΗ ΤΑΚΤΙΚΗ; Arriani ars tactica, ex recenſione Nicolai Blancardi, (qui varias picturas, & Macedonum phalangem, lemmata item Græca & Latina ad oram libri adjecit) & interpretatione Joannis Schefferi. Subjiciuntur notæ & animadverſiones.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΕΚΤΑΞΙΣ ΚΑΤ ΑΛΑΝΩΝ, Arriani acies contra Alanos, ex eorundem caſtigatione & verſione. Accedunt interpretis notæ.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΠΟΝΤΟΥ ΕΥΞΕΙΝΟΥ, Arriani periplus Ponti Euxini, ex emendatione Nicol. Blancardi, & interpretatione Joh. Guilielmi Stuckii. Accedit ipſius Ponti tabula chorographica.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ, Arriani periplus maris Erythræi, ex eorundem recenſione & interpretatione. Addita eſt Abrahami Ortelii tabula chorographica emendata.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ, Arrianus de Venatione, Luca Holſtenio interprete. Nicol. Blancardus Græca ex codice manuſcripto;

to, & verſionem, variis in locis emendavit. Accedunt ex libris emendationum Henrici Stephani quædam Schediaſmata.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ, Epicteti Stoici Philoſophi Enchiridion, ex interpretatione Hieronymi Wolfii. Nicol. Blancardus Græca recenſuit, varias Codicum lectiones, & paucas animadverſiones adjecit. Accedunt notæ integræ Hieron. Wolfii, & Merici Iſ. F. Caſauboni.

ENCHIRIDII Paraphraſis Græca, quam Mericus Caſaubonus primus edidit, vertit, & notis illuſtravit.

EPICTETI STOICI ENCHIRIDION, ab Angelo Politiano e Græco verſum. Præmittitur Politiani ad Laurentium Medicem epiſtola. Subjicitur ejuſdem pro Epicteto ad Bartholomæum Scalam epiſtola.

EPICTETI APOPTHEGMATA, quæ Nicol. Blancardus e Græcis Joannis Stobæi Eclogis moralibus decerpſit; Hieronymus autem Wolfius Latine vertit.

EPICTETI FRAGMENTA, e Marci Aurelii Antonini libris, & Agellii Noctibus Atticis collecta.

DE

DE EPICTETO Elogia quædam & Judicia. Denique vita ejuſdem, cum Notis aliquot Caſauboni & Blancardi.

VARIORUM CODICUM,

Quorum auxilio hi libri ſunt recenſiti, & plurimum illuſtrati.

ARRIANI TACTICA Manuſcripta, ex Bibliotheca Claudii Salmaſii. Eadem cum Mauricii artis militaris libris vulgavit Joannes Schefferus Argentoratenſis, Upſaliæ, MIↃC LXIV. *Conſuluimus quoque Aelianum, ex interpretatione Theodori Gazæ; quem cum Vegetio, aliiſque de re militari ſcriptoribus, edidit amicus dum viveret noſter Petrus Scriverius. Lugduni Batavorum,* MIↃCVII. *Altera Aeliani editio Veneta,* MIↃLII. *Cui præfuit Franciſcus Robortellus, Utinenſis; qui primus Græce in lucem dedit, poſt Gazam Latine vertit, multiſque imaginibus illuſtravit. Tertio Conradi Geſneri. Tiguri,* MIↃLVI. *Quarta Sixti Areerii, cum nova interpretatione Latina, notiſque & animadverſionibus. Lugduni Batavorum,* MIↃCXIII.

PERIPLUS PONTI EUXINI, ET PERIPLUS MARIS ERYTRAEI. Græce. Baſileæ, MIↃXXXIII. *Iidem Græce & Latine.*

tine, cum ampliſſimis, Scholiis Io. Guilielmi Stuckii Tigurini. Lugduni, M IↃ LXXVI.

LIBER DE VENATIONE manuſcriptus, quem Roma tramiſit Octavius Falconerius. Eundem primus edidit, ac Latine vertit Lucas Holſtenius, Vaticanæ Bibliothecæ dum ſuperſtes præfectus. Pariſiis, M IↃC XLIV. *Uſi etiam ſumus κυνηγετικῷ Xenophontis Majoris, ex Omniboni, vel potius Omnimali, interpretatione. Adhibuimus autem cum H. Stephani, tum Io. Leunclavi cura expreſſas typis editiones: illam* M IↃ LXXXI, *hanc* M IↃ XCVI.

EPICTETI ENCHIRIDION cum Simplicii Commentario, Græce. Venetiis per Joan. Antonium & Fratres de Sabio. Anno Domini M IↃ XXVIII, *menſis Julii.* * *ARRIANI EPICTETUS, Græce. Venetiis in ædibus Bartholomæi Zanetti Caſterzagenſis, ære vero, & diligentia Joannis Franciſci Trincavelli. Anno a partu virginis* M IↃ XXXV. *menſe Septembri. Hunc codicem manuſcriptum habuit Victor Trincavellus, depromptum e Bibliotheca Georgii a Selua Vaurenſis Epiſcopi, ac Chriſtianiſſimi Gallorum Regis ad Senatum Venetum Oratoris.* * *ARRIANI de Epicteti Diſſertationibus Libri* IIII. *Series operis hæc eſt. Epicteti Enchiridion Angelo Politiano interprete. Arriani Epictetus, Iacobo Scheggio Medico Phyſico Tubingenſi interprete. Ejuſdem in quoſdam locos annotata. Epicteti Enchiridion, Græce. Apopthegmata e Joannis Stobæi Eclogis, Græce. Arriani Epictetus, Græce. Baſileæ, ex Officina Joannis Oporini, Anno Salutis humanæ* M IↃ I IIII, *menſe Martio.* * *EPICTETI*

En-

Enchiridion Græce ac Latine cum explanatione Thomæ Naogeorgi. Argentorati excudebat Wendelinus Rihelius, Anno M IↃ LIIII, X *Martii.* * *EPICTETI Enchiridion, Græce & Latine. Antverpiæ, ex Officina Chriſtophori Plantini, architypographi Regii.* M IↃ LXXVIII. *Item* M IↃ LXXXV. * *EPICTETI Encheiridion, Græce & Latine, Hieronymo Wolfio interprete, cum ejuſdem Annotationibus. Tomus II. EPICTETI Enchiridion, cum Simplicii Scholiis, Latine, H. Wolfio interprete, cum ejuſdem Annotationibus. Tomus III. ARRIANI Commentariorum de Epicteti Diſputationibus Libri* IIII. *Græce & Latine, H. Wolfio interprete, cum ejuſdem Annotationibus. Coloniæ, in officina Birckmannica, ſumptibus Arnoldi Mylii. Anno* M IↃ XCV. * *SIMPLICII Commentarius in Enchiridion Epicteti, ex libris veteribus emendatus, Cum verſione Hieronymi Wolfii, & Cl. Salmaſii Animadverſionibus, & Notis. Lugduni Batavorum,* CIↃ IↃC XL. * *EPICTETI Enchiridion, una cum ARRIANI Commentariorum de Epicteti diſputationibus libri* IV. *Omnia Hieronymo Wolfio interprete, cum ejuſdem annotationibus. Cantabrigiæ, ex Academiæ typographeo,* M IↃC LV. * *EPICTETI Enchiridion, cum Notis Merici Caſauboni, Iſ. F. Ejuſdem Enchiridii PARAPHRASIS Græca, ex qua non pauci in Enchiridio loci reſtituti: nunquam antehac edita. Item, Paraphraſeos Verſio, cum Notis ejuſdem. Londini,* M IↃC. LIX. * *EPICTETI Enchiridion: una cum SIMPLICII Commentario. Item ARRIANI*

Com-

Commentariorum de Epicteti diſputationibus, libri IV. Omnia Hieronymo Wolfio interprete. Londini, M IↃC LXX. * *Fuere & alia in Batavis expreſſa exemplaria tria, in præcipuis à me inſpecta & collata: quæ heic ſingulatim recenſere, nihil attinet.* * *ANGELI POLITIANI verſionem, una cum duabus epiſtolis, ex operibus ejus bona fide deſcripſi. Vulgavit iſta Pariſiis Jodocus Badius Aſcenſius,* M IↃ XII, *Sed in locis plurimis peſſime diſtincta.* * *EPICTETI APOPTHEGMATA e Joanne Stobæo decerpta. Hujus Eclogas morales nitidiſſimis formis expreſſas dedit Andreas Wechelus, Francofurti* M IↃ LXXXI. * *EPICTETI FRAGMENTA Marcus Aurelius Antoninus, opere De rebus ſuis, ſive De eis quæ ad ſe pertinere cenſebat, nobis ſervavit; pauca illa quidem, Sed oppido bona. Tanti Imp. libros* XII, *poſt Mericum Caſaubonum, illuſtravit vertitque venerabilis doctiſſimuſque ſenex Thomas Gatakerus, Londinas. Excuſi Cantabragiæ,* M IↃC LII. *Reliqua, & plura, debemus Agellio in Noctibus Atticis. Ad manus olim fuit Henrici Stephani editio Francofordiana* M IↃC III. *Dein altera, Amſtelodamenſis,* M IↃC LXV. *Quæ prioribus omnibus docti hominis cura multo caſtigatior dicebatur. Inde ſedulo decerpſi, quicquid reliquiarum Epicteti occurrit. Sed excerpta illa cum vetuſto codice, in membranis ſcripto, tædioſa quidem moroſitate, ſed tædium vincente amore contendi. Hunc ego librum, alioſque bonæ notæ, publicis ſumptibus redemptos, in Bibliothecam repoſui: ratus fore, ut præclaris ingeniis auxilio eſſent, & Academiæ*

cædemiæ ornamento. nam barbaros , κοβάλους δαίμονας , & ἀλαζονοχαυνοφλυάρους , alioſque recentia ſolum crepantes , & veteris memoriæ incurioſos , ab his ſacris arceo. De quibus ad Arriani διαλέξεις plura dicentur.

APPIANOY TEXNH TAKTIKH.

ARRIANI ARS TACTICA.

Ex recenſione

NICOLAI BLANCARDI

BELGAE *Leidenſis*,

Et

Interpretatione

JOANNIS SCHEFFERI

Argentoratenſis,




Haec tabula inseratur Pag. 113.
QVAE
INA HEIC
SSA VIDES,
TOR, EA OM-
QVE PLVRA,
IANI PERI-
PPERIVNTVR:
ERA AB ALI-
SCRIPTA,
TO CONSI-
SVNTO-
MISSA.
Boryſthenes flu.
Olbia
Boryſthenes inſ.
Odeſſus
Iſtrianorum portus
Iſiacorum portus
Pſilum oſtium.
Leuce inſula
Calon oſtium
Naracum oſtium
Iſter flu.
Iſtria
Tomos
Callantia
Portus Carorum.
Tetriſias
Dionyſopolis
CARIA
Odeſſus
Meſembria
Cherronesus.
Apollonia Magna
Auchialus
Aulæi mœnia
Thinias
Salmydeſſus
THRACIÆ PARS.
Phrygia
Byzantium
BOSPORUS
PROPONTIS
THRACIA
Melæna prom.
THRACIUS
Veneris fanum
Calpes portus
Apollonia inſ.
Chele
Lillium
BI
THY
NI
Rhot fl.
Pilis fl.
Rhebas fl.
Artanes fl.
Iovis Vrii fanum
Mons
Strobilus
Aſtelephus fl.
HENIOCHI
Hippus fl.
Singames fl.
Chobus fl.
Megrus fl.
Chariſtus fl.
Phaſis
Phaſis fl.
Ifis fl.
Acinaſis fl.
Bathis fl.
Aſparus fl.
Abſarus & Abſyrtus
Archabis fl.
Pyxites fl.
Zagatis fl.
Adienus fl.
Aſcurus fl.
Rhinius fl.
Pſychrus fl.
Ophis fl.
Thiannica regio
Germanica.

40
50
Septentrio
ANNONIS PERIPLVS.
Columnarum fretum
Thymiaterium
Neptuni fanum
Soluns pro
Cerne insula
Lixus flu.
Chretes Stagnum
AETHIOPES.
Axeni.
Cariconthicos, Gytte, Acra, Melitta, et Arambys; civitates hoc tractu
Apocopa parva
Apocopa magna
BAR
BARI:
CVS SI:
NVS.
70
Littus parvum
Littus magnum
Sarapionis dromos
Niconis dromos
Noua fossa
Rapta emporium
AZANIA Regio Arabiæ, quam Mapharites tyrannus gubernat.
Pyralaorum insulæ septem
10

APPIANOY TEXNH TAKTIKH.

* *

Περὶ συγγραφέων τῶν τακτικὴν βιβλία συντεταγμένων.

Ὁ Πύῤῥου παῖς, καὶ Κλέαρχος, οὐχ ὁ τῶν μυρίων Ἑλλήνων ἐπὶ βασιλέα ἡγησάμενος, ἀλλὰ ἄλλος ἔτος

ARRIANI ARS TACTICA.

* *

PYrrhi filius, itemque Clearchus, non ille, qui multa Græcorum millia duxit ad regem Perſarum, verum alius quiDe auctoribus, qui Tacticos libros conſcripſere.

ANNOTATIONES IN ARRIANI TACTICA.

APPIANOY ARRIANI] Auctor iſte, cujus Tactica nos primi publicamus, eſt ἀκέφαλος, ac iccirco nomine tituloque ſuo deſtitutus, eo ſaltem in codice, quem beneficio optimi eruditiſſimique, & ad litteras, ſi quis alius, juvandas prompti paratique, Domini Emerici Bigotii poſſidemus. Non ſinunt tamen dubitare nos in calce ejus addita nonnulla, eſſe Arriani, cui hoc, quicquid eſt, debetur. Ita namque, licet mutila & ipſa, habent; Ἀρριανοῦ τέχνη τακτικὴ .....; quibus Arrianus, auctor hujus operis manifeſte ſatis indicatur. Arriani plures memorantur apud veteres. Quis eorum noſter fuerit, ex ſequentibus colligitur, quando ipſe Adriani facit mentionem, ſeque illo imperante ait hæc ſcripſiſſe. Neque enim poteſt eſſe alius, quam Nicomedienſis, Epicteti Stoici diſcipulus, & hiſtoria de rebus Alexandri; ut omittam alia ipſius opera, hodieque celeberrimus. Convenit, quod licet ipſe quoque fuerit philoſophus, militiam nihilominus coluerit, cumque regeret Cappadociam, bella contra Alanos Maſſagetaſque geſſerit. Sed nec cætera ipſius opera multum diſſimilia, ut Alanica, & Parthica, quæ acies & bella plurimum continuiſſe, haud difficilis eſt conjectura. Tempus quoque annumque cognoſcimus, quo compoſuit hoc opus, ex ipſius verbis: ita

quiſpiam Clearchus. Sed & Pauſaniæ ſcriptum eſt de hac materia. Reperitur etiam Euangeli, itemque Polybii Arcadis, qui & Scipionis Romani fuit comes, bella multa maximaque gerentis cum alia, tum illud, in quo Carthagi-

Κλέαρχος. καὶ μὴν καὶ Παυσανίᾳ ἐστὶ συγγεγραμμένα ὑπὲρ τούτων. εὕροις δ' ἂν καὶ Εὐαγγέλου, ἀλλὰ καὶ Πολυβίου τοῦ Ἀρκάδος, ὃς καὶ Σκιπίωνι τῷ Ῥωμαίων ξυνεγένετο, πολλὰς καὶ μεγάλας πολέμους ἀμφοτέρους πολεμοῦντι ἄλλους τε, καὶ ἐν ᾧ καὶ Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ

namque loquitur in ſequentibus: ὥστε ἐς τὴν δὲ τὴν παροῦσαν βασιλείαν, ἣν Ἁδριανὸς εἰκοστὸν τοῦτ' ἔτος βασιλεύει, πολὺ μᾶλλον ξυμβαίνειν μοι δοκεῖ. *Ut ad præſens imperium, quod Adrianus vigeſimum nunc tenet annum, magis mihi videantur convenire.* Liquet, anno Adriani vigeſimo ſcripſiſſe iſta, qui fatalis ultimuſque fuit illi Imperatori, poſt Chriſtum vero natum, centeſimus trigeſimus & ſeptimus. Atque iſta quidem ex hoc ipſo ſoloque opere cognovimus, cum ipſius nemo veterum recentiorumve, præter unicum Salmaſium in de Mil. Rom. quantum nobis ſcire datum eſt, ullam faciat mentionem.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ARRIANI] Dixi jam, non extare ullum titulum præfixum noſtro codici. Quia tamen talis legitur in ejus calce, retinendum & in capite putavi.

τέχνη τακτική, ARS TACTICA.] Ipſe noſter λόγον τακτικὸν appellat in ſequentibus. τὸ δὲ μοὶ, ait, ἔσαι τέλος τῶ λόγω τακτικῶ. Num & inſcripſerit hoc modo, incertum eſt. Τέχνῃσι ſane τακτικῇσι appellat etiam Poſidonii opus hujus argumenti, ſtatim ab initio. Et Leoni ſemper τακτικὴ τέχνη, τακτικὴ ἐπιστήμη genus hoc. Ipſum vide ab initio, & quæ Arcerius ad Ælianum, itemque nos ad Mauricii lib. VII.

* Πύῤῥου παῖς, PYRRHI F.] Supple, Ἀλέξανδρος, ex Ælianо. Opus hoc ipſius à nemine, præter noſtrum, atque Ælianum, arbitror laudari.

ἐπὶ βασιλέα, AD REGEM PERSARUM.] Ita emendavi. Meus habuit Βασιλέα. Βασιλεὺς ſecundum excellentiam, Rex Perſarum. Dixi prolixe in Indice Æliani noſtri, editionis ultimæ. Fuit nempe noſter Lacedæmonius, duxque Græcorum ſub Cyro. Vide Xenophontem, & Thucydidem, interpretemque ejus optimum ac Latiniſſimum, Enenkelium baronem.

ἄλλος, ALIUS.] Solenſis, Peripateticus philoſophus, diſcipulus Ariſtotelis, cujus τακτικὰ etiam ab Heſychio laudantur.

Παυσανίᾳ, PAUSANIÆ.] Lacedæmonii, ut poinor, cujus Hiſtoriæ à Suida nominantur.

Εὐαγγέλου, EUANGELI.] Citat hujus Tactica in Philopœmene Plutarchus, plurimique facta ab eo indicat, ut jam Arcerius notavit.

Σκιπίωνι τῷ Ῥωμαίων, SCIPIONIS ROMANI.] Num legendum Ῥωμαίῳ, an potius ex ſuperioribus ſubaudiendum ἡγουμένῳ? De hoc alias conſortio vide Vellejum lib. I. cap. III. & Cl. Bœclerum eo loco.

Εὐ-

Λιβύῃ εἷλήν τε καὶ ἠνδραπόδισεν. συγγέγραπται ἄλλα ὑπὲρ τούτων καὶ Εὐπολέμῳ καὶ Ἰφικράτει, οὐ τῷ Ἀθηναίων στρατηγῷ, ἀλλὰ ἄλλῳ τούτῳ. Ποσειδώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος καὶ τέχνην τινὰ τακτικὴν συγγράψας κατέλιπεν. Ἔστι δὲ ξύμπαντα ταῦτα τὰ συγγράμματα ἐκείνῃ μάλιστα οὐκ ὠφέλιμα, ὅτι ὡς πρὸς εἰδότας συγγέγραπται· καὶ τοίνυν τὰ ὀνόματα τῆς τε ὁπλίσεως ἑκάστης, καὶ τῆς τάξεως, οἱ μὲν γὰρ ὡς γνώριμα ἀνέγραψαν, τὰ δέ ἐστιν εἰ μὴ ἐξηγήσαιο πάντη ἄγνωστα. τοῦτο δὲ αὐτὸς ἔδοξέ μοι πρῶτον ἰάσασθαι αὐτῶν τὴν ἀσάφειαν. ὡς οὖν εὐγνωστότατα ἔσται τοῖς ἐντυγχάνουσι τάτε πράγματα καὶ τὰ ὀνόματα, ἐνθέν δὲ τοῦ λόγου ἄρξομαι. Ὅτι δεῖ τῶν παρασκευῶν τῶν εἰς τὸν πόλεμον, ἢ μέν τις κατὰ γὴν τυγχάνει οὖσα, ἢ δὲ διὰ θα-

Περὶ τῆς παρούσης βίβλου.

nem Lybiæ urbem cœpit, atque imperio Romano subjecit. Sed & de hac re scriptum aliquid Eupolemo & Iphicrati, non illi Athenienſium duci, verum alii cuipiam. Posidonius vero Rhodius etiam artem Tacticam conscripsit, & post se reliquit. Sunt autem omnia illa scripta nunc quidem minus utilia, quippe in eorum facta usum, qui jam tenent artem, atque ideo vocabula quoque armorum quorumlibet, & acierum, velut vulgo nota, commemorare omiserunt, quæ nunc, nisi exponantur, penitus sunt incognita. Cui eorum obscuritari mea quidem sententia hoc opusculum primum afferet remedium. Ergo ut cuilibet in hæc incidenti cognita sint & res, & vocabula, inde orationis meæ faciam initium. Omnia quæ ad

De hoc libro.

Εὐπολέμῳ, EUPOLEMO.] Hujus Eupolemi operis nemo meminit alius, quod sciam. Videtur tamen Historici illius esse, qui à Iosepho, Clemente, Eusebio, atque aliis laudatur.

ἄλλῳ, ALII.] Illi opinor, cujus testimonio ex nescio quo, Historico profecto opere, utitur Strabo lib. XVII, quod à Vossio prætermissum video in de Historicis Græcis, atque miror.

ὁ Ῥόδιος, RHODIUS.] Apud Ælianum ita legimus: ὁ δὲ στωικὸς Ποσειδώνιος καὶ τέχνην τακτικὴν ἔγραψεν. Fuit autem Stoicus Posidonius, Apameensis Syrus. quî igitur hic est Rhodius? Docet Lucianns in Macrobiis: Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος. *Posidonius Apameæ in Syria natus, lege vero Rhodius.* Civem Rhodium vult fuisse, ideoque dictum esse Rhodium, licet Syrus esset natione. Patet autem manifeste ex hoc loco, falsam esse conjecturam Vossii, Alexandrino Posidonio hoc opus assignantis. Vide ipsum lib. I. de Histor. Græc. cap. XXIV.

τοῦτο δὲ αὐτὸς, CUI EORUM &c.] In codice ipsius Cl. Bigotii manu exarato, quem postea beneficio ipsius habui utendum, observavi scriptum à latere, ex docti alicujus viri conjectura, τούτου δὲ ὄντος.

Apparatuum belli integrorum divisio.

ad bellum parantur, vel ad terram pertinent, vel ad mare. Milites enim bella gerunt, alii quidem in terra, alii vero in mari. Eorum autem qui ad bellum conducuntur, aliqui sunt destinati ad pugnandum, ut milites ipsi, aliqui vero horum caussa comparantur, ut fabrorum genus, medicorum, mercatorum, cauponum. Eorum autem qui in terra militant alia aliaque species est. Ac alterius quidem speciei sunt equites, qui utuntur equis, vel qui elephantis insident, ut ab Elidibus

λάττης. Ἐκ γὰρ οἱ πολέμιοι πολεμοῦνται, οἱ μὲν ἐν γῇ, οἱ δ' ἐν θαλάττῃ. Τῶν δὲ ὅπως οὖν πολεμούντων, τὸ μὲν τί ἐστι μάχιμον αὐτοὶ οἱ στρατιῶται, τὸ δὲ τοῦ μαχίμου εἵνεκα ἠθροισμένον, ὅσον θητικὸν ἢ ἰατρικὸν ἢ ἐμπορικὸν ἢ καπηλικόν. Τοῦ δὲ αὖ ἐν γῇ μαχίμου τὸ δ' ἐπὶ σχήματι ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ· ἐκ τῆς δευτέρας εἰδέας, τὸ μὲν ἱππικόν, ὅπερ ἵπποις χρῆται, τὸ δ' ἐπὶ ἐλεφάντων, καθάπερ τὰ Ἐλιδῶν στρατόπεδα,

Τῶν εἰς τοὺς πολέμους τελειῶν παρασκευῶν διαίρεσις.

καὶ

τὸ μὲν τί ἐστι μάχιμον αὐτοὶ οἱ στρατιῶται, ALIQUI SUNT DESTINATI AD PUGNANDUM, UT MILITES IPSI.] Puto scribendum, distinguendumque esse, μάχιμον, ὅσον αὐτοὶ. & docent sequentia.

μαχίμου εἵνεκα, MILITUM CAUSSA.] Bene εἵνεκα, nec est opus aliqua mutatione. Id meretur observari, quod non modo poëtæ, sed & alii sic loquantur.

ἰατρικὸν, MEDICORUM.] Vox nihili λατρωστὸν, pro qua repono; ἰατρικὸν. Ælianus cap. II. ἄμαχον δὲ, τὸ λοιπὸν, οἷον ἰατρῶν, ἀγοραίων. Adde Arcerii not. In Ms. Bigotii fuit λατρικὸν, quod ab emendatione nostra abest proxime.

καπηλικὸν, CAUPONUM.] Hinc puto emendandum Ælianum supra dicto loco, ubi legitur ὁτύλων, scribendumque καπήλων. Fuit nempe primum, ἀπήλων, absorpta capitali littera similitudine præcedentis, sicut fit in talibus sæpissime. Hinc deinde ἀτύλων, mox ὁτύλων factum. Scio, libros quosdam exhibere δούλων, idque tueri Arcerium, deque calonibus exponere. Sed calones non sunt plane ἄμαχοι, cum & tela subministrent præliantibus, & ipsi castra adversus hostium incursiones, ac impedimenta sæpius defendant. Vide Mauritium nostrum lib. VII. cap. IX. part. sec. itemque, quæ nos ad libri ejus I cap. II, voce φαμιλιαρικὰ notamus.

ἐπὶ σχήματι ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, ALIA ALIAQUE SPECIES EST.] Legendum divisim, non ἐπισχήματι. quod video & margini Bigotiani libri placere.

Ἐλιδῶν, AB ELIDIBUS.] Quinam sunt hi sive Elides, sive Elidi? Ego sane notos præliis cum elephantis scio nullos? Putet quispiam, Λιβύων scripsisse, nam in Libya elephanti plurimi. At, quia nimium hoc à vestigiis priorum litterarum videtur alienum esse, rectum,

καὶ τὸ Αἰθιοπικὸν, χρόνῳ ὕστερον καὶ Μακεδόνες, | & Æthiopibus olim factum, itemque poſtea à Macedonibus & Car-

tum, πάτριον Ἰνδῶν στρατόπεδον exiſtimo. Militia Indorum ſemper valuit celebriſque fuit iſtoc genere. Ac jam antiquiſſimis temporibus Stabrobates, rex Indorum opera elephantorum ſuperavit Semiramidem, ut eſt auctor Diodorus. Ante iſta tempora elephantos legas nullos in militia apud quenquam veterum. Ut non injuria exiſtimes, ab Indis primum in hos uſus edoctos, & adhibitos fuiſſe. vide noſtrum infra. Indi certe paſſim, etiam extra Indiam, magiſtri eorum ac rectores. Vegetius lib. III. cap. XXIV. *Illud additum eſt, ut Indos, per quos regebantur elephanti, cum ipſis turribus affligerent.* Polybius lib. III. τὰ θηρία εἰθισμένων τοῖς Ἰνδοῖς ἀεὶ πειθαρχεῖν. *conſueverant beſtiæ Indis ſemper morigeros ſe præbere.* Ita ſonant Græca: Caſaubonus liberius vertit: *conſueverant elephanti magiſtris ſuis morigeros ſe præbere.* Ἰνδοὺς, *magiſtros* expoſuit, quia magiſtri elephantorum, Indi. Auctor lib. I. Macab. cap. VI. καὶ ἐφ' ἑκάστῳ θηρίῳ ἄνδρες δύο καὶ τριάκοντα, καὶ ὁ Ἰνδὸς αὐτῷ. Vulgata perperam: *Super ſingulas viri virtutis triginta duo, & intus magiſter beſtiæ.* Vetus hoc vitium. Unde & in verſione antiqua Saxonica. unde von binnen was des beſties meiſter. Scribendum eſt, *Indus magiſter beſtiæ.* Indus magiſter beſtiæ, qui Græce Ἰνδὸς τῷ θηρίῳ. Frontino lib. II. cap. V. *rector elephanti* dicitur, quod convenit cum verſione Syra loci prædicti. De Indis elephantorum magiſtris teſtatur quoque Polyænus lib. IV. Antigon. III. Hæc ita ſcripſeram, cum hanc conjecturam video firmari ab eo, qui codici Bigotiano ſuas adſcripſit ſuſpiciones.

καὶ τὸ Αἰθιοπικὸν, ET ÆTHIOPIBUS.] De Æthiopum elephantis teſtis Herodotus lib. III. Strabo libro XVII, & alii. Differunt à Libycis, ut ex Æliani lib. II. De animal. cap. XI, item lib. IX. cap. LVIII. colligimus. ubi elephantum Αἰθιοπα inter alios Ptolemæi Philadelphi commemorat. Puto autem plane, conſuetudinem bellandi cum elephantis Æthiopas ab Indis accepiſſe, ut vicinis ſuis, atque ideo & ipſos inter elephantorum rectores celebrari. Seneca epiſt. LXXXV. *Elephantum minimus Æthiops jubet ſubſidere in genua.* Forte ob hanc cauſſam in Germanica Lutheri verſione ſupra dicto Maccabæorum capite, pro ὁ Ἰνδὸς, und der mohr/ ſo die beſtien regirte/ quaſi eſſet, καὶ ὁ Αἰθιοψ. Atque ſic & Sueticus: och moremannen/ ſom beſtien regerade.

Μακεδόνες, MACEDONIBUS.) Quod factum primum Alexandri M. temporibus. Pauſanias in Atticis: Ἐλέφαντας πρῶτος μὲν ἐκ τῆς Εὐρώπης Ἀλέξανδρος ἐκτήσατο, Πῶρον, καὶ τοὺ σύναμιν καθελὼν τοὺ Ἰνδῶν. *Elephantos primus ex Europæ principibus Alexander habuit, Poro & Indis devictis.* Adde totum locum.

& Carthaginenſibus, denique etiam à Romanis. Porro equeſtrium copiarum genus unum proprie equeſtre dicitur, alterum vero quod pugnat ex vehiculis. Atque equitum quidem alii equites ſunt ſimpliciter ſic dicti, alii amphippi. Simpliciter ſic dicti, qui equo utuntur unico. Amphippi vero, qui binis, non ſtratis, & conjunctis, ut ab

καὶ Καρχηδόνιοι, καὶ πρὸς Ῥωμαίους. ἔστι δὲ ἀφ' ἵππων μαχητικὸν τὸ μὲν ἰδίᾳ λεχθὲν ἂν ἱππικὸν, τὸ δὲ ἐφ' ἁρμάτων. καὶ ἔστι ἱππικὸν, οἱ μὲν ἱππεῖς, οἱ δὲ ἄμφιπποι. ἱππεῖς μὲν, οἱ ἐφ' ἑνὸς ἵππου ὀχούμενοι· ἄμφιπποι δὲ, οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀστρώτοιν ξυνδεδεμένοιν, ὡς μεταπηδᾶν ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλον.

Καλχηδόνιοι, CARTHAGINENSIBUS.] Scribo Καρχηδόνιοι: nam Καλχηδόνιοι ſunt nulli. Carthaginenſium elephantos nemo ignorat, niſi qui ignorat bella Punica cum Romanis. Lucretius in tantum eos celebrat hac re, ut auctores ejus cenſeat fuiſſe. Ita enim, poſtquam oſtendiſſet, quomodo inventi fuerint equi ad bella & currus, pergit.

Inde boves Lucæ turrito corpore tetros
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni.

Sed hoc falſum eſſe, patet ex ſuperioribus. Quin hi potius à Libycis acceperunt, qui olim cum Indis & Æthiopibus pæne ſoli cognitos habuerunt elephantos. Vide Pauſaniam ſupra laudato loco.

Ῥωμαίους, ROMANIS.] Factum hoc primum omnium bello Macedonico contra Philippum An V. C. DLIII. Livius lib. XXXI cap. XXXVI. *Poſtero die conſul* (P. Sulpitius Galba) *in aciem deſcendit, ante prima ſigna locatis elephantis, quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquot bello Punico habebant, uſi ſunt.*

οἱ ἐφ' ἑνὸς ἵππου ὀχούμενοι, QUI EQUO UTUNTUR UNICO.] Quos propterea *ſingulatores* Latini dixere. Philoxenus: *Singulator*, ἱππασὶς κέλης. Gloſſæ aliæ: *Singulator*, μονοκέλλης. Patet autem ex Philoxeno, etiam κέλητας vocaſſe hoc genus, unde poſtea & Latinorem *celetes*, quo uſus eſt Plinius, item *celeres*, quod ab initio Hiſtoriæ Livianæ legitur, exorti. Scio, Feſtum eſſe alia in ſententia, verum me non movet.

ἄμφιπποι, AMPHIPPI.] De His Ælianus quoque cap. XXXVII. ubi videndus omnino eſt Arcerius, addenduſque illi clariſſimus doctiſſimuſque Dn. Brunnerus, collega & amicus meus ſingularis, in Notis ad Palæphatum pag. XC.

ἀστρώτων, NON STRATIS.] Hoc peculiare fuit in his equis, quod monere omiſerunt viri docti. Vulgo στρώματα, Latine *ſtrata*, habebant ex corio, aut pelle, aut quacunque veſte, quibus inſidebant equites. His carebant deſultorii, opinor, ne impedimento eſſent totiens tranſſilientibus, fluxa videlicet & pendula, ut diſcimus ex imaginibus, & iccirco facilia, quibus inter tranſſiliendum pedes implicentur.

ξυνδεδεμένων, CONJUNCTIS.] Sic Bigotianus codex. meus habuit ξυνδεδεγμένων. Lexicon antiquum vocabulorum militarium, cujus auctorem Seberus, notis ad Pollucem, facit Suidam, ἄμφιπποι, οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀστρώτων ἵππων συνδεδεμένων ὀχούμενοι. Puto ſua, quiſ-

ἄλλον. ἡ μὲν δὴ ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων μάχη ἁπλῆ ἐστιν, πλὴν γε δὴ ὅτι καὶ πύργους ἐφέρον ἔστιν, ὅτε καὶ οἱ ἐλέφαντες τοῖς καὶ οἱ ὀδόντες σιδήρῳ ὀξεῖ ὡπλισμένοι ἦσαν, ὥστε τομώτεροι εἶναι, καὶ τῷ μὴ ἀποθραύεσθαι δύπειτῶς. ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἁρμάτων μάχη πολυειδεστέρα ταύτης. ἡ μὲν γὰρ ψιλὰ ἐστὶ τὰ ἅρματα, καθάπερ τὰ τῶν Τρωϊκῶν

uno tranſilire valeant in alterum. Pugna vero ex elephantis uniusmodi eſt, niſi quod eis turres imponantur, dentes quoque eorum ferro armentur præacuto, quo & vulnera facilius inferre poſſint, nec ipſi tam prompte præcidantur. At vero pugna, quæ vehiculis inſtituitur, plures habet ſpecies. Alia namque nudis fit vehiculis, ſicut illa ad Trojam, alia

quiſquis eſt hic auctor, accepiſſe non pauca ab Arriano noſtro, uti patet & ex aliis. ξυνδεδεμένοι, ſunt ſune inter ſe à latere revincti colligatique. Pollux de his ipſis: ὁ ἕτερος παρασήρεται τὸ ἑτέρῳ.

οἱ ὀδόντες, DENTES.] Iuba *cornua* vocavit teſte Plinio lib. VIII cap. III. Sequitur eum Varro lib. VI de Ling. Lat. & Pauſanias lib. V. qui hoc acriter defendit. Hinc Ælianus lib. IV. Hiſt. Animal. cap. XXXI. οἱ μὲν αὐτὲ παρακύπλειν χαυλιόδοντάς φασι, οἱ δὲ κέρατα. Vide Thomam Bartholinum in eruditiſſimo de unicornu opere cap. LVI. & Raderum ad ſpectacula Martialis epigr. X.

σιδήρῳ ὀξεῖ, FERRO PRÆACUTO.] Hanc conſuetudinem non exiſtimo apud ullum alium ex veteribus inveniri conſignatam, ut proinde ejus ad nos conſervatæ memoria Arriano noſtro debeatur. Cæterum non mirum, ſic armare dentes elephantorum voluiſſe, cum non alia re magis pugnent, etiam in bello. Conſule Polybium lib. V. pag. ccccxxv. Ipſi quin imo dant operam elephanti, ut unum ſemper habeant bene mucronatum. Plinius lib. VIII. cap. III. *Circa hos* (dentes) *belluis ſumma cura: alterius mucroni parcunt, ne ſit præliis hebes, alterius operario uſu fodiunt radices.* Ælianus lib. VI. Hiſt. Animal. cap. LVI. Χρῶνται δὲ ἀμφοτέρῳ μὲν τῷ ὀδόντων ὡς ὅπλῳ, καὶ τεθηγμένον αὐτὸν φυλάττουσι, τῷ δὲ, ὡς σμινύῃ. καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ ῥίζας ὀρύττουσι, καὶ δένδρα ἐκμοχλεύοντες ὑποκλίνουσι. *Alterutrum ex dentibus conſervant, velut arma ſua, acutum: altero tanquam ligone radices effodiunt arboreſque extrahunt.*

Ψιλὰ ἐστὶ τὰ ἅρματα, NUDIS FIT VEHICULIS.] ἅρματα ψιλὰ, quæ hic ſunt oppoſita δρεπανηφόροις, Robertello & Arcerio *currus leves*, Theodoro Theſſalonicenſi, *expediti*. Ego *nudos* malui, ut oppoſitio eſſet manifeſtior. Sed de hoc & aliis ad currus iſtos pertinentibus agam accurate in opere de re vehicularia, ſi vitam valetudinemque Deus dederit.

τὰ Τρωϊκὰ, ILLA AD TROIAM.] Pollux lib. I. cap. X. Λίβυες ἀπὸ δίφρων καὶ ἵππων ἐπιζευγνυμένων, ὥσπερ οἱ Ὁμήρου ἥρωες, μάχονται. ἔστι γὰρ οὐκ οἶδε μονίππους ἵππέας. *Libyci ex curribus, ad quos junctis equi, quemadmodum heroes Homeri, præliantur. Homerus enim ſingulares equites non novit.* Sic malui hæc verba reddere. Gualterus, *de curribus equiſque junctis* vertit, quaſi & ſimul pugnaverint ex equis. De re ipſa conſule Brodæum lib. VI Miſcell. cap. III.

alia vehiculis falcatis, sicut sequentibus temporibus apud Persas factum. eaque iterum vel equis cataphractariis, vel nudis, qui rursum vel ad temonem unum sunt juncti, vel ad duos, vel etiam ad plures. Exercituum pedestrium equestriumque ordinationes etiam armaque sunt alia aliaque varieque mutantur. Ac peditum quidem armatura si generatim dividenda, distingui potest in tria genera. in gravis armaturæ unum, & aliud levis armaturæ, & rursum aliud, quod peltis utitur. Gravis armaturæ genus thoracibus instructum

ἦν, ἢ δρεπανηφόρα, ὡς ὕστερον τὰ Περσικά. καὶ ἢ πεφραγμένων τῶν ἵππων, ἢ ἀφράκτων. καὶ ἢ ἁπλοῦ τοῦ ῥυμοῦ, ἢ διπλοῦ, τὰ δὲ καὶ πολύρυμα. Αἱ δὲ πεζικαί τε καὶ ἱππικαὶ τάξεις, καὶ ὁπλίσεις πολυειδεῖς τε καὶ πολύτροποί εἰσιν. αὐτίκα τῶν πεζῶν ἡ ὅπλισις, ὥς γε δὴ ἐς τὸ ἀνωτάτω τεμεῖν, τριχῇ νενέμηται, ἕν τε τὸ ὁπλιτικὸν, καὶ ἐς τὸ ψιλὸν, καὶ ἐς τὸ πελταστικὸν. τὸ μὲν δὴ βαρύτατον ὁπλιτικὸν θώρακας ἔχει καὶ ἀσπίδας

ἢ θυ-

ἢ δρεπανηφόρα, ALIA VEHICULIS FALCATIS.] Num hic deest quidpiam? certe illud ἦν non respondet præcedentibus. Mallem scribere, ἢ δρεπανηφόρα.

ἁπλοῦ τοῦ ῥυμοῦ, AD TEMONEM UNUM.] Sicut bigæ; διπλοῦ, sicut quadrigæ. Patebit ex eopse opere.

καὶ πολύρυμα, ETIAM AD PLURES.] Hæc vox non facile alibi occurrit. Intelligit autem sejuges, octojuges, decemjuges. Sic apud Xenophontem lib. VI Cyrop. est τετράρυμον ἅρμα.

τὸ πελταστικὸν, QUOD PELTIS UTITUR.] Fuit medium hoc genus inter leviter & graviter armatos, uti constat ex sequentibus, à *pelta*, scuti genere, sic dictum. Auctor ejus fuit Iphicrates. Cornel. Nepos vita ejus cap. I. *Ille pedestria arma mutavit, cum ante illum imperatorem maximis clypeis uterentur, ille è contrario peltam pro parma fecit, à quo postea peltastæ pedites appellantur.* Nota, milites hujus generis *peltastas* dictos. Stewechio ad Vegetii lib. I. cap. XX. sunt *peltati*. Atque sic Ovidius, & alii. Livius *cetratos* dixit lib. XXXI. cap. XXXVI. *nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno abdiderat.* Non durasse diu post ætatem nostri videtur. Leo sane suis temporibus scribit ignoratum nomen. Ita enim cap. VI. postquam triplices ostendisset veteribus fuisse pedites, duoque reliqua eorum genera exposuisset: καὶ εἰς πελταστὰς, ὧν οἱ καθ' ἡμᾶς οὐ γινώσκουσι τὴν κλῆσιν, *& in peltastas, quorum nostri vocabulum ignorant.*

ἢ θυ-

ἢ θυρεὺς ὁπλομάχεις, καὶ μαχαίρας, καὶ δόρατα ὡς Ἕλληνες, καὶ σαρίσας, ὡς οἱ Μακεδόνες. τὸ δὲ ψιλὸν σύστημα ἔχει τὰ ἀντιπαλῆ πᾶν, ὅτι ἀθώρακτον, καὶ ἀσπίδος, καὶ κνημίδος, καὶ κράνους, ἐκηβόλοις

est, & clypeis ſive ſcutis prælongis, item gladiis & haſtis, ſicut Græci, & ſariſſis, ſicut Macedones. At vero levis armaturæ genus omnia habet contraria, nam & thorace clypeoque deſtitutum eſt, & ocreis, & galea. Jaculis utitur pro

ἢ θυρεὺς, SIVE SCUTIS.] Bene. Ita namque tum vocabant clypeos majores. Leo cap. v. par. III. καὶ ἕτερα σκυτάρια μεγάλα, ἅπερ λέγουσι θυρεοί. Recte magnitudinem in eis obſervat. Hinc enim apud Cornelium ſupra laudato loco præceſſit: *ante illum imperatorem maximis clypeis utebantur.* Nota, *clypeos* vocare, non *ſcuta*, ut illud σκυτάρια apud Leonem accipiendum ſit de clypeis. Euſtat. ad Odyſſ. I, 240. ἀσπίδος εἴδος φασὶ τὸ θυρεὸν, παρωνυμάζοντα θύρα διὰ τὸ μέγεθος. Perperam Arcerius hæc ita vertit: *Scuti ſpeciem quandam denominatam à janna propter magnitudinem appellant.* Debuiſſet, *clypei ſpeciem* dixiſſe. Et quia ſcutum animo conceperat, ideo & illud παρωνυμάζοντα θύρα non recte intellexit, genuſque hoc ſic *à ſimilitudine januæ* dictum putavit, cum tamen Euſtathius expreſſe διὰ τὸ μέγεθος addiderit, atque ita non à ſpecie ac forma ſic oſtenderit vocatum. Nempe januæ quadrata ſunt figura, θυρεοὶ vero erant rotunda. Leo manifeſte cap. VI. par. XXV. σκυτάριον ἐπίμηκες μέγα, ὃ καλεῖται θυρεὸς, πάντως δὲ στρογγύλον. *clypeus ingentis magnitudinis, qui thureus vocatur, penitus rotundus.* & mox par. XXXV. σκύταρια ἐποίουν στρογγύλα παχέα μικρὰ, μεγάλα, ἃ ἔλεγον θυρεὺς. Pro σκυταρίοις Euſtathius dixit ἀσπίδα. Atque ſic & Phrynichus: θυρεὸν οἱ πολλοὶ ἀντὶ τῆς ἀσπίδος τιθέασιν. ubi perperam & Nunneſius *ſcutum* explicavit. Heſychius: θυρεὸς, ἀσπὶς ἢ σκύταριον. Sic legendum eſt, non θυραιὸς, ut eſt in noſtra, quod vel ordo litterarum indicat.

σαρίσας, ὡς οἱ Μακεδόνες, SARISSIS, SICUT MACEDONES.] σαρίσας vulgo fere ſcribunt. Sed paulo poſt σαρεισῶν apud noſtrum pariter, ut & aliis locis omnibus. Servius ad VII Æn. *Pilum proprie eſt haſta Romanorum, ut gæſa Gallorum, ſariſſa Macedonum.* Feſtus: *Sariſſa, haſta Macedonica.* Adde Curtium IX, VII. Pollucem I, X, VII. & alios. Erat autem genus longiſſimum haſtarum. Livius libro XXVII, cap. XLII. *Impeditus uſu prælongarum haſtarum, ſariſſas Macedones vocant.* Vegetius lib. III, cap. XXIV. *Sariſſas, hoc eſt, longiſſimos contos in elephantos dirigebant.* Dicit *dirigebant*, quia non emittebantur manu. In quo ab haſtis differebant aliis, non minus atque longitudine, de qua dixi.

ἀντιπάταλα, CONTRARIA.] Suſpicatur is, qui libro Bigotii eſt uſus, ἀντιπάταγον. Et ſic poſtulat ſequens πᾶν.

ἀκον-

pro armis, quæ vel arcu emittit, vel manu, item lapidibus funda manuve projectis. Illud vero quod peltis utitur, levius quidem est, quam gravis armaturæ genus, pelta namque levior minorque clypeo, verutum quoque quam hastæ sarissæve, brevius; gravius tamen quam levioris armaturæ genus. Nam ad gravioris quidem armaturæ genus proprie sic dictum accedit, propter galeas & pileos Laconicos Arcadicosve,

τοῖς ὅπλοις διαχρώμενον τοξεύμασιν, ἢ ἀκοντίοις, ἢ σφενδόναις, ἢ λίθοις ἐκ χειρὸς. τὸ πελταστικὸν δὲ κουφότερον μὲν τυγχάνει ὂν τοῦ ὁπλιτικοῦ. ἡ γὰρ πέλτη, σμικρότερον τῆς ἀσπίδος καὶ ἐλαφρότερον, καὶ τὰ ἀκόντια τῶν δοράτων, καὶ σαρεισῶν λειπόμενα, βαρύτερον δὲ τοῦ ψιλοῦ. τῷ δὲ ἀκριβεῖ καὶ βαρεῖ ὁπλιτικῷ καὶ κράνη προσκειται, ἢ πίλοι Λακωνικοὶ ἢ Ἀρκαδικοὶ,

καὶ

ἀκοντίοις.] Hoc genus hastæ minimum brevissimumque fuit. Hesychius: ἀκόντιον, δοράτιον, μικρὰ λόγχη. Parvam lanceam exponit. Leoni verutum videtur esse. Sic enim ait cap. VI, par. XXVI. ubi arma τῶν ψιλῶν describit: βιρίττας, ἃ λέγεται ῥιπτάρια. Sic legendum ibi est ex Mss, non ῥικτάρια, ut habent editi. Βιρίτται Latinorum *veruta*, uti ad Mauritium ostendi. Ea ῥιπτάρια vocat, quoniam emittebantur manu. Moschopulus. ἀκόντιον, τὸ βραχὺ δόρυ, καὶ ῥιπτόμενον. *acontium, hasta brevis, quæ eiicitur.*

πίλοι Λακωνικοὶ, PILEOS LACONICOS.] Meminit eorum inter arma capitis eruditissimus Pollux lib. I. cap. X. tm. XIII. Adiungendus Meursius lib. I. Miscell. Lacon. cap. XVII. ubi è pilis confectos fuisse arbitratur.

ἢ Ἀρκαδικοὶ, ARCADICOSVE.] Hos nuspiam invenio. Quales igitur? dicat aliquis. Puto ego ex pellibus corioque fuisse, ipsisve forte rictibus ferarum. Iuvat conjecturam Pausanias, quando sic in Messeniacis: θώρακα ἢ ἀσπίδα εἶχεν ἕκαστος. ὅσοι δὲ ἠπόρουν τούτων, περιεβέβλητο αἰγῶν νάκας καὶ προβάτων, οἱ δὲ καὶ θηρίων δέρματα, καὶ μάλιστα οἱ ὀρεινοὶ τῶν Ἀρκάδων, λύκων τε καὶ ἄρκτων. *Thorace aut scuto quisque erat armatus. quod si quibus defuit ea armatura, ii caprarum & ovium, nonnulli etiam ferarum pellibus tegebantur, maximeque Arcades montani, luporum, & ursorum exuviis.* Sane Arcades Græcorum antiquissimi. ut apud vetustissimos non alia capitis tegumenta sive arma. Docet ipsum galeæ vocabulum, & in Homero ἰκτιδίη, κυνέη, ταυρείη, αἰγιείνη, quibus galeas, ut ex aliis aliisque ferarum pellibus factas definit. Sed & alii plerique ita usurparunt. ut Itali veteres, Afri, Thraces, Macedones, Parthi, Ægyptii, Germani, Cimbri, aliique. Vide Scaligerum ad Varronem, Lipsium lib. III. de Milit. Rom. dial. I. Stewechium ad Veget. I, XX, & II, XVI. & alios.

καὶ

καὶ κνημίδες, ὡς τοῖς πάλαι Ἕλλησιν, ἢ ὡς Ῥωμαίοις κνημὶς μία πρὸ τῆς κνήμης, ὡς ἐν ταῖς μάχαις προβαλλομένης, καὶ θώρακες, οἱ μὲν φολιδωτοὶ, οἱ δὲ ἁλύσεσι λεπταῖς ἐπηλλαγμένοι. Τῆς δὲ ἱππικῆς ὁπλίσεως ἡ μὲν καταφρακτὸς τυγχάνει

& ocreas, ut apud veteres Græcos, aut ocream unam, ut habebant apud Romanos ad tibiam, quia in conflictu pes unus præponitur. item propter thoraces è squamis, aut annulis parvis consertos. Equestris autem exercitus alius solet esse cataphractis

καὶ κνημίδες, ὡς τοῖς πάλαι Ἕλλησιν, ET OCREAS, UT APUD VETERES GRÆCOS.] Ignoro, an non noster scripserit, κνημίδες δύο, quia sequitur, κνημὶς μία, quod alias minus commode respondet. Potuit profecto illud δύο, facile absorberi à postrema syllaba præcedentis vocis δες, non ita multum absimili. Quod autem tradit de Græcorum consuetudine, firmat exemplum Paridis apud Homerum, de quo poëta Iliad. Γ.

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμησιν ἔθηκε.

Loquitur de pluribus ocreis, cum unius Paridis describat armaturam. Occurrit idem versus etiam Iliad. T, ubi armatura memoratur Achillis, ut appareat, non sine caussa nostrum de πάλαι Ἕλλησιν locutum.

ὡς Ῥωμαίοις, UT HABEBANT APUD ROMANOS.] Polybius, describens armaturam eorum: πρὸς δὲ τούτοις ὑσσοὶ δύο, καὶ περικεφαλαία χαλκῆ, καὶ προκνημίς. Unam tantum ocream assignat ipsis. atque ita Vegetius lib. I. cap. XX. Lipsius suspicatur aliquando habuisse duas, priscos maxime. Sed repugnat locus iste, nimis propter oppositionem clarus validusque. Nam quod Livium attinet, dubitari potest de scriptura ejus, cum sint litteræ cognatæ a, & æ. Dionysius Græcorum consuetudinem attendisse videtur.

πρὸ τῆς κνήμης, AD TIBIAM.] Deesse quid videtur. nam sequitur veluti de certa quadam, προβαλλομένης. Suspicatur quispiam, ἀριστερᾶς. Ego mallem, δεξιᾶς. Vegetius lib. I. cap. XX. *Pedites autem scutati præter cataphractas & galeas, etiam ferreas ocreas in dextris cruribus coguntur accipere.*

προβαλλομένης, PRÆPONITUR.] Vegetius lib. I. cap. XXII. *Sciendum præterea, cum missilibus agitur, sinistros pedes inante milites habere debere, ita enim vibrandis spiculis vehementior ictus est. Sed cum ad pila, ut appellant, venitur, & manu ad manum gladiis pugnatur, tunc dextros pedes inante milites habere debent, ut & latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint vulnus accipere, & proximior dextra sit, quæ plagam possit inferre.*

ἁλύσεσι λεπταῖς, ANNULIS PARVIS.] Adde, σιδηραῖς, quod per incuriam est omissum. De recentiori autem genere videtur loqui, quod à Gallis inventum tradit Varro, ei simile, quod *pantzer* nostri vocant. Lipsius confundit cum loricis hamatis, ut jam pridem monui in opusculo de antiquorum torquibus parte IV, ubi vide.

ἢ λι-

tis munitus, alius absque cataphractis. & qui cataphractis est munitus, equos pariter ac viros tectos habet armis. Hos quidem thoracibus squamatis, aut linteis, aut ex cornibus, & femoralibus. Equos vero munimentis lateralibus, & frontalibus. Qui vero nullis cataphractis utitur, contrario

οὖσα, ἡ δὲ ἄφρακτος. καὶ κατάφρακτος μὲν τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἱππέας πεφραγμένους παρεχομένη, τοὺς μὲν θωραξὶ φολιδωτοῖς, ἢ λινοῖς, ἢ ἐκ κεράτων, καὶ περιμηριδίοις. τοὺς ἵππους δὲ παραπλευριδίοις, καὶ προμετωπιδίοις. ἄφρακτος δὲ ἡ ἐναντία. τούτων δὲ οἱ μὲν δορα-

ἢ λινοῖς, ἢ ἐκ κεράτων, AUT LINTEIS, AUT EX CORNIBUS.] Egit de utroque genere in Militia Rom. lib. III. cap. VI. Lipsius, quem consule. ἐκ κεράτων habet etiam Leo, & Constantinus, etsi quidam substituant κράτων, quod recte rejicit eruditissimus Vallesius ad Marcellini lib. XVII, pag. CXLV, ubi vide.

περιμηριδίοις, FEMORALIBUS.] Rarum verbum, neque scio satis, an cum ocreis signet idem. Κνημίδες sane sunt in pedibus seu cruribus, ut liquet ex superioribus. At περιμηρίδια in femoribus fuisse videntur, quoniam μηρὸς, *femur*. Differunt περιμηρίδια tamen à παραμηριδίοις, quia παραμηρίδια, μαχαίραι sive gladii, ut nos Leo docet cap. VI, par. I. Neque vitium apud nostrum in scriptura videtur, quando ei sermo est de φράγμασι, non gladiis. Vertit sane παραμηρίδια Gualtherus apud Pollucem lib. II. cap. IV, XXXIX. *femoralia arma*, sed id facit absque ratione, cum Polluci παραμηρίδια sint παραμήρια, id est vestes, quibus ad velanda femora utuntur. Hæc sic scripseram, cum video Leonem cap. VI, XXXI. de eadem re agentem scribere, καὶ παραμηρίοις. (ita enim habet Codex Barbar. non παραμικρίοις, confirmatque etiam Interpres) Cumque Leo sua dicat expresse desumpta ex Æliano, reliquisque tacticis esse, quin sic quoque apud nostrum sit scribendum, parum dubito.

παραπλευριδίοις, MUNIMENTIS LATERALIBUS.] Pollux lib. II. cap. IV, XXXIII. παραπλευρίδια, τὰ παρὰ ταῖς τῶν ἵππων πλευραῖς ὅπλα. *Parapleuridia, arma equorum circa latera.* Parapleuridia hæc ærea fuisse, docet Xenophon lib. VII. Pæd. οἱ δὲ ἵπποι ὁπλισμένοι εἶσαν προμετωπιδίοις, καὶ προστερνιδίοις, καὶ παραπλευριδίοις χαλκοῖς.

προμετωπιδίοις, FRONTALIBUS.] Ita Xenopon lib. VI. Cyrop. unde noster pluscula sumpsisse videtur. προμετώπεα Leo dixit, loco antea laudato, προμετωπίδας Athenæus. Latini reddunt, *frontalia*. Glossæ veteres, προμετωπίδιον, *frontale*. Erant & hæc ex ære ferrove, uti liquet ex figura eorum apud auctorem rei bellicæ in Currodrepano utroque, ubi delineata habes etiam cætera. Adde Mauritium lib. I. cap. II.

ἄφρακτος, QUI NULLIS CATAPHRACTIS UTITUR.] In margine Bigotiani libri legitur ἄφρακτος. Quod puto esse rectum. Respondet enim præcedenti κατάφρακτος. Scriptus, ἀφράκτοις.

κόν-

δορατοφόροι εἰσὶν, ἢ κοντοφόροι, ἢ λογχοφόροι, οἱ δὲ ἀκροβολισταὶ μόνον. δορατοφόροι μὲν οἱ παλάζοντες ταῖς τάξεσι τῶν πολεμίων, καὶ δόρασιν ἐπομαχόμενοι, ἢ κοντοις, ἐν τῇ ἐπιπλάσει ἐξωθοῦντες, ὡς Ἀλανοὶ καὶ Σαυρομάται. ἀκροβολισταὶ δ', οἱ πόρρωθεν ἀκροβολισμοῖς ἀμυνόμενοι, καθάπερ Ἀρμένιοι, καὶ Παρθυαίων ὅσοι μὴ κοντοφόροι. τῶν δὲ προτέρων δ' ἰδέας, οἱ μὲν καὶ θυρεοὺς φέρουσιν, καὶ καλοῦνται θυρεοφόροι, οἱ δ' ἄνευ τούτων, αὐτὸ μόνον δόρασι καὶ κοντοις μαχόμενοι. οἱ δὴ καὶ δορατοφόροι, ἢ κοντοφόροι ὀνομάζονται, εἰσὶν δ' ὑφ' ὧν ξυστοφόροι. ἀκροβολισταὶ δ' λεχθεῖεν ἂν οἱ μὴ ἐς χεῖρας ἰόντες, ἀλλὰ πόρρωθεν ἐξακοντίζοντες. καὶ τούτων οἱ μὲν δορατίοις ἀμυνόμενοι ἐς τὰ ἀκροβολισμὸν, οἱ δὲ τόξοις. οἱ μὲν δὴ δορατίοις ἀκροβολιζόμενοι, Ταραντῖνοι ὀνομάζονται, οἱ δ' ἕτεροι ἱπποτοξόται. καὶ αὐτῶν δ' τῶν Ταραντίνων

ſe habet modo. ejuſque alii utuntur contis lanceiſve, alii acroboliſtis ſolummodo. Ac contati quidem acies hoſtium invadunt, haſtiſque præliantur, aut contis, emittentes eos in incurſione, ſicut Alani aut Sauromatæ. Acroboliſtæ vero eminus utuntur jaculis, quemadmodum Armenii & nonnulli ex Parthis, qui non utuntur contis. Prioris autem generis aliqui utuntur & ſcutis, appellanturque thyrephori, hoc eſt, ſcutati. aliqui abſque iis, haſtis ſolis contiſve præliantur, qui & doratophori, aut contophori, id eſt, haſtati, a quibuſdam etiam xyſtophori nuncupantur. Acroboliſtæ vero dicuntur, qui quidem haud veniunt ad manus, verum eminus miſſilia emittunt. Atque horum quidem aliqui utuntur jaculis, & vocantur Tarentini, reliqui vero ſunt hippotoxotæ. Etiam ex ipſis Tarentinis aliqui ſtantes eminus, aut

κόντοις, CONTIS.] ſcr. κοντοῖς. Quanquam eodem modo noſter etiam in ſequentibus.

θυρεοφόροι, SCUTATI.] Scribo, θυρεοφόροι. Auctor lexici militaris: οἱ μὲν θυρεὸς ἔχοντες, θυρεοφόροι καλοῦνται. Suidas: θυρεὸς, ὅπλον, τὸ παρ' ἡμῖν σκουτάριον, καὶ θυρεοφόρος. Polybius lib. x, de Scipione loquens: εἶχε γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ τριακοσίους ἄνδρας θυρεοφορικούς. Habet quidem Polynæus lib. IV. Antig. XVII. Ἀντίγονος ἑκάστῳ θυρεαφόρῳ τὸν μισθὸν ἀπέδωκε; verum & id vitium, atque corrigendum eſſe puto.

ξυστοφόροι, XYSTOPHORI.] Corrigendus hinc eſt Ælianus, ubi ξυροφόροι ſunt. Non obſervavit Arcerius, & ideo ex Lexico militari, Suidaque citavit ξυροφόροι, cum ubique ξυστοφόροι legantur. Præd. VII. ἐπὶ δὲ τέτοις δισχίλιοι ξυστοφόροι.

Ταραντῖνοι, TARENTINI.] De his abunde Arcerius ad Ælianum, quem vide.

ἱππο-

aut circumequitantes jacula emittunt, quales specialiori sensu dicuntur Tarentini. alii primo quidem jacula emittunt, & post cominus congrediuntur cum hoste, utentes vel hasta ad id servata, vel etiam gladio. atque ii quidem appellantur leves. Equitum vero Romanorum aliqui quidem gestant contos, irruuntque more Alanorum aut Sauromatarum: alii vero habent lanceas. Gladius vero magnus latusque dependet ab ipsorum humeris, & scuta gestant lata & oblon-

ραντίνων οἱ μὲν αὐτὸ μόνον πόρρωθεν ἐφιστάμενοι, ἢ ἐς κύκλους παριππεύοντες, διαχρῶνται τῷ ἀκροβολισμῷ, οἱ δὴ καὶ εἰλικρινεῖς Ταραντῖνοι εἰσὶν, οἱ δὲ τὰ πρῶτα ἐξακοντίζοντες, ἔπειτα συμπλέκονται τοῖς πολεμίοις, ἢ δόρυ ἐν ὧν ἔσχον ὑπολειπόμενοι, ἢ καὶ σπάθῃ διαχρώμενοι, καὶ αὐτοὶ καλοῦνται ἐλαφροί. Ῥωμαίοις δὲ οἱ ἱππεῖς οἱ μὲν κοντοὺς φέρουσιν, καὶ ἐπελαύνουσιν εἰς τὸν τρόπον τὸν Ἀλανικὸν, καὶ τῶν Σαυρομάτων, οἱ δὲ λόγχας ἔχουσι. σπάθη δὲ μακρὰ καὶ πλατεῖα ἀπήρτηται αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ὤμων, καὶ

εἰλικρινεῖς Ταραντῖνοι εἰσὶν, SPECIALIORI SENSU DICUNTUR TARENTINI.] Ælianus cap. II. ὑπακοντισταὶ καλοῦνται, καὶ ἰδίως ταραντῖνοι. Sic legendum eo loco, ex Ms. Florentino. Vulgo habent, ἰδίως δὲ. Observa autem, ὑπακοντιστὰς hos etiam vocatos, fuisseque diversos ab ὑποτοξόταις, cum hi fuerint ἀκροβολισταὶ, non missilibus, sed arcubus pugnantes. Ἀκοντιστὰς simpliciter Hesychius vocavit.

ἢ δόρυ &c. VEL HASTA &c.] Locus corruptus. Puto scribendum: ἢ δόρυ ἓν, ὧν ἔχον ὑπολειπόμενον. Vt δόρυ sit hic idem, ac δοράτιον.

ἀπὸ τῶν ὤμων, AB HUMERIS.] Non à medio cingulo, sed humeris, contra quam receptum fuit in militia antiqua, de qua testantur vetustissimæ imagines. Vide illam apud Stewechium ex Provincia Narbonensi pag. XXXVIII. Ipse Polybius de ea, περὶ τὴν δεξιὸν φέρει μηρὸν, quod nisi de religato ea parte difficulter intelligitur. Quadrigarius apud Gellium IX. cap. XIII, de Manlio: *Gladio Hispanico cinctus*. Non vocatur cinctus, nisi in medio, & circa lumbos. Scio, aliter sentire Lipsium in Analectis ad lib. III. dial. II. de Mil. Rom. & adducere Homeri ac Virgilii testimonia. Sed ea agunt non de Romanis, verum aliis. Quanquam haud pugnare velim contra quenquam, qui & alteram rationem dicat non fuisse ignotam priscis: maxime cum utramque valuisse videam etiam apud recentes. Ad cingulum revinctum circa medium exhibet imago militis ex tabula Moguntinensi, Stewechio proposita, & alterius ex columna Antonini apud Lipsium in Analectis, supra indicato loco. Contra pendulum ab humero videas in loricatis ex columna Trajani apud eundem lib. III. dial. VI. & thoracomacho, in Analectis ejus loci, & Consulari Palæstinæ in Notitia Imperii, & Vrbis Romæ imagine ab initio ejusdem operis. Quibus adde Festum voce *arma* & *armilla*.

θώ-

καὶ θυρεοὺς πλατεῖς παραμήκεις φέρουσιν, καὶ κράνος σιδηροῦν, καὶ θώρακα τὸν πεπληγμένον, καὶ κνημίδας μικρὰς. λόγχας δὲ ἐς ἀμφότερα φέρουσι, καὶ ἀκοντίσαι μακρόθεν, ὁπότε τούτου δέοι, καὶ ἐγγύθεν ἐκ χειρὸς ἀπομάχεσθαι, συμπλακῆναί τε εἰ δεήσοι εἰς χεῖρας ἐλθόντας, ταῖς σπάθαις μάχονται. οἱ δὲ καὶ πελέκεις μικροὺς φέρουσι, πάντοθεν ἐν κύκλῳ ἀκωκὰς ἔχοντας. Ἑκάστης δὲ τάξεως πεζικῆς τε καὶ ἱππικῆς συστήματά τ' ἐστι, καὶ ἡγεμόνες, καὶ ἀριθμὸς, καὶ ὀνόματα, ὡς δέχεσθαι ὀξέως τὰ παραγγελλόμενα, ὑπὲρ ὧν ἤδη λεκτέον. πρῶτον μὲν δὴ καὶ μέγιστον τὸν ἐν στρατηγίᾳ ἔργον παραλαβόντα πλῆθος ἀνθρώπων, ἀθρόον καὶ ἄτακτον, ἐς τάξιν καὶ κόσμον καταστῆσαι. τὸ δ' ἔστιν καταλοχίσαι τε καὶ

Περὶ τῶν καθ' ἑκάστην τάξιν συστημάτων, ἡγεμόνων, ἀριθμοῦ, ὀνομάτων.

ga, & galeam ferream, & thoracem sutilem, & ocreas parvas. Lanceas autem gestant duplici fine, & ut emittant eminus, si videatur utile, & ut cominus cum eis certent manu. Si cominus congrediendum est, & ad manus venitur, pugnant quoque gladiis. aliqui & secures parvas gestant, undique cuspidibus armatas. Cujuslibet autem exercitus sive pedestris, sive equestris certa quædam sunt corpora, certique duces ac numeri, eorumque vocabula certa, quo celerius mandata expedire valeant, de quibus nunc dicendum. Primum igitur maximumque omnium in arte militari opus est, multitudinem hominum collectam temere promiscuamque capere, eamque bene decenterque distribuere

De cujuslibet exercitus corporibus, ducibus, numeris, vocabulis.

θώρακα τὸν πεπλεγμένον, THORACEM SUTILEM.] Quid est θώραξ πεπλεγμένος? Nam apud alium, quam nostrum, non existimo occurrere. Puto ego ita dici, qui Homero est στρεπτὸς, *tortus*, ex funiculis multis ferreis, aut lineis. Vide quæ notavi de hoc genere in opusculo de antiquorum torquibus par. IV.

πάντοθεν ἐν κύκλῳ ἀκωκὰς ἔχοντας, UNDIQUE CUSPIDIBUS ARMATAS.] Leo cap. VI, XXXIII. τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ πελέκεις μικροὺς ἔφερον, πανταχόθεν ἐχούσας ἀκωκὰς ὀξείας, ὡς ὀδόντας ἠκονημένας. Interpres: *Quidam ex illis secures parvas ferebant, aciem undique acutam, quasi dentes cum exacuuntur habentes.* Nescio quid velint ista: *cum exacuuntur.* Verto: *quidam parvas gestant securiculas, cuspidibus undique, velut dentibus armatas.* Videtur plane desumpsisse Leo ex nostro; & adde cætera, cumque nostris compone.

καὶ ἀριθμὸς, AC NUMERI.] Puto scribendum, ἀριθμοὶ. Nam & res hoc exigit, & cætera loci totius.

μέγιστον τὸν ἐν στρατηγίᾳ ἔργον, MAXIMUM OMNIUM IN ARTE MILITARI OPUS.] Legendum sine dubio, μέγιστον τῶν. Atque ita video nunc etiam placere margini Bigotiani libri.

καταλοχίσαι, DISTRIBUERE IN ORDINES.] Ita quoque

autem Pentecontarchiæ, Hecatontarchia, virorum centum viginti octo. In qualibet autem Hecatontarchia viri extraordinarii ſunt quatuor, ſignifer, & tubicen, & miniſter, & præco. Duæ autem Hecatontarchiæ ſunt virorum quidem ducentorum quinquaginta ſex, corpus autem totum Pſilagia nominatur. Duæ autem Pſilagiæ ſunt Xenagia, virorum quingentorum & duodecim. Xenagiæ vero duo, virorum mille viginti quatuor, quod vocatur Syſtremma. Duo vero Syſtremmata Epixenagia nominantur, virorum bis mille quadraginta octo. Duæ autem Epixenagiæ, Stiphus, virorum quater mille nonaginta ſex. Duo vero Stiphe Epitagma vo-

πεντηκοντάρχιαι ἑκατοντάρχιαι, ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἀνδρῶν καὶ ἑκατόν. καθ' ἑκάστην δὲ ἑκατοντάρχιαν ἔκτακτοι ἄνδρες τέσσαρες ἔστωσαν, σημειοφόρος, καὶ σαλπιγκτὴς, καὶ ὑπηρέτης, καὶ κραυγηκήρυξ. αἱ δὲ δύο ἑκατοντάρχιαι εἰσὶ μὲν ἀνδρῶν ἑξακοσίων πεντήκοντα καὶ δώδεκα σίων, καλεῖται δὲ τὸ σύνταγμα ψιλαγία. αἱ δὲ δύο ψιλαγίαι ξεναγία, δώδεκα ἀνδρῶν καὶ πεντακοσίων. αἱ δὲ δύο ξεναγίαι, ἀνδρῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσι καὶ χιλίων, σύστρεμμα καλεῖται. τὰ δὲ δύο συστρέμματα ἐπιξεναγία ὀνομάζεται, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα ἀνδρῶν καὶ δισχιλίων. αἱ δὲ δύο ἐπιξεναγίαι στίφος, ἑξ καὶ ἐνενήκοντα ἀνδρῶν καὶ τετρακισχιλίων. τὰ δὲ δὴ δύο στίφη ἐπίταγμα ὀνομάζουσι, λέγων μὲν

συστάσεις,] Scribe, σύστασις, ex Æliano.

ἔκτακτοι, EXTRAORDINARII.] Video & apud Ælianum cap. IX, in codicibus quibuſdam ita ſcribi. Verum non eſt dubium, quin ſit ἔκτακτοι legendum. Vide quæ notavi ſupra cap. XV.

σύστρεμμα καλεῖται, VOCATUR SYSTREMMA.] Ita habet Ælianus cap. XVI. neque aliter vertit Robortellus. Theodorus Theſſalonicenſis vero ſcribit *ſyſtema*, quod amplexus eſt Arcerius, & in notis ait *alteri eſſe præferendum*, licet Suidas, auctorque vocabularii militaris diſſentiant. Ego vero cauſſam, quare audiamus hic Arcerium, non video. Erat utique hoc genus certo quodam & peculiari nomine indigitandum. At vero ſyſtema de quovis uſurpatur. Noſter ſupra cap. VIII. ἐκόσης δὲ τάξεως πεζικῆς τε καὶ ἱππικῆς συστήματα τέσσαρα ἐστι. Deinde alii quoque in ſcripturam hanc conſentiunt, quod ipſe obſervavit. Cur in omnibus errorem fingimus, in ſolo Theodoro nullum? Ad poſtremum velut militare vocabulum etiam Polybius lib. I. uſurpavit.

στίφος.] Etiam hic ſuo uſus eſt ingenio Arcerius apud Ælianum, vertit enim *ſtichos*. At vero ſcire poterat ex præcedentibus, longe aliud quid eſſe στίχος in tacticis, id videlicet, quod verſum ſive ordinem vocamus, milites continentem XVI. Vide ſupra. Auctor lexici Militaris: στίφος, δύο ἐπιξεναγίαι. & mox: ἐπίταγμα, δύο στίφη. Sui-

μὲν τεσσάρων καὶ εἴκοσι καὶ χιλίων ἀνδρῶν δὲ ὀκτακι χιλίων ἑκατὸν ἐννενήκοντα δύο ἐπόντας. δεῖ δὲ καὶ τούτοις συντεταχθαι ἄνδρας ὀκτὼ ἐπιλέκτους, ὧν τέσσαρες μὲν ἔσονται ἐπιξεναγοὶ, τέσσαρες δὲ συστρεμματάρχαι. Ὠφέλιμοι δ' ἐν μάχῃ τοξόται τε καὶ ἀκοντισταὶ, καὶ σφενδονῆται, καὶ πάντες ὅσοι ἑκηβόλοις ὅπλοις διαχρῶνται πολλαχῇ· καὶ γὰρ ὅπλα συντρίψαι τῶν πολεμίων ἱκανοὶ, μάλιστα δὲ οἱ τοῖς λίθοις ἀκροβολιζόμενοι, καὶ τραύματα ἐκ μακροῦ ἐμβαλεῖν, εἰ δὲ βιαιοτέρα πληγὴ γένοιτο, καὶ κατακτανεῖν. χρήσιμοι δ' ἐκκαλέσασθαι ἐκ χωρίου ὀχυροῦ πολεμίους, τῷ διὰ μακροῦ τὰ βέλη ἐφιέντες ἐλπίδα παρέχειν, ὅτι ἐπιόντας οὐκ ἂν δέξαιντο. χρήσιμοι δὲ καὶ φάλαγγα τεταγμένην διαλύσαι, καὶ ἵππον ἐπιφερομένην ἀναστεῖλαι, καὶ χωρία ὑπερδέξια καταλαβέσθαι, τῷ τε ταχεῖς εἶναι διὰ κουφότητα, καὶ

Περὶ τοξότων, ἀκοντιστῶν, καὶ πάντων ἀκροβολιζόντων, τῆς τε αὐτῶν χρείας.

cantur, ordines quidem habens mille viginti quatuor, viros vero octies mille, centum nonaginta duos. Oportet autem hos habere viros selectos octo, quorum quatuor quidem sint Epixenagi, quatuor autem Systrem-matarchæ. Jaculatores autem idonei in præliis, & sagittarii, & funditores, omnesque qui missilibus pugnant, multipliciter sunt utiles. Nam & arma hostium possunt confringere, ii præcipue, qui lapidibus pugnant, & vulnera è longinquo inferre, vel si ictus fuerit validior, etiam occidere. Sunt quoque utiles ad eliciendos ex munitiore loco hostes: quoniam tela emittunt è longinquo, ac iccirco spem faciunt fore, ut si impetus in eos fiat, ipsum minime sustinere valeant. Sunt & ad dissolvendum ordinem phalangis idonei, & ad repellen-

De Jaculatoribus, Arquitibus, & omnibus, qui telis eminus utuntur, deque eorum usu.

ad occupandos locos editiores, cum propter celeritatem, quia leves sunt, tum quia si quem dum equitatum irruentem, & ado-

Suidas: στίφος, τάξις πολεμικὴ, ἡ φάλαγξ, συστροφὴ, πλῆθος συστάσεων. Glossæ veteres, στίφος, *caterva.*

ἐπόντας δεῖ.] Ante hoc δεῖ punctum poni debet. Sed quid est ἐπόντας? An scribendum est, ἑκόντων? deliberent alii.

ἵππον ἐπιφερομένην, EQUITATUM IRRUENTEM. Docet locus hic, nil esse immutandnm apud Ælianum, quando scribit cap. XVII, καὶ ἵππον ἀποκρούσασθαι, ut est in Gesneri codice. Arcerius publicavit ἵππων, mox in notis vel τὴν ἵππον, vel τὸ ἱππικὸν videri emendandum dixit. ἵππον equitatum denotare, tralaticium est.

χωρία ὑπερδέξια, LOCOS EDITIORES.] Eadem habentur apud Ælianum cap. XVII, in cod. Florent. nam vulgati omiserunt. De quo ad Ælianum ipsum suo tempore, si vitam Deus dederit.

adoriuntur, propter densas jaculationes nemo possit elabi, qui non plurimis vulneribus affligatur. Idonei quoque sunt ad repellendos à loco quopiam eos, qui accedunt, quia vulnera sustinere nequeunt. Item ad exploranda loca suspecta, & ad subsidendum in insidiis, & ut uno verbo dicam, ad pugnandum ante pedites. Quin etiam apti sunt, ut una cum eis prælientur, aut etiam post eos, & in clade fugam peditum ad barbaros sistant. Equitum autem varii diversique generis sunt acies. Quædam enim sunt quadratæ, quædam oblongæ, aliæ rhombi figura, aliæ in cuneum formatæ. Omnes autem hæ utiles sunt suo tempore, neque unam earum quis dicere possit esse meliorem altera, quoniam alio in loco, & adversus alios hostes, alioque tempore alia intelligitur utilior aliis, quæ antelatæ fuerunt. Ac acie quidem rhombi figura formata Thessali plerumque usi sunt, quam Ileum Thessalum ajunt primum invenisse. Mihi autem videtur,

Quomodo Equites in quadratam, oblongam, rhombi, aut cunei formam construendi, & cur antiqui acies sic instruxerint.

τῷ εἰ καταλάβοιεν, τῇ συνεχείᾳ τοῦ ἀκροβολισμοῦ μηδένα ἀπελάσαι αὐτοῖς ἄνευ πολλῶν τραυμάτων. χρήσιμοι δὲ καὶ ἀποκρούσασθαι ἀπὸ χωρίου τοὺς κατειληφότας, οὐκ ὑπομένοντας τὰ τραύματα. ἐπιτήδειοι δὲ καὶ τὰ ὕποπτα χωρία διερευνήσασθαι. ὠφέλιμοι δὲ καὶ ἐς ἐνέδραν ἐγκαθέσεσθαι. ἑνί τε λόγῳ καὶ προαγωνίζεσθαι τῶν πεζῶν, ἀγαθοὶ δὲ καὶ συναγωνίζεσθαι, ὠφέλιμοι καὶ ἐπιμαχόμενοι, ἱκανοὶ τελέαν τὴν ἧτταν τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους τῶν πεζῶν τραπεῖσι καταστῆσαι. Τῶν δὲ δὴ ἱππέων ποικίλαι καὶ πολυειδεῖς αἱ τάξεις. αἱ μὲν τετράγωνοι, αἱ δὲ ἑτερομήκεις, αἱ δὲ ῥομβοειδεῖς, αἱ δὲ ἐς ἐμβολὴν ξυνηγμέναι. ἀγαθαὶ δὲ ξύμπασαι αὗται αἱ τάξεις ἐν καιρῷ ταττόμεναι, καὶ μίαν οὐκ ἄν τις ἐπιλεξάμενος αὐτῶν προκρίνειεν τῶν ἄλλων, ὅτι ἐν ἄλλῳ χωρίῳ, καὶ πρὸς ἄλλους πολεμίους, καὶ ἐν καιρῷ ἄλλῳ εὕροι ἂν τῆς προκριθείσης ἀλλήλων ὠφελιμωτέραν. τῇ μὲν δὴ ῥομβοειδεῖ τάξει τὸ πολὺ Θέσσαλοι ἐχρήσαντο, καὶ Εἰλεὼν, ὡς λόγος, ὁ Θετταλὸς τὸ σχῆμα τοῦτο πρῶτος ἐξεῦρεν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, προεξευρημένῳ πολλῷ

Πῶς τοὺς ἱππεῖς συντακτέον, ἐν σχήματι τετραγώνῳ ἢ ἑτερομήκει, ῥομβοειδῶς ἢ ἐμβολοειδῶς, καὶ διά τι οὕτως τὰς τάξεις οἱ παλαιοὶ ἐσχημάτισαν.

μηδένα ἀπελάσαι, NEMO POSSIT ELABI.] Mallet margo Bigotiani libri, μηδένα πελάσαι.

τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους, AD BARBAROS.] Ex eadem margine emenda, τοῖς, respicit enim sequens τραπεῖσι.

ῥομβοειδεῖ.] Vide figuras subjectas.

εἰλεῶν, ILEUM.] Non est mihi dubium, quin sit depravatus hic locus. Oportet sane, ut præcesserit illius nomen, qui cuneum primus invenisse creditus est saltem apud Thessalos: id vero non comparet



ILARCHA.



VRAGUS.

paret

cum longe prius esset inventa, ea frequentius fuisse usus, & ex eo nactus famam. Et est illa ad mutationem omnem valde idonea, difficillimeque vel à tergo, vel à lateribus invadi potest. Nam ad angulos quidem rhombi collocatos habet duces, in primo quidem Ilarcham, in dextro ac sinistro eos, qui dicuntur plagiophylaces, in postremo denique uragum. A lateribus vero rhombi, validissimos equitum, quoniam & hi plurimum in præliis conducunt. Acie autem cunei forma instructa Scythas potissimum usos accepimus, atque Thracas, qui eam à Scythis didicerunt. Philippus autem Macedo etiam Macedonas ea acie uti assuefecit. Videtur autem utilis &

πολλῷ χρησάμενος ἀπ' αὐτοῦ εὐδοκίμησεν. καὶ ἔστιν ἐς πᾶσάν τε μεταβολὴν ἁρμοδιώτατον, καὶ πρὸς τὸ ἥκιστα κατὰ νώτου ἢ πλαγίων ἁλίσκεσθαι ἀσφαλέστερον. κατὰ μὲν γὰρ τὰς γωνίας τοῦ ῥόμβου τοὺς ἡγεμόνας τεταγμένους ἔχει. ἐπὶ μὲν τῆς ἔμπροσθεν τὴν εἰλάρχην, ἐπὶ δὲ τῆς δεξιᾶς καὶ εὐωνύμου τοὺς καλουμένους πλαγιοφύλακας, ἐπὶ δὲ τῆς ὑπολοίπου τὴν οὐραγόν. κατὰ δὲ τὰς πλευρὰς τοῦ ῥόμβου τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων, ὡς καὶ τούτους ἐν ταῖς μάχαις μεγάλα ἐποφελεῖν. ταῖς δὲ δὴ ἐμβολοειδέσι τάξεσι Σκύθας κεχρῆσθαι μάλιστα ἀκούομεν, καὶ Θρᾶκας, ἀπὸ Σκυθῶν μαθόντας. Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδὼν καὶ Μακεδόνας ταύτῃ τῇ τάξει χρῆσθαι ἐπήσκησεν. ὠφέλιμος δὲ καὶ αὕτη δοκεῖ ἡ τάξις,

paret hodie. Deinde, quinam sunt hi εἴλεοι vel εἰλεοὶ? Videntur in Thessalia quærendi, quia Thessali hoc dicuntur tradere, præterea semper equites fuerunt præstantissimi. At in ea regione nulli εἰλεοὶ, quod ego sciam: sed nec alibi occurrunt. Dicat aliquis, id εἰλεῶν esse positum, pro εἰλῶν, ut cohæreant τὸ σχῆμα τοῦτο εἰλῶν. Εἶλαι ἱππέων passim occurrunt, pro agminibus ipsorum, unde mox apud nostrum etiam, εἰλάρχης, agminis ejusmodi præfectus. Glossæ veteres: εἴλη, *globus*, *acies*, *ala*, *cohors*. Hinc ergo σχῆμα εἰλῶν, figura talium globorum equestrium. Sed εἰλεῶν est aliud quidpiam, nec huc pertinet. Pollux lib. v. cap. II. εἰλεοὶ, κυρίως μὲν ἐπὶ ὄφεων λέγονται, ὥσπερ καὶ χειαί. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων θηρίων. hoc est, εἰλεοὶ *proprie quidem dicuntur serpentum latebræ, sicut & χειαί. abusive tamen etiam de feris aliis usurpantur.* Itaque hoc nihil ad hanc rem, ut dixi. Scribendum est Ἰλέων. Ælianus cap. XLIII. ubi agit de hac acie. Ταύτην πρῶτος Ἰλέων εὗρεν ὁ Θεσσαλὸς, ὅθεν καὶ Ἴλη ἐκ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κέκληται. Adde eundem capite XLV.

ἢ πλαγίους ἁλίκεσθαι, VEL A LATERIBUS INVADI.] Mallem ego, ἢ πλαγίων ἁλίσκεσθαι. Ita sane Ælianus cap. XVIII.

ἀσφαλέστερα] Scribendum puto ἀσφαλέστερον, quia supra fuit ἁρμοδιώτατον, & refertur ad σχῆμα, quod præcessit.

ἐμβολοειδέσι, CUNEI FORMA.] Vide schema sequens.

ἐν



ipsa, quando duces collocantur circumquaque, & frons in acutum desinens & retro latior totam hostium aciem facile potest dividere, conversionesque ac reversiones efficit faciles. Acies quadratæ enim difficilius circumaguntur. at quæ formata est in acutum, etsi, cum procedit, in latum progreditur, tamen vel leviter ab initio flexa, reliquam aciem habet facile subsequentem. Ceterum quadratis aciebus Persæ plurimum utuntur, Barbarique Siculi, nonnullique Græcorum, ii præsertim, qui pollent equitatu. Est enim hæc acies bene ordinata compositaque cum alias, tum per versus jugaque, irruptionesque

ξις, ὅτι ἐν κύκλῳ οἱ ἡγεμόνες τεταμμένοι εἰσὶ, καὶ τὸ μέτωπον ἐς ὀξὺ ἀπολῆγον εὐπετῶς πᾶσαν τάξιν πολεμίαν διακόπτειν παρέχει, καὶ τὰς ἐπιστροφάς τε καὶ ἀναστροφὰς ὀξείας ποιεῖσθαι δίδωσιν. αἱ γὰρ τετράγωνοι τάξεις δυσπεριάγωγοί εἰσιν. ἡ δ' εἰς ὀξὺ προημένη, εἰ καὶ προϊοῦσα ἐς βάθος προχωρεῖ, ἀλλ' αὐτῇ τε τῇ ἀρχῇ δι' ὀλίγου ἐπιστρέφουσα τὴν πᾶσαν τάξιν εὐμαρῶς ἐξελισσομένην παρέχει. ταῖς δὲ δὴ τετραγώνοις τάξεσι Πέρσαι μάλιστα ἐχρήσαντο, καὶ οἱ ἐν Σικελίᾳ βάρβαροι, καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ πλεῖστοι καὶ ἱππικώτατοι. εὐσαντακτός τε γὰρ ἥδε ἡ τάξις ἄλλης μᾶλλον, ἅτε καὶ κατὰ στοῖχον, καὶ κατὰ ζυγὸν τεταγμένων, καὶ τὰς ἐπελάσεις καὶ ἀπελάσεις εὐμα-

ἐν Σιλεκίᾳ, SICULI.] Ita habet liber Bigotii. At vero margo ejus, κιλικίᾳ. Perperam utrumque. Scribendum enim Σικελίᾳ Ælianus cap. XVIII. τετραγώνοις ἐχρήσαντο Πέρσαι τε καὶ Σικελοὶ. Barbari, quos innuit, sunt Sicani, Morgetes, Hispani, de quibus consulendus Strabo lib. VI.

ac retroceſſiones faciliores in ea, in quibus omnibus duces iunctim irruunt in hoſtes. Porro illæ hujus optimæ acies, quæ alterum tantum habent numerum in longitudine; ut ſi decem collocati ſint in fronte, quinque ſtent in latitudine; aut viginti in fronte, decem vero in latitudine. Tales enim acies numero quidem ſunt oblongæ, figura vero quadratæ. Nam longitudo equi à capite ad caudam explet, quod pertinet ad quadratum, & in latitudine deeſt numero: adeo ut nonnulli triplum numerum fecerint longitudinis ad latitudinem, quod

δύμαρεσέρας παρέχει), καὶ μόνων τούτων πάντων οἱ ἡγεμόνες ἄῤῥαοι ἐμπίπτουσι τοῖς πολεμίοις. ἄρξας δ' ἔστιν, αἱ διπλασίονα τὸν ἀριθμὸν ἐν τῷ μήκει, ἤπερ ἐν τῷ βάθει ἔχουσαι. οἷον εἰ ἐπὶ δέκα καὶ μέτωπον πεταγμένοι εἶεν, καὶ ἐπὶ πέντε εἰς τὸ βάθος· ἢ ἐπὶ εἴκοσι μὲν καὶ μέτωπον, ἐπὶ δέκα δὲ εἰς βάθος. αἱ γὰρ τοιαῦται τάξεις τῷ μὲν ἀριθμῷ ἑτερομήκεις εἰσὶ, τῷ δὲ σχήματι εἰς τετράγωνον καθίστανται. τὸ γὰρ ἵππου μῆκος ἀπὸ κεφαλῆς ἐπ' ἐσχάτην ἐμπίπτωσι δὲ τελεαγώνων, ὅπερ ἐς βάθος τῷ ἀριθμῷ ἐνδέον· ὥστε ἤδη τινὲς καὶ τριπλασίονα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐν τῷ μήκει πεπομένων ἐποίησαν πρὸς τὸ βάθος

καὶ μόνων τούτων πάντων οἱ ἡγεμόνες, IN QUIBUS OMNIBUS DUCES.] Ælianus: καὶ μόνων τούτων πάντας τοὺς ἡγεμόνας. Geſnerus corrigit, ἐν μόνῳ τούτῳ. Arcerius ἐν μάναις ταύταις. Fruſtra, ſicuti ex noſtro paret. Nempe, non aſſequebantur noſtri mentem, ſive Æliani: nam ſic vertunt: Robortellus quidem, & cum eo faciens, Geſnerus: *hæc ſola acies videtur multos habere, qui ſimul in hoſtes irruant majore quadam vi.* μόνων accipit de acie, ἡγεμόνας de multis, quod eſt nihili. Arcerius: *in his ſolis omnes præfecti ſimul confertim in hoſtes irruunt.* μόνων ipſe quoque intelligit de acie. At ex noſtro patet, ſermonem eſſe non de acie, ſed de infeſtationibus. Præcedit enim ἡ τάξις, ſequitur deinde μόνων, quod profecto non ad τάξιν, verum ἐπελάσεις referendum. Itaque hic ſenſus eſt, ſolere in hac acie facere impetum in hoſtes eos omnes ſolosque, qui ſunt cæterorum duces, contra quam fit vel in rhombo, vel in cuneo. Scilicet in acie quadrata frontem faciunt, qui dicuntur λοχαγοὶ, duces contuberniorum, ſive verſuum, non in rhombo, non in cuneo, cum ſint verſus ibi inæquales. Atque hanc ob cauſam prædicat figuræ hujus bonitatem, quia quanto ſunt præſtantiores, qui incurrunt, tanto impetus eſt validior. Vide ſupra cap. XVIII.

ἄρξας δ' ἔστιν αἱ διπλασίονα τὸν ἀριθμὸν, PORRO ILLÆ HUJUS OPTIMÆ ACIES, QUÆ ALTERUM TANTUM HABENT NUMERUM.] Hæc vitioſa ſunt, & ex Æliano emendanda hoc modo: ἄρξας δ' ἔστιν αἱ διπλάσιον τὸν ἀριθμὸν &c.

τὸ

Iugum decem equitum.
Versus quinq; equitum.
Versus quinq; equitum.
Iugum decem equitum.

Iugum xx equitum.
Versus x equitum.
Versus x equitum.
Iugum xx equitum.

Iugum ix equitum.
Versus iii equitū.
Versus iii equitū.
Iugum ix equitum.

putarent, ita ſe conſecuturos accurate figuram quadratam, quod ſit tripla longitudo equi ad latitudinem viri juxta humeros ejus, atque novem in longitudine per frontem conſtitutis, tres collocarunt in latitudine. Sed nec hoc eſt ignorandum, quod equi collocati in latitudinem non æqualem præſtent utilitatem atque pedites ſic diſpoſiti. Non enim impellunt eos, qui ſunt ante ipſos, quia non poteſt equus equo incumbere, ſicut in humeros laterave aliorum pedites incumbere ſolent. Neque ſi conjungantur iis, qui ſunt ante ipſos collocati in latu-

βάθος, ὅπως διόμβοι ἐς ἀκρι-
βὲς τετράγωνον καθιστήσειν τὸ
σχῆμα, ὡς τριπλάσιον τὸ μῆ-
κος τοῦ ἵππου ὑπὲρ τὸ πλάτος
τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατὰ τοὺς ὤμους
ἐπέχων. ὥστε ἐννέα κατὰ μῆκος ἐν
τῷ μετώπῳ παίζοντες, τρεῖς ἐν
τῷ βάθει ἐπέπιπτον. ἐπὶ δὲ
ἐκεῖνο χρὴ ἀγνοεῖν, ὅτι οἱ ἐς
βάθος ἐπισταλμένοι ἵπποις οὐ
πολὺ ἴσην ὠφέλειαν παρέχουσιν,
ὡς ὡς τὸ ἐπὶ τοῖς πεζῶν βάθος.
οὔτε γὰρ ἐπωθεῖσι τοὺς πρὸ σφῶν,
ἀλλὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐπερείδειν
ἵππῳ, καθάπερ ἐκεῖνα τὰ τοὺς
ὤμους καὶ τὰς πλευρὰς αἰ ἐπε-
ρείσεις γίνονται τῶν πεζῶν. οὔτε συνε-
χεῖς γινόμενοι τοῖς πρὸ σφῶν τε-
ταγμέ-

τὸ πλάτος τοῦ ἀνθρώπου, LATITUDINEM VIRI.] Etiam hic locus lucem affert verbis Æliani. Dicit Ælianus ſimplicius: τοῦ κατὰ τοὺς ὤμους πλάτους. Id accipiunt de equi latitudine. Robortellus: *videtur tribus omnino partibus longior eſſe equus, quam latior.* Theodorus: *triplicem enim propemodum longitudinem habere ad ſuorum armorum latitudinem equum videmus.* Arcerius: *videtur enim tripla omnino eſſe longitudo equi ad armorum latitudinem.* Omnes agunt de equi latitudine. At oſtendit noſter, verba eſſe accipienda de latitudine viri. Nempe acierum omnium figuræ ſpaciaque definiuntur ab hominibus. Tot dicuntur pedes habere, cum ſtant laxe, tot, cum ſtant arte. Auctor veteris lexici militaris, ut nunc alios omittam. κατέχει ὁ πεπυκνωμένος ἀνὴρ πήχεις β', ὁ δὲ ἀνειμένος τεταγμένος, πήχεις δ'. Cum itaque à viris ſpacia definiantur aciei, æquum erat, ut ad ipſos equi comparatio inſtitueretur, oſtenderetur, quantum ſuperaret virum, puta ſicut vulgo latitudo ejus cenſeri ſolet in acie, non quantum ſemetipſum.

ἐννέα κατὰ μῆκος, NOVEM IN LONGITVDINE &c.] Res claret è diagrammate ſequente.

οὔτε γὰρ ἐπωθεῖσι τοὺς πρὸ σφῶν, NON ENIM IMPELLUNT EOS, QUI SUNT ANTE IPSOS.] Lego una littera minus, πρὸ σφῶν. Ælianus: οὐδὲ γὰρ ἐπωθοῦσιν, οὐδὲ σωέχουσι τοὺς πρὸ ἑαυτῶν. Et ſic requirit ſenſus ipſe. Alluditur enim ad id, quod eſt dictum ſupra, de iis, qui ſtant poſtremi in phalange.

τεταγμένοις, ἕν τι βάρος τοῦ παντὸς πλήθους ἀποτελοῦσιν, ἀλλ' εἰ ξυνερείδοιεν καὶ πυκνοῖντο, ἐκταράσσουσι μᾶλλον ἵππους. ὁ δὲ ῥόμβος ὧδε ἔχει μέν. εἰλάρχης πρῶτος τάττεται, οἱ δ' ἐφ' ἑκάτερα αὐτοῦ ἱππεῖς οὐκ ἐξ ἴσου αὐτῷ στοιχοῦσιν, ἀλλὰ ἐς τοσὸν δὲ ὑποβεβληκότες, ὡς τὰς κεφαλὰς κατὰ τοὺς ὤμους μάλιστα τοῦ ἵππου τετάχθαι, ὅ-

titudine, pondus unum efficit omnis multitudo, verum potius si constipantur conjungunturque equi, turbas cient. Cæterum rhombi ratio est talis. Primus collocatur Ilarcha, equites autem qui utrinque consistunt, non æquale cum eo faciunt jugum, verum distant tanto intervallo, ut capita juxta armos equi, quo Ilar-

ἕν τι βάθος, PONDUS UNUM.] Non est dubium, quin divisim ἕν τι sit legendum. Pro βάθος, apud Ælianum βάρος legitur. Et sic noster supra dicto loco βάρος τῶν σωμάτων, item cap. XVIII, βάρος φάλαγγος, σιδήρου. Ego tamen nescio, num hic rectius sit, βάθος. Est enim distinctum membrum hoc à præcedenti, quod vel repetitio conjunctionis οὔτε monstrat. Quare puto eum esse sensum, equos, si vel maxime adigantur, ut eant constipati, nunquam tamen servaturos ordinem, ut æqualiter incedant omnibus in jugis, ac iccirco aciei latitudo quoque æqualiter se habeat per omnia. Alios enim processuros, alios recessuros etiam invitis sessoribus, unde fiet, ut alibi latior, alibi angustior sit futura.

ἱππῆς, EQUITES.] Ita manifeste Bigotianus & meus. Sed scribendum absque dubio ἱππεῖς.

οὐκ ἐξ ἴσου αὐτῷ στοιχοῦσιν, NON ÆQUALE CUM EO FACIUNT JUGUM.] Corrigendum est, ζυγοῦσιν. Habet enim εἰλάρχης versum suum, nullum vero jugum, quia ipse consistit solus in capite, neque ullos habet alios à lateribus. Vide Ælianum cap. XIX.

ὑποβεβληκότης, DISTANT.] Scribe, ὑποβεβληκότες, cum alias non habeat, ad quod referatur.

ὡς τὰς κεφαλὰς, UT CAPITA.] Quorum? sua ne, an equorum? Apud Ælianum ita vulgo editur: ὥστε τὰς κεφαλὰς τῶν ἱππέων αὐτῶν κατὰ τοῦ ὤμου τοῦ ἵππου τοῦ ἰλάρχου τετάχθαι. quod Theodorus explicat de equitum capitibus. Sed si sic accipimus, quo referemus illud αὐτῶν? Vidit, credo Robortellus, ac propterea sic vertit: *adeo, ut capita equorum, quibus illi vehuntur, respondeant tergo equi, quo præfectus vehitur.* Quare miror, sibi hujus rei observationem assignare Arcerium, imo Robortellum reprehendere, quod vulgatam lectionem fuerit secutus. Equidem de equorum capitibus verba hæc intelligenda esse, id docuerit, quod sequitur apud Ælianum τοῦ ὤμου τοῦ ἵππου. Quomodo enim equitis caput possit esse situm juxta equi humeros seu armos? At ἱππῶν scribi oportere pro ἱππέων, necdum monstrat, cum ex glossa totum hoc, quoquo legatur modo, irrepsisse videatur. Ita enim habent Mss. ὥστε τὰς κεφαλὰς αὐτῶν κατὰ τοὺς ὤμους τοῦ ἵππου τοῦ εἰλάρχου τετάχθαι, sicut apud nostrum.



Ilarcha vehitur, habeant. Atque sic deinceps latiora latioraque faciunt juga, usque ad dimidium totius aciei: inde vero rursum coarctantes ea, rhombum absolvunt. At vero dimidium rhombi est cuneus, ut hoc ipso explicata sit & cunei figura. Acies autem heteromeces est, cujus vel latitudo major, quam frons, vel frons major, quam latitudo. Atque hæc quidem melior est priore ad prælia, nisi forte perrumpere hostes voluerimus. Tunc enim ea quæ est latior, & in fronte arctior, altera plus conducibilis. Vel si forte

πω ὁ εἰλάρχης ἐποχεῖται. καὶ οὕτω τοὺς ἐφεξῆς στίχους πλατύνοντες ἔς τε ἐπὶ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς· ἐνθένδε αὖ κατὰ ταῦτα ἐς στενὸν ξυνάγοντες, τὸν ῥόμβον ἐκπληροῦσι. τὸ δὲ ἥμισυ τοῦ ῥόμβου ἐμβολόν ἐστιν, ὥστ' ἐν ταυτῷ δεδήλωταί μοι καὶ τοῦ ἐμβόλου τὸ σχῆμα. ἑτερομήκης δ' ἐστὶν τάξις, ἡ τὸ βάθος τοῦ μετώπου μεῖζον ἔχουσα, ἢ τοῦ βάθους τὸ μέτωπον, ἥπερ ἀμείνων τῆς προτέρας εἰς τοὺς ἀγῶνας, εἰ μήπου ἐκπεσεῖν διὰ πολεμίας τάξεως ἐθέλοιμεν. τότε γὰρ ἡ βαθυτάτη καὶ κατὰ μέτωπον στενοτάτη τάξις αὕτη ἂν εἴη ὠφελιμωτάτη. ἢ εἴ ποτε ἀποκρύ-

ἐνθένδε, INDE VERO.] Puto scripsisse nostrum, ἐνθεύτεν δὲ.

ἑτερομήκης δ' ἐστὶν τάξις, ACIES AUTEM HETEROMECES EST.] Conceptu facilis hæc acies: sed juvabit tamen adspicere.

ἐκπεσεῖν, PERRUMPERE.] Respicit haud dubie eos, qui undique ab hoste circumdati, facto cuneo viam sibi aperiunt, hostesque perrumpunt. Non enim alio aciei genere hoc fit facilius, ut exempla testantur. Vide Vegetium lib. III, cap. XIX.

ἐς

ποκρύψαι δέοι τῶν ἱππέων τὸ πλῆθος, ὡς προσκαλέσασθαι τοὺς πολεμίους ἐς θάρσος, ἀξύμφορον. ἡ δ' ἐφ' ἕνα ἐπὶ μετώπου ἀβαθὴς τάξις, ἐς λεηλασίας ἀνυπόπτους ἐπιτήδειος, ἢ που καταπατῆσαί τι, ἢ ἀφανίσαι ἐθέλοιμεν. ἐς δὲ τοὺς ἀγῶνας τὸ πολὺ ἀξύμφορος. Εἰ τοίνυν ἀριθμὸς εἴη τῶν ἱππέων, ἐς ὅσον ὑπεθέμεθα, ἀποδεόντων τε ὁπλιτῶν, καὶ τούτων ψιλῶν, πλήθους εἴη ἂν ἐς τετρακισχιλίους καὶ ἕξ καὶ ἐνενήκοντα ἱππέας. εἴλην δὲ ἑκάστην ἐποίουν ἐκ τοσοῦ δὲ ἀριθμοῦ ἑξήκοντα καὶ τεσσάρων ἱππέων, καὶ εἰλάρχας τοὺς ἐφ' ἑκάστῃ εἴλῃ τεταγμένους. αἱ δὲ δύο εἶλαι ἐπειλαρχία αὐτοῖς ὠνομάζετο, καὶ ἦν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἱππέων. αἱ δὲ δύο ἐπειλαρχίαι ταραντιναρχία, ἕξ καὶ πεντήκοντα ἱππέων ἐπὶ τοῖς διακοσίοις. αἱ δὲ δύο ταραντιναρχίαι ἱππαρχία, δώδεκα καὶ πεντακοσίων ἱππέων, ἥν τινα Ῥωμαῖοι εἴλην καλοῦσιν. αἱ δὲ δύο

Περὶ ὀνομάτων τῶν ἱλῶν, καὶ ἱππέων ἐν ἑκάσταις ἀριθμοῦ.

occultari multitudinem equitum, ut eliciantur hostes ad audendum, non inutile. Acies autem quæ constituitur fronte simplici absque latitudine, ad deprædationes subitaneas est idonea, aut quando perdere ac vastare quidpiam cupimus. ad certamina vero plurimum inutilis. Si igitur numerus sit equitum, quantum supposuimus, & gravis itemque levis armaturæ militum, quantum ad eos requiritur, equites erunt quatuor mille & nonaginta sex. Quamlibet autem eilen faciebant equitum sexaginta quatuor, & eilarchas, qui cuilibet præessent. Duæ autem eilæ epeilarchia eis dicitur, continentque equites centum viginti octo. Duæ autem epeilarchiæ Tarantinarchia, equitum ducentorum quinquaginta sex. Duæ vero Tarantinarchiæ Hipparchia, equitum quingentorum duodecim, qualem Romani eilen appellant. Duæ autem Hippar-

De turmarum nominibus, & equitum in singulis numero.

ἐς θάρσος, ἀξύμφορον, AD AUDENDUM, NON INUTILE.] Contrarium velle nostrum, docent omnia hujus loci. quare scribo, ἐς θάρσος οὐκ ἀξύμφορον.

ἐς λεηλασίας, AD DEPRÆDATIONES.] Non dubito, scripsisse nostrum ἐς τεήλασίας.

ἐπειλαρχίαι.] Corrigo, ἐπιλαρχία, eodemque modo in sequentibus, ταραντιναρχία, non ταραντιναρχίαι. Sic enim exigit ipsa ratio. item, ἱππαρχία, non ἱππαρχίαι.

ἥν τινα Ῥωμαῖοι εἴλην καλοῦσιν, QUALEM ROMANI EILEN APPELLANT.] Quinam sunt hi Ῥωμαῖοι? nam εἴλη non est vox Romana, & deducunt veteres magistri ab εἰλέω, id est, congrego, conduco. Num respexit ad τὸ *ala* Romanorum? Sane non ablu-

parchiæ, Ephipparchia, equitum mille viginti quatuor. Telos autem duæ Ephipparchiæ, equitum bis mille quadraginta octo. Tele autem duo, Epitagma, equitum quater mille nonaginta sex. Curruum autem ac elephantorum ordines, ordinumque vocabula, & præfecturas, earumque nomina explicare frustranei esse laboris, mihi quidem videtur, quia hoc pridem usurpari desitum requirit, ut vetusta vocabula repetamus. Nam Romani quidem pugnam ex vehiculis non usurparunt. Barbari vero Europæi ne ipsi quidem adhibuere vehicula, nisi qui insulas habitant, Britannicas vocatas, positas extra magnum mare. Hi enim fere usi sunt junctis ad currum equis, parvis durisque. Habent autem currus aptos ad incursiones per regiones quaslibet, & equulos, ad sustinendas

Quod curruum & elephantorum constructionis usus ad prælia exoleverit.

ἱππαρχίαι ἐφιππαρχία, τεσσάρων καὶ εἴκοσι ἀνδρῶν καὶ χιλίων. τέλος δὲ αἱ δύο ἐφιππαρχίαι, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα καὶ δισχιλίων. τὰ δὲ δύο τέλη ἐπίταγμα ἤδη ὠνόμαζον, ἕξ καὶ ἐννενήκοντα καὶ τετρακισχιλίων. Τὸ δὲ τῶν ἁρμάτων καὶ ἐλεφάντων τάς τε τάξεις, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν τάξεων, καὶ τὰς ἡγεμονίας, καὶ τὰ τούτων αὖ ὀνόματα ἐπεξιέναι ματαίου πόνου εἶναί μοι ἔδοξεν, ὅτι ἐκλελειμμένας ἐκ παλαιοῦ ἤδη λέξειν ἔμελλον. Ῥωμαῖοι μὲν γὰρ οὐδὲ ἐπήσκησάν ποτε τὴν ἀπὸ τῶν ἁρμάτων μάχην. οἱ βάρβαροι δὲ, οἱ μὲν Εὐρωπαῖοι οὐδὲ αὐτοὶ διεχρήσαντο ἅρμασιν, πλήν γε δὴ οἱ ἐν ταῖς Βρεττανικαῖς καλουμέναις ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης. οὗτοι γὰρ συνωρίσιν τὸ πολὺ ἐχρῶντο ἵππων καὶ σμικρῶν καὶ πονηρῶν. οἱ δίφροι δὲ αὐτοῖς ἐπιτήδειοί εἰσιν ἐς τὸ ἐλαύνεσθαι κατὰ χωρίων παντοίων, καὶ τὰ ἱππάρια ἐς τὸ ταλαι-

Ὅτι τῶν ἁρμάτων τε καὶ ἐλεφάντων συντάξεως χρεία ἐς τοὺς πολέμους ἐκλέλειπται.

abludit sonus, & in Glossis invenimus: εἴλη, *glovus*, *acies*, *ala*. Erant quoque alæ iis, quibus noster floruit, temporibus quingenariæ. Vide Schelium ad Hyginum pag. LXXI.

ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης, EXTRA MAGNUM MARE.] In Oceano videlicet. Nam Magnum Mare id, quod vulgo dicimus Mediterraneum. Vide prolixe agentem de eo Merulam ad Annalem Ennii XII, & libello de Maribus cap. VII.

πονηρῶν, DURIS.] Puto plane duros, & laboris patientes intelligere, quoniam alias non coveniunt, quæ sequuntur. Quod si verum est, etiam hic locus docuerit, non semper mutare accentum hoc vocabulum, cum diversum à *pravo* signare debet, sicut veteres Grammatici voluerunt. Hesychius: πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ. πονηρὸς, τὰ αὐτά.

κατὰ χωρίων παντοίων, PER REGIONES QUASLIBET.] Cæsar III Bel. Gal. cap. XXXIII, ubi describit istos Britannorum currus,

ταλαιπωρεῖσθαι. τῶν δὲ Ἀσιανῶν πάλαι μὲν Πέρσαι ἐπήσκησαν τὴν τῶν δρεπανηφόρων τε ἁρμάτων, καὶ καταφράκτων ἵππων διφρείαν, ἀπὸ κύρου ἀρξάμενοι. ἔτι δὲ πρὸ τούτων οἱ σὺν Ἀγαμέμνονι Ἕλληνες, καὶ οἱ σὺν Πριάμῳ Τρῶες τὴν τῶν ἀφράκτων, καὶ Κυρηναῖοι δ' ἐπὶ πολὺ ἀπὸ ἁρμάτων ἐμάχοντο. ἀλλὰ ξύμπαντα ταῦτα τὰ ἀσκήματα ἐκλέλειπται, καὶ ἡ τῶν ἐλεφάντων δὲ χρεῖα ἐς τοὺς πολέμους, ὅτι μὴ παρ' Ἰνδοῖς τυχὸν, ἢ τοῖς ἄνω Αἰθίοψιν, καὶ αὔτοι ἐκλέλειπται. Νυνὶ δὲ τὰ ὀνόματα ἐπέξιμεν τῶν κινήσεων κατ' ἰδέαν ἄλλου καὶ ἄλλου στρατοπέδου, καὶ τὸν νοῦν ἑκάστου τοῦ ὀνόματος. καλεῖται δὲ τὸ μὲν τοι κλίσις, καὶ ταύτης εἰδέαι δίτταί,

Περὶ τινῶν ὀνομάτων, ὧν πρὸς τὰς τῶν σχημάτων κινήσεις ἡ χρῆσις σύμφορος.

quasvis molestias. Ex Asiaticis vero quondam Persæ in usu habuerunt currus falcatos equosque cataphractarios, Cyro ejus rei auctore. Quanquam & ante id tempus Græci, qui fuerunt cum Agamemnone, & Trojani, qui fuerunt cum Priamo, non cataphractariis, & Cyrenæi, vehiculis ut plurimum sint usi ad bellum. Verum totum genus hoc nunc exolevit. etiam elephantorum usus ad prælia, nisi forte apud Indos, aut superiores Æthiopas adhuc sint in usu. Nunc igitur vocabula commemorabimus motionum, secundum alias aliasque species exercitus, nominisque cujuslibet significationem. Vocatur autem una quidem clisis, id est inclinatio; ejusque species sunt duæ, una

De quibusdam vocabulis ad formarum motiones utilibus.

rus, essedas vocatos: *tantum usu quotidiano, & exercitatione efficiunt, ut in declivi & præcipiti loco incitatos equos sustinere, & brevi moderari ac flectere, & per temonem percurrere, & in jugo insistere, & inde se in currus citissime recipere consueverint.*

ἀπὸ Κύρου ἀρξάμενοι, CYRO EIUS REI AUCTORE.] Hausit hoc ex Xenophontis Inst. Cyri lib. VI, ubi disserit de hoc genere, auctoreque ejus Cyro latissime. Dicam amplius, in opere de re vehicularia.

Κυρηναῖοι, CYRENÆI.] Stephanus ex Ephoro subindicat ista esse desumpta. Verba ejus sunt in voce Βοιωτία. Ἔφορος δέ φησιν, ὅτι Ἀθηναῖοι περὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν, Θετταλοὶ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν, Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν, κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν ἐπιστήμην ἠσχόλην. Patet autem ex nostro, διφρευτικὴν ἐπιστήμην apud Stephanum, non de quolibet vehiculorum usu, verum eo, qui ad bella spectat, accipi oportere. Meminit alias Cyrenæorum hanc ob causam cum laude etiam Xenophon lib. VI. Cyropæd. Τὸν γὰρ πρόσθεν χρόνον καὶ οἱ ἐν τῇ Μηδίᾳ, καὶ Συρίᾳ, καὶ Ἀραβίᾳ, καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τοῖς ἅρμασιν οὕτως ἐχρῶντο, ὥσπερ νῦν οἱ Κυρηναῖοι. *Superiori tempore Medi, Syri, Arabes, omnesque Asiatici perinde utebantur curribus, ut nunc Cyrenæi.*

αὔτοι.] Ratio requirit, ut αὐτὴ scribamus, quia respicit præcedens χρεία.

una in haſtam, altera in clypeum. Alia vero metabole, id eſt transmutatio. ac rurſus alia epiſtrophe, id eſt converſio, & anaſtrophe, id eſt reverſio. aliaque periſpaſmus, id eſt circumflexio, & ecperiſpaſmus, id eſt reflexio, & verſatio, & jugatio, & in rectum reſtitutio, & duplicatio. Vocatur quoque una epagoge, & paragoge, dextra ac ſiniſtra, & phalanx tranſverſa. eſt autem alia & recta, & alia obliqua phalanx. parembole quoque, & protaxis, & hypotaxis. Cæterum cliſis, eſt motus qui fit à viris ſingulis, eaque quæ in haſtam dicitur, fit in dextrum latus, quippe ubi miles haſtam tenet; quæ vero in clypeum, fit in ſiniſtrum, ubi geſtat clypeum. Ac ſiquidem ſimplex fit

ἢ μὲν ἐπὶ δόρυ, ἢ δὲ ἐπ' ἀσπίδα. τὴ δὲ μεταβολὴ, τὴ δὲ ἐπιστροφὴ, καὶ ἀναστροφὴ ἄλλο. καὶ περισπασμὸς ἢ καὶ ἀνομάζετο, καὶ ἐκπερισπασμὸς ἄλλο, καὶ στρέφειν, καὶ ζυγεῖν, καὶ ἐς ὀρθὸν ἀποδιδόναι, καὶ διπλασιάζειν. λέγεται δέ τις καὶ ἐπαγωγὴ, καὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ἀνώνυμος παραγωγὴ, καὶ πλαγία ἢ φάλαγξ ἐστί τις, καὶ ὀρθία φάλαγξ ἄλλη, καὶ λοξὴ φάλαγξ, καὶ παρεμβολὴ, ἔτι μὴν προτάξεις καὶ ὑποτάξεις. Κλίσις μὲν δή ἐστιν ἡ κατ' ἄνδρα κίνησις. καὶ τῆς κλίσεως ἐπὶ δόρυ μὲν καλεῖται ἡ ἐς δεξιὰ, ἐπειπερ τὸ δόρυ ἐστὶ τῷ ὁπλίτῃ ἐπ' ἀσπίδος ἢ, ἡ ἐπὶ τὰ λαιὰ, ἵνα φέρει τὴν ἀσπίδα. καὶ εἰ μὲν ἁπλῆ κλίσις, ἐς τὰ πλά-

De inclinatione, ac immutatione, utraque vel in haſtam, vel in clypeum.

Περὶ κλίσεως, καὶ μεταβολῆς, ἐκατέρας τε τῆς ἐπὶ δόρυ, καὶ τῆς ἐπ' ἀσπίδα.

μα

ἐπὶ δόρυ, IN HASTAM.] Meus liber habuit ἐπὶ δόρῳ, quod aperte falſum.

ἐς ὀρθὸν, IN RECTUM.] Ælianus cap. XX V, ἐπ' ὀρθὸν, quomodo & Suidas, & Lexici veteris militaris auctor. Sed tamen apud eundem Ælianum paulo poſt eſt, εἰς ὀρθὸν.

καὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ.] Mallem ego, καὶ δεξιά τε ἀριστερὰ.

καὶ παρεμβολὴ, ἔτι μὲν προτάξεις καὶ ὑποτάξεις, PAREMBOLE QUOQUE, ET PROTAXIS, ET HYPOTAXIS.] Pro προτάξεις, abſque dubio προστάξεις eſt ſcribendum. Et docent abunde ſingularum deſcriptiones, quæ ſequuntur. Differunt autem πρόταξις, & πρόσταξις non parum apud Ælianum cap. XXX, ubi vide. Cæterum ut convenirent iſta præcedentibus, vellem ego omnia ſic legere: καὶ παρεμβολὴ ἔτι μὲν καὶ πρόστάξεις καὶ ὑπόταξις.

κλίσις μὲν δή ἐστιν ἡ κατ' ἄνδρα κίνησις, CETERUM CLISIS EST MOTUS QUI FIT A VIRIS SINGULIS.] Hanc in ſequente tabella adſpice.

πλὰ

Statio militis ante clisin seu inclinationem.

d d

Simplex clisis in clypeum. Simplex clisis in hastam.

Duplex clisis in clypeum, seu metabole. P P Duplex clisis in hastam, seu metabole.

για μόνον παράγει τὴν ὄψιν· εἰ δὲ διπλῆ γένοιτο, ἀποστρέφει τὴν ὄψιν ἐς τὸ κατόπιν τοῦ ὁπλίτου. τοῦτο δὲ ἤδη ἡ μεταβολὴ καλεῖται. Ἐπιστροφὴ δέ ἐστιν, ἐπειδὰν τὸ πᾶν σύνταγμα πυκνώσαντες καὶ παραστάτην καὶ ἐπιστάτην, καθάπερ ἑνὸς ἀνδρὸς σῶμα ἐπὶ δόρυ ἢ ἐπ' ἀσπίδα ἐγκλίνωμεν, καθάπερ ἐπὶ κέντρῳ τῷ λοχαγῷ παντὸς τοῦ τάγματος περιελιχθέντος, καὶ μεταλαβόντος τόπον μὲν τὸν ἔμπροσ-

Περὶ ἐπιστροφῆς, ἀναστροφῆς, περισπασμοῦ, καὶ ἐκπερισπασμοῦ.

clisis, vultus convertitur in latus, si vero duplex, vultus militis convertitur ad tergum. Cæterum hæc species nunc metabole vocatur. Epistrophe autem est, cum syntagma totum ad parastatam simul & epistatam condensatum velut unius viri corpus in hastam vel clypeum inclinamus, stante lochago velut centro, totoque agmine circumacto, & capiente locum anteriorem,

De conversione, reversione, inflexione, & circumflexione.

τὴν πάζιν.] Quid hoc est vocabuli? num scribendum τάξιν At monuerat noster supra, κλίσιν omnem esse καθ' ἕνα. Puto absque ambiguitate, scribendum esse ὄψιν. Ita mox: ἀποστρέφει τὴν ὄψιν ἐς τὸ κατόπιν.

πυκνώσαντες, CONDENSATUM.] Non ex aciei hujus, verum alia quacunque caussa, ut ex Æliano cognoscimus. Propter illam enim πύκνωσιν hic motus instituitur. Alias servatur κλίσις, cujus ab ἐπιστροφῇ ea est differentia, quod in ista sese vertunt singuli, in hac tota acies. In ista servant omnes suum locum, corpus vultumque tantum circumagunt. In hac omnes locum suum mutant, præter unicum lochagum.

rem, conspectum vero ad dextram, manente quolibet epistata & parastata. Anastrophe autem est restitutio epistrophes in locum priorem. Perispasmus autem appellatur motus agminis ex duabus epistrophis constans, ita ut priorem locum posteriore permutent. Eeperispasmus vero, ex tribus epistrophis constans motus continuus totius agminis, ita ut si commutatio fiat in hastam, aspectus vertatur in sinistram, si vero in clypeum, vertatur in dextram. Stichein seu versare dicitur, cum recta serie incedunt cum lochago & urago, æqualia inter se spacia servantes. Zigein seu jugare, cum recto ordine incedit quilibet secundum longitudinem ex iis, qui sunt in versu jugante. Iugant autem simul cum lochago, lochagi πάν-

Versare quid, & jugare, & quid in rectum dare.

θεν, ἐπιφάνειαν δὲ τὴν ἐκ δεξιῶν, διαμενόντων ἑκάστῳ τῶν τε ἐπιστατῶν καὶ παραστατῶν. ἀναστροφὴ δέ ἐστιν ἡ ἀποκατάστασις τῆς ἐπιστροφῆς ἐς τὴν προτέραν χώραν. περισπασμὸς δὲ καλεῖται ἡ ἐκ δυοῖν ἐπιστροφῶν τοῦ τάγματος κίνησις, ὡς μεταλαβεῖν τὴν ὀπίσω τόπον. ἐκπερισπασμὸς δὲ, ἡ ἐκ τριῶν ἐπιστροφῶν συνεχῶν τοῦ παντὸς κίνησις, ὥστε μεταλαμβάνειν, εἰ μὲν ἐπὶ δόρυ γίγνοιτο, τὴν ἐξ ἀριστερῶν ἐπιφάνειαν, εἰ δὲ ἐπ' ἀσπίδα, τὴν ἐκ δεξιῶν. Στοιχεῖν δὲ λέγεται τὸ ἐπὶ εὐθείας ἰέναι τῷ λοχαγῷ, καὶ τῷ οὐραγῷ, σώζοντα τὰ ἴδια διαστήματα. ζυγεῖν δὲ τὸ ἐπ' εὐθείας ἰέναι κατὰ μῆκος ἕκαστον τῶν ἐν τῷ λόχῳ τῷ ζυγοῦντι. συζυγοῦσι δὲ τῷ μὲν λοχαγῷ οἱ λοχαγοὶ

Στοιχεῖν τι, καὶ ζυγεῖν, καὶ ἐπ' ὀρθὸν ἀποδοῦναι.

δυεῖν ἐπιστροφῶν, DUABUS EPISTROPHIS.] Corrige, δυοῖν ἐπιστροφοῖν. Et sic Ælianus.

σώζοντα, SERVANTES.] Possit videri σώζοντας scribendum, quomodo est apud Ælianum. Ego tamen nihil muto, quia referri potest ad subintellectum ἕκαστον ἄνδρα.

τὰ ἴδια διαστήματα, ÆQUALIA INTER SE SPACIA.] Nescio annon scripserit noster, τὰ ἴσα διαστήματα. Hæc enim est sententia, debere quemlibet, qui sic recta linea incedit inter lochagum & uragum, non distare longius à præcedenti, quam à subsequenti, ut spacia inter singulos in versu sint æqualia. ἴσα habet quoque Ælianus.

ἐπ' εὐθείας ἰέναι. RECTO ORDINE INCEDIT.] Ita paulo ante, ἐπὶ εὐθείας ἰέναι. Ælianus utrobique legit εἶναι. verum puto nostrum esse melius, præsertim cum professus sit in præcedentibus, explicaturum se ὀνόματα κινήσεων. Ac nescio, an non Ælianus quoque ita scripserit. Judicent peritiores.

συζυγοῦσι δὲ, JUGANT AUTEM.] Ex hoc loco supplenda est lacuna apud Ælianum cap. xxv. nam hodie postrema tantum verba, οἱ λοχαγοὶ πάντες ibi leguntur. Gesnerus putavit sufficere, si scri-

πάντες, τῷ δὲ τούτου ἐπιστάτῃ οἱ τῶν ἄλλων λοχαγῶν ἐπιστάται, καὶ ἐφεξῆς ὡσαύτως. καὶ μὴν ἐς ὀρθὴν ἀποδοῦναι λέγεται, τὸ εἰς τὴν καθεστῶσαν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν καταστῆσαι τοὺς ὁπλίτας τὴν ὄψιν, οἷον εἴ τις ἐπὶ τοὺς πολεμίους τετραμμένος, κελευσθείη ἐπὶ δόρυ κλῖναι, ἔπειτα αὖ παρεγγελθεῖν αὐτῷ, ἐς ὀρθὸν ἀποκαταστῆσαι, δεήσει πάλιν αὐτὸν ἐπὶ τοὺς πολεμίους τετράφθαι. Ἐξελιγμῶν δὲ διτταὶ ἰδέαι, ἡ μὲν κατὰ λόχους, ἡ δὲ κατὰ ζυγά. τούτων δὲ αὖ ἑκάτερα τριχῇ νενέμηται. ὁ μὲν γάρ τις ἐξελιγμὸς Μακεδὼν, ὁ δὲ Λάκων, ὁ δὲ Κρητικὸς ὀνομάζεται. τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον καλούμενον εὑρίσκω καὶ Περσικὸν, καὶ Χόριον. Μακεδὼν μὲν οὖν ἐστιν, ὁ μεταλαμβάνων τῆς φάλαγγος τὸν ἔμπροσθεν τόπον, ἀντὶ δὲ τῆς κατὰ πρόσωπον ἐπιφανείας τὴν κατόπιν. Λάκων δὲ, ὁ καταλαμβάνων τῆς φάλαγγος τὸν ὀπίσω τόπον, καὶ ὡσαύτως ἀντὶ τῆς πρόσθεν ἐπιφανείας τὴν

Περὶ ἐξελιγμῶν, ὅτι δύο αὐτῶν γένη, τὸ μὲν κατὰ λόχους, τὸ δὲ κατὰ ζυγά. περὶ διαφορᾶς αὐτῶν, καθ' ἣν ὁ μὲν Μακεδὼν, ὁ δὲ Λάκων, ὁ δὲ Χώριος.

omnes, cumque epistata ejus, lochagorum aliorum epistatæ, & sic deinceps cæteri similiter. In rectum dare, est vultum militum in priorem locum vertere, ut si quis in hostes conversus jubeatur inclinare in hastam, deinde dare se in rectum, debebit is rursum convertere se in hostem. Exeligmorum autem species sunt duæ, una per versus, alia per juga, utraque iterum in tres species dividitur. Est enim unus Exeligmus qui Macedonicus, & alius qui Laconicus, & alius qui Creticus vocatur, quem ipsum Persicum & Chorium etiam invenio dictum. Macedonicus est, qui priorem phalangis locum transfert, verum frontem, quam habuit in anteriora, vertit in posteriora. Laconicus vero, qui posteriorem locum capit, & similiter frontem, quam habuit in anteriora, vertit in po-

De Evolutionibus, quod earum duo sint genera, unum per versus, per juga alterum. de earum differentia, qua alia Macedonica, alia Laconica, alia Choria dicitur.

scriberetur, ὡς οἱ λαχαγοὶ. Arcerius, ζυγοῦσιν οἱ λοχαγοὶ, correxit. Verum neutrum sufficit, ut facile ex membro subsequenti, quod huic respondere debet, colligitur. Et consentiunt emendationi nostræ codices Mss, de quo ad Ælianum ipsum suo tempore videbimus, si vitam Deus dabit.

καὶ ἐφεξῆς ὡς οὕτως, ET SIC DEINCEPS] Margo libri Bigotiani ὡσαύτως, quod probo. Vitium est ex eo, quia divisim scriptum fuit, ὡς αὕτως, ita namque noster solet perpetuo. Vide infra.

καὶ Χορίον, ET CHORIUM.] Legendum mea sententia, χόριον. Apud veterem auctorem vocabulorum militarium χορεῖος nominatur. Et sic vulgo legitur etiam apud Ælianum. At in Mss. est χόριος.

posteriora. Creticus autem, qui & Persicus vocatur, eundem quidem phalangis retinere locum facit agmen totum, singulos autem armatos relinquere locum suum, & capere alium, lochagum quidem uragi, uragum vero lochagi, & pro fronte in anteriora, frontem in posteriora vertere. Exeligmi autem per juga fiunt, cum quis ad sectiones statuere vult cornua, ad cornua vero sectiones, & medium phalangis omne confirmare, & similiter ad dextra ponere sinistra, & ad sinistra, dextra. Qui in partibus majoribus facere exeligmos timent, propter hostium vicinitatem, & nihilominus mutare aciem debent, ii facere eos possunt per singula syntagmata. Exeligmus

κατόπιν. ὁ δὲ Κρητικός τε καὶ Περσικὸς ὀνομαζόμενος, τὸν αὐτὸν μὲν ἐπέχειν ποιεῖ τόπον τῆς φάλαγγος τὸ πᾶν σύνταγμα, τῶν δ' ἐν τῷ μέρει ὁπλιτῶν ἕκαστον αὐτοῦ πρότερον ἐπεῖχεν τόπου, ἕτερον μεταλαμβάνειν, τὸν μὲν λοχαγὸν τὸν τοῦ οὐραγοῦ, τὸν δὲ οὐραγὸν τὸν τοῦ λοχαγοῦ, καὶ ἀντὶ τῆς κατὰ πρόσωπον ἐπιφανείας τὴν κατόπιν. οἱ δὲ δὴ κατὰ ζυγὰ ἐξελιγμοὶ γίγνονται, ἐπειδὰν ἐπὶ τῶν ἀποτομῶν βουληθῇ τις τὰ κέρατα καθιστάναι, τὰς δὲ ἀποτομὰς ἐπὶ τῶν κεράτων, καὶ τὸ μέσον τῆς πάσης φάλαγγος ἀποτελέσαι καρτερόν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ δεξιὰ ἐν τοῖς εὐωνύμοις καθίστησι, καὶ τὰ εὐώνυμα ἐν τοῖς δεξιοῖς. εἰ δὲ μὴ παρέχοι κατὰ μείζονα μέρη τῆς φάλαγγος ἐξελιγμοὺς ποιήσασθαι, πελαζόντων ἤδη τῶν πολεμίων, δέοι δὲ ἐξελίξαι τὴν τάξιν, τότε δὴ καὶ τὰ συντάγματα ἐξελίττουσι. Καὶ ὁ μὲν κατὰ στίχους

ἐπεῖχεν τόπον, RELINQUERE LOCUM.] Scribendum est, ἐπέχειν, mea sententia.

ἀπὸ τῶν ἀποτομῶν, AD SECTIONES.] Scribe confidenter, ἐπὶ τῶν ἀποτομῶν. Sic noster mox, ἐπὶ τῶν κεράτων. Neque aliter habet Ælianus, aut veteris vocabularii militaris auctor. ἀποτομαὶ sunt, quibus acies secundum longitudinem dividitur, vel in duas, vel in tres partes. Hoc modo, cum fit acies media, & duo cornua; illo, cum fiunt duo tantum cornua. Quo posteriori respectu supra cap. XII. vocavit hoc ipsum διχοτομίαν, atque os, seu umbilicum dixit appellari. Intelligit autem noster per ἀποτομὰς, eorum partem militum, qui collocati sunt ad istas sectiones. Quæ pars si transfertur ad cornu, quæque fuerat in cornu, ad sectionem, fieri ἐξελιγμοῦ hoc genus censetur.

ὡς αὔτως, SIMILITER.] Ita plane supra quoque, καὶ ὡς αὔτως ἀντὶ τοῦ πρόσθεν ἐπιφανείας. Vulgo jungitur. Adde seq. caput.

ἐν τοῖς εὐωνύμοις, SINISTRA.] Ita statim post: καὶ τὰ εὐώνυμα. Verum lectio hæc sine dubio est vitiosa, scribendumque εὐωνύμοις, & εὐώνυμα.

μετα-

Περὶ τρόπων, καθ' οὓς οἱ ἐξελιγμοὶ γίνονται.

στίχους ἐξελιγμὸς Μακεδὼν αὖ καλεῖται, ἐπειδὰν ὁ λοχαγὸς μὲν μεταβάλληται, οἱ δὲ ὀπίσω ἐκ δόρατος παραπορευόμενοι ἐφεξῆς ἀλλήλων ἱστῶνται. Λάκων δ' ἐξελιγμὸς ὀνομάζεται, ἐπειδὰν ὁ λοχαγὸς μεταβαλλόμενος ἐκ δόρατος ὅλον τὸν λόχον μεταλλάξῃ ἐς ἄλλον ἴσον τῷ πρόσθεν τόπῳ, οἱ δὲ λοιποὶ ἑπόμενοι ἐφεξῆς αὐτῷ τάττονται. ὁπότ' ἂν ὁ μὲν οὐραγὸς μεταβάλληται, ὁ δὲ ὀπίσω αὐτοῦ τεταγμένος ἐκ δόρατος τοῦ οὐραγοῦ παραπορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ τάττηται, καὶ οἱ λοιποὶ ὡσαύτως, ἄλλος πρὸς ἄλλους ἐπιταχθεὶς τὸν λοχαγὸν αὖ πρωτοστάτην ποιήσωνται. Χόριος δ' ἐξελιγμὸς γίνεται, ἐπειδὰν ὁ λοχαγὸς μεταβαλλόμενος ἐπὶ δόρυ προΐῃ ἐπὶ τοῦ λόχου, ἐστ' ἂν κατάσχῃ τὸν τοῦ

qui fit per versus, Macedonicusque vocatur, fit, cum mutatur lochagus, quique sequuntur, ab hasta se vertentes alii post alios collocantur. Exeligmus autem Laconicus vocatur, quando lochago vertente se ab hasta versum totum in alium æqualem priori vertit locum, cæteri autem sequentes ordine post eum similiter statuuntur. Vel, quando uragus immutatur, ac qui post eum constitutus uragum, ab hasta præcedens ante eum collocatur, cæterique similiter alius ante alium statuitur, donec lochagus fiat protostata. Chorius autem exeligmus fit, cum lochagus conversus in hastam procedit in versu, donec venerit ad locum uragi, uragus

De modis, quibus Evolutiones fiunt.

μεταβάλληται, MUTATUR.] Scribo, μεταβάλληται, cum Æliano.

ἐκ δόρατος παραπορευόμενοι, AB HASTA SE VERTENTES.] Ita plane Ælianus. Noster rursum in sequentibus, μεταβαλλόμενοι ἐκ δόρατος. Arcerius (nam Robortellus vertere omisit) interpretatur: *quique pone sequuntur in hastam conversi succedentes ordini gradum inter se sistunt.* Quasi legerit ἐπὶ δόρυ, aut ἐκ δόρατος idem putarit. Ego autem censeo diversa esse, imo sibi adversari, & μεταβάλλεσθαι ἐπὶ δόρυ dici eum, qui se vertit ad latus sinistrum, μεταβάλλεσθαι ἐκ δόρατος autem, qui cum staret in sinistro latere, vertit se vel in anteriora, vel in posteriora.

ἱστῶνται, COLLOCANTUR.] Apud Ælianum est, ἵστανται. Sed hoc modo habent Ms. ejus.

ἐπὶ δόρυ προΐῃ ἐπὶ τοῦ λόχου, IN HASTAM PROCEDIT IN VERSU.] Non potest esse dubium, quin sint vitiosa ista. Quid enim vult illud ἐπὶ bis repetitum? Ælianus ita habet: ὁ δὲ χορεῖος γίνεται, ὅταν ὁ λοχαγὸς μεταβαλλόμενος ἐκ δόρατος προάγῃ τοῦ λόχου. Scribo igitur, προΐῃ τοῦ λόχου, omisso illo ἐπὶ. Sed quid est, quod habet ἐκ τοῦ δόρατος, pro ἐπὶ δόρυ apud nostrum? Præfero lectionem nostri. nam de altera, quæ fit ἐκ τοῦ δόρατος, egerat in superioribus.

ἐπι-

gus autem, donec ad lochagi. Atque ita quidem fiunt per versus; ad eundem vero modum & per juga quomodo fiant, non difficile est intelligere. Diplasiasmorum vero sive duplicationum genera sunt duo, quædam per juga, quædam in latitudinem. Atque harum quidem quælibet aut numero fiunt, aut loco. Numero quidem, si pro mille viginti quatuor in longitudine faciamus bis mille quadraginta octo, eundemque locum phalanx tota retineat. Fit hoc autem insertis in medio armatorum epistatis, qui sunt in latitudine, atque ita densatur frons phalangis. Quod si hos restituere volumus figuræ priori, exclamemus, *qui in longitudine sunt inserti, revertantur in ordinem.* Sin vero duplicare locum etiam voluerimus longitudinis, ut exempli gratia stadiorum quinque aciem extendere in decem, ex latitudine insertos in longitudinem, medium inter armatos intervallum jubebimus ad dextram explicari, reliquos vero eorumque dimidiam partem ad sinistram, à versibus secundis ad cornua incipientes, atque ita duplex obtinebit spacium universa acies. Quod si restituere hos volumus priori formæ, explicare

De duplicationibus, quod earum duo sint genera, vel per juga vel in latitudinem. quomodo utrumque genus duplicetur, vel numero, vel loco. & ut rursum restituatur.

ὀρραγοῦ τόπον, ὁ δὲ ὀρραγὸς τοῦ τοῦ λοχαγοῦ. οὗτοι μὲν οὖν κατὰ λόχους γίνονται· ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ ζυγὰ συντελούμενοι, οὐ χαλεπὸν γνωσθῆναι. Διπλασιασμῶν δὲ διττὰ γένη τυγχάνει ὄντα, ἤτοι κατὰ ζυγὰ, ἢ κατὰ βάθος. καὶ τούτων ἕκαστον ἢ τῷ ἀριθμῷ διπλασιάζεται, ἢ τῷ τόπῳ. ἀριθμῷ μὲν, εἰ ἀντὶ χιλίων εἴκοσι τεσσάρων τὸ μῆκος διοχιλίων τεσσαράκοντα ὀκτὼ ποιήσαιμεν, τὸν τόπον τὸν αὐτὸν ἐπεχοῦσης τῆς πάσης φάλαγγος. γίγνεται δὲ τοῦτο, παρεμβαλλόντων ἐς τὰ μεταξὺ τῶν ὁπλιτῶν τοὺς ἐν τῷ βάθει ἐπιστάτας. καὶ οὕτω πυκνοῦται ἡμῖν τὸ μέτωπον τῆς φάλαγγος. ἀποκαταστῆσαι δὲ ἐπειδὰν βουληθῶμεν, παραγγελοῦμεν ὧδε· ὁ ἐς τὸ μῆκος ἐπιτεταγμένος, ἐπάνιθι ἐς τάξιν. εἰ δὲ καὶ τῷ τόπῳ διπλασιάσαι ἐθέλοιμεν τὸ μῆκος, ὡς ἀντὶ σταδίων πέντε ἐς δέκα ἐκτεῖναι τὴν τάξιν, τοὺς ἐκ τοῦ βάθους παρεμβληθέντας ἐς τὸ κατὰ μῆκος, μέσον τῶν ὁπλιτῶν διάστημα ἐπὶ τὰ δεξιὰ κελεύσομεν ἐξελίσσεσθαι, τοὺς δὲ λοιποὺς καὶ ἡμίσεας αὐτῶν ἐπὶ τὰ εὐώνυμα, ἀπὸ τῶν πρὸς τοῖς κέρασι δευτέρων λόχων ἀρχόμενοι, καὶ οὕτω διπλάσιον ἐφέξει χωρίον ἡ πᾶσα τάξις. ἀποκαταστῆσαι δὲ ἐπειδὰν βουληθῶμεν, αὖ ἐξελίσσειν τοὺς κατὰ

Περὶ διπλασιασμῶν, ὅτι δύο αὐτῶν γένη, ἤτοι κατὰ ζυγὰ, ἢ κατὰ βάθος. πῶς καθ' ἑκάτερον τὸ γένος ἡ φάλαγξ διπλασιάζεται, ἢ τῷ ἀριθμῷ, ἢ τῷ τόπῳ. καὶ πῶς πάλιν ἀποκαθίσταται.

κέρατα

ἐπιστάτας.] Fuit ἐπιστάτος in meo.

κινά

κέρατα τεταγμένους, τινὰς πρότερον εἶχον τόπους. οὐ πάνυ δὲ ὠφέλιμοι οἱ διπλασιασμοὶ ἐγγὺς ὄντων πολεμίων, ὅτι ταραχῆς τε τοῦ ἡμετέρου στρατεύματος δόξαν παρέξουσιν ἐκείνοις, καὶ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἐν τῇ μετακινήσει ἀσθενέστερον ἅμα καὶ ἀτακτότερον καθιστᾶσιν. ἀλλὰ τοὺς ψιλοὺς ἐπεκτείνειν ἄμεινον, καὶ τοὺς ἱππέας, ὡς τὴν ἐκ τοῦ διπλασιασμοῦ ἔκπληξιν ἄνευ κινήσεως τῆς πεζικῆς φάλαγγος τοῖς πολεμίοις ἐμποιῆσαι. γίνεται δὲ τὸ διπλασιάζειν ἀναγκαῖον, ἢ ὑπερφαλαγγῆσαι ἡμῶν θελησάντων ὑπὲρ τὸ τῶν πολεμίων κέρας, ἢ κωλύσαι ὑπερφαλαγγῆσαι ἐκείνους. τὸ βάθος δὲ διπλασιάζεται, εἰ ὁ δεύτερος λόχος τῷ πρώτῳ ἐπιταχθείη, ὥστε τὴν τοῦ δευτέρου λόχου λοχαγὸν ἐπιστάτην τοῦ πρώτου λοχαγοῦ γενέσθαι, τὴν δ' ἐπιστάτην τὸν πρῶτον, τοῦ μὲν ἐκείνου ἐπιστάτου ἐπιστάτην γενέσθαι. οὕτως γὰρ ὁ μὲν πρόσθεν πρῶτος ἂν τοῦ β' λόχου, δεύτερός ἐστι τοῦ πρώτου λόχου. ὁ δὲ

eos, qui ſunt ad cornua collocati, jubebimus ad loca, quæ prius habebant. Non autem penitus ſunt conducibiles hæ duplicationes; ſi hoſtes in propinquo ſunt, quod tumultus quandam ſpeciem in exercitu noſtro præbeant, exercitusque ipſe in transmutatione minus ordinate firmiterque collocetur. Verum longe melius, extendere levis armaturæ milites, atque equites; ut ex duplicatione, absque mutatione phalangis pedeſtris, terror hoſtibus injiciatur. Eſt autem duplicatio neceſſaria, quando circuire cupimus cornu adverſariorum, aut cavere, ne ipſi circumeant. Latitudo autem duplicatur, ſi ſecundus verſus primo adjungitur, ita ut ſecundi verſus lochagus epiſtata fiat lochagi in primo verſu, epiſtata primi verſus, epiſtatæ ſecundi verſus epiſtata. Ita namque qui primus erat verſus ſecundi, ſecundus fiet verſus primi, ſecundus vero verſus ſecundi, quar-

τινὰς πρότερον εἶχον τόπους, AD LOCA QUÆ PRIUS HABEBANT.] Non intelligo illud τινὰς. Exiſtimo ſcribendum eſſe εἰς οὓς, ut reſpondeat ſequenti τόπους. Margo Bigotiani libri habet οὓς τινας, quod valde placet.

ἐκ τοῦ διπλασιασμοῦ ἔκπληξιν, EX DUPLICATIONE TERROR.] Ita correxi locum. In meo fuit ἔπληξεν, quod eſt nihili. Intelligit terrorem, quem viſa hoſtium multitudo facit. Multitudo autem ſimulatur per ejusmodi διπλασιασμὸν, & aciei productionem. Atque ita poſtea ſcriptum vidi in Bigot.

εἰ ὁ δεύτερος λόχος τῷ πρώτῳ ἐπιταχθείη, SI SECUNDUS VERSUS PRIMO ADJUNGITUR.]



a a a &c. notant ſedecim milites verſus primi.

b b b &c. notant ſedecim milites verſus ſecundi.

c c c &c. ſedecim milites verſus tertii.

d d d &c. milites verſus quarti.

e e e &c. ſedecim milites verſus quinti,

f f f &c. milites verſus ſexti. Et ſic in reliquis.

g g g &c. notant ſedecim milites verſus ſecundi, qui verſui primo adjuncti.

h h h &c. notant ſedecim milites verſus quarti, qui verſui tertio adjuncti.

i i i &c. notant ſedecim milites verſus ſexti, qui verſui quinto adjuncti: ut per duplicationem ſit numerus XXXII. Et ſic deinceps verſus omnes pares imparibus adjungendi.

δεύτερος ἐν τῷ δευτέρῳ, τέταρτος τοῦ α'. καὶ ὡσαύτως ἐφεξῆς, ἔστ' ἂν ἅπας ὁ δεύτερος λόχος κατὰ τὸν πρῶτον ἐπ' εὐθείας ἐναλλὰξ ἐνταχθῇ ἐς βάθος. οὕτω γάρ τοι καὶ ὁ τέταρτος λόχος τὸν τρίτον βαθυνεῖ, συνταχθεὶς αὐτῷ, καὶ ἁπλῶς οἱ ἄρτιοι εἰς τοὺς περιττοὺς ἐνταχθήσονται. οὐ χαλεπὸν δὲ γνῶναι, ὅπως καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ βάθος χωρίου διπλασιασμὸς ἔσται, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦδε ἀποκατάστασις. καὶ μὴν πλαγία μὲν φάλαγξ ἐστὶν, ἡ τὸ μῆκος τοῦ βάθους πολλαπλάσιον ἔχουσα. ὀρθία δὲ, ὅταν ἐπὶ κέρας πορεύηται. οὕτω δὲ αὖ τὸ βάθος τοῦ μήκους πολλαπλάσιον παρέχεται. ὅλως τε παράμηκες μὲν τάγμα ὀνομάζεται, ὅ τι περ ἂν τὸ μῆκος ἔχῃ ἐπιπλεῖον τοῦ βάθους. ὄρθιον δὲ, ὅ τι περ ἂν τὸ βάθος τοῦ μήκους. λοξὴ δὲ ὀνομάζεται φάλαγξ, ἡ τὸ μὲν ἕτερον κέρας, ὁπότερον ἂν ὁ στρατηγὸς βούληται, τοῖς πολεμίοις πελάζον ἔχουσα, καὶ αὐτῷ μόνῳ ἀγωνιζομένη, τὸ ἕτερον δὲ δι' ὑποστολῆς σώζουσα. Παρεμ-

Περὶ φάλαγγος πλαγίας, ὀρθίας, καὶ λοξῆς.

μνήμη ἐστὶν αὐτῆς ἐν πολλοῖς γράμμασιν. ἐνθένδε εἰς λιμένα Σκυθοταύρων ἔρημον, στάδιοι διακόσιοι. καὶ ἔνθεν εἰς Ἁλμίτιδα τῆς Ταυρικῆς, στάδιοι ἑξακόσιοι. ἀπὸ δὲ Λαμπάδος εἰς Συμβόλου λιμένα Ταυρικὸν καὶ τοῦτον, στάδιοι εἴκοσι καὶ πεντακόσιοι. καὶ ἔνθεν εἰς Χερρόνησον τῆς Ταυρικῆς, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν. ἀπὸ δὲ Χερρονήσου εἰς Κερκινῆτιν, στάδιοι ἑξακόσιοι. καὶ ἀπὸ Κερκινήτιδος ἐς Καλὸν, λιμένα Σκυθικὸν καὶ τοῦτον, ἄλλοι ἑπτακόσιοι. ἐκ δὲ Καλοῦ λιμένος ἐς Ταμυράκην, τριακόσιοι. ἔσω δὲ τῆς Ταμυράκης λίμνη ἐστὶν οὐ μεγάλη. καὶ ἔνθεν εἰς τὰς ἐκροὰς τῆς λίμνης, ἄλλοι τριακόσιοι. ἐκ δὲ τῶν ἐκροῶν τῆς λίμνης ἐς Ἠόνας, στάδιοι ὀγδοήκοντα καὶ τριακόσιοι. καὶ ἔνθεν ἐς ποταμὸν Βορυσθένην, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν. κατὰ δὲ τὸν Βορυσθένην ἄνω πλέοντι, πόλις Ἑλληνὶς, ὄνομα Ὀλβία πεπόλισται. ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ἐπὶ νῆσον σμικρὰν ἐρήμην καὶ ἀνώνυμον, στάδιοι ἑξήκοντα. καὶ ἔνθεν εἰς Ὀδησσὸν, ὀγδοήκοντα. ἐν Ὀδησσῷ ὅρμος ναυσὶν. ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ ἔχει Ἰστριανῶν λιμὴν, στάδιοι ἐς αὐτὸν πεντήκοντα καὶ διακόσιοι. ἐνθένδε ἔχει Ἰσιακῶν λιμὴν, στάδιοι ἐς αὐτὸν πεντήκοντα. καὶ ἔνθεν εἰς τὸ Ψιλὸν καλούμενον στόμα τοῦ Ἴστρου, διακόσιοι καὶ χίλιοι. τὰ δὲ ἐν μέσῳ, ἔρημα καὶ ἀνώνυμα. κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα, ἐπ' εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ Ἀπαρκτίᾳ ἰδίως τὸ πέλαγος, νῆσος πρό-

πρόσκειται, ἣν τινα οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ Δρόμον Ἀχιλλέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἐπὶ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσιν. ταύτην λέγεται Θέτις ἀνεῖναι τῷ παιδί. καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα. καὶ νεώς ἐστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Ἀχιλλέως. καὶ ξόανον τῆς παλαιᾶς ἐργασίας. ἡ δὲ νῆσος αὐθρώπων μὲν ἐρήμη ἐστὶν, νέμεται δὲ αἰξὶν οὐ πολλαῖς, καὶ ταύτας ἀνατιθέναι λέγονται τῷ Ἀχιλλεῖ ὅσοι προσίσχουσι. καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκειται ἐν τῷ νεῷ, φιάλαι καὶ δακτύλιοι, καὶ λίθοι τῶν πολυτελεστέρων. ταῦτα σύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται. καὶ ἐπιγράμματα τὰ μὲν Ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ Ἑλληνικῶς, πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἐν ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως. ἔστιν δὲ ἃ καὶ τοῦ Πατρόκλου. καὶ γὰρ καὶ τὸν Πάτροκλον τιμῶσιν σὺν τῷ Ἀχιλλεῖ, ὅσοι τῷ Ἀχιλλεῖ χαρίζεσθαι ἐθέλουσιν. ὄρνιθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ, λάροι καὶ αἴθυαι καὶ κορῶναι αἱ θαλάσσιοι, τὸ πλῆθος οὐ σταθμητοί. οὗτοι οἱ ὄρνιθες θεραπεύουσιν τοῦ Ἀχιλλέως τὸν νεών. ἕωθεν ὁσημέραι καταπέτονται εἰς τὴν θάλασσαν. ἔπειτα ἀπὸ τῆς θαλάσσης βεβρεγμένοι τὰ πτερὰ, σπουδῇ αὖ εἰσπέτονται εἰς τὸν νεὼν, καὶ ῥαίνουσιν τὸν νεών. ἐπειδὰν δὲ καλῶς ἔχῃ, οἷδε ἐκκαλλύνουσιν αὖ τὸ ἔδαφος τοῖς πτεροῖς. οἱ δὲ καὶ τάδε ἱστοροῦσιν. τῶν προσεσχηκότων τῇ νήσῳ, ἱερεῖα τοὺς μὲν ἐξεπίτηδες πλέ-

currit, quam alii Achillis insulam, alii Dromon Achillis, alii Leucam à colore appellant. Hanc Thetis filio suo concessisse, eamque Achilles inhabitare fertur, in qua ei templum, simulacrum que antiquo opere sunt consecrata. Deserta est ab hominibus, eamque capræ non admodum multæ depascuntur, quas qui illuc appellunt Achilli offerre dicuntur. Multa præterea alia sacra dona in templo illo reposita cernuntur, ut phialæ, annuli, gemmæ preciosissimæ. Hæc omnia donaria Achilli suspensa. Epigrammata quoque ibi sunt Græca & Latina, variis modis ac metris in Achillis pariter atque Patrocli laudem composita. Nam qui Achillem, ii Patroclum simul eadem opera colunt & venerantur. Aves quoque innumerabiles, ut lari, mergi sive fulicæ, coturnices maritimæ, in insula illa degunt. Hæ aves templum Achillis curant. Mane enim singulis diebus mare petunt, indeque alis aqua madefactis ad templum advolantes, & templum aspergunt: ubi autem humectatum fuerit, eædem aves rursus alis ceu scopis verrunt atque purgant. A nonnullis hæc quoque traduntur. Illos quidem qui data opera ad insulam accedunt, bestias secum ad immolandum in na-

vibus portare, quarum alias mactent, alias vero vivas Achilli offerant. At vero qui tempestate quadam forte fortuna eo delati sunt, eos ab ipso deo petere hostiam, eumque consulere expediatne utileque sit eam hostiam immolare, quam pascentem ipsi delegerint; precium simul, quod illis justum videtur, pendentes, atque ad altare abjicientes. Quod si oraculum renuat (sunt enim oracula in illo templo) precio semper aliquid addunt atque adjiciunt, donec illud, oraculo permittente atque annuente, justum esse cognoscant. Quo facto, ipsa deinde bestia coempta atque immolanda, sua se sponte in templo sistit, nec amplius aufugit. Magna itaque vis pecuniarum ex immolandorum hujusmodi animalium pretio confecta atque collecta, in templo illo reposita esse fertur. Achillem præterea iis qui ad insulam jam appellunt, vel ei appropinquant, in somnis ajunt apparere, iisque significare quanam ex parte ad insulam commodissime appellere queant. Nonnulli quoque non dubitant affirmare ipsum Achillem non in somnis, sed vigilantibus sibi visibili specie atque forma, ut solent Dioscuri, in mali sive antennæ fastigio apparuisse. Hoc solo volunt eum à Dioscuris differre, quod illi quidem passim atque ubique navigantibus

οντας ἐς αὐτὴν, ἐπὶ ταῖς ναυσὶν κομίζειν, καὶ τούτων τὰ μὲν καταθύειν, τὰ δὲ ἀφιέναι τῷ Ἀχιλλεῖ. τοὺς δέ τινας ὑπὸ χειμῶνος ἐξαναγκασθέντας προσέχειν. καὶ τούτους παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ αἰτεῖν ἱερεῖον, χρωμένους ἐπὶ τῶν ἱερείων, εἰ λῷον σφίσιν καὶ ἄμεινον θῦσαι, ὅ, τι περ αὐτοὶ τῇ γνώμῃ ἐπιλέξαιντο νεμόμενον, τιμὴν ἅμα καταβάλλοντες τὴν ἀξίαν σφίσιν δοκοῦσαν. εἰ δὲ ἀπαγορεύοι ὁ χρησμὸς, εἶναι γὰρ χρησμοὺς ἐν τῷ νεῷ, προσβάλλειν τῇ τιμῇ. εἰ δὲ ἔτι ἀπαγορεύοι, ἔτι προσβάλλειν. συγχωρήσαντος δὲ, γιγνώσκειν ὅτι ἀποχρῶσα ἡ τιμή ἐστιν. τὸ δὲ ἱερεῖον ἵστασθαι ἐπὶ τῷ δὲ αὐτόματον, μηδὲ ἀποφεύγειν ἔτι. καὶ τοῦτο δὴ πολὺ ἀνακεῖσθαι τὸ ἀργύριον τῷ ἥρῳ τὰς τιμὰς τῶν ἱερείων. φαίνεσθαι δὲ ἐνύπνιον τὸν Ἀχιλλέα, τοῖς μὲν προσχοῦσι τῇ νήσῳ, τοῖς δὲ καὶ πλέουσιν, ἐπειδὰν οὐ πόῤῥω αὐτῆς ἀποσχῶσιν, καὶ φράζειν ὅπου προσχεῖν τῆς νήσου ἄμεινον, καὶ ὅπου ὁρμίσασθαι, οἱ δὲ καὶ ὕπαρ λέγουσιν φανῆναί σφίσιν, ἐπὶ τοῦ ἱστοῦ ἢ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ κέρως τὸν Ἀχιλλέα, καθάπερ τοὺς Διοσκούρους. τοσόνδε μόνον τῶν Διοσκούρων μεῖον ἔχειν τὸν Ἀχιλλέα, ὅσον οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς πανταχοῦ πλωϊζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται· καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται· ὁ δὲ

τοῖς

τοῖς πελάζουσιν ἤδη τῇ νήσῳ. οἱ δὲ καὶ τὸν Πάτροκλον σφίσιν ὀφθῆναι ἐνύπνιον λέγουσιν. τάδε μὲν ὑπὲρ τῆς νήσου τῆς τοῦ Ἀχιλλέως, ἀκοὴν ἀνέγραψα, τῶν ἢ αὐτῶν προσχόντων, ἢ ἄλλων πεπυσμένων. καί μοι δοκεῖ οὐκ ἄπιστα εἶναι. Ἀχιλλέα γὰρ ἐγὼ πείθομαι, εἴπερ τινα καὶ ἄλλον, ἥρωα εἶναι, τῆτε εὐγενείᾳ τεκμαιρόμενος, καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς Ψυχῆς, καὶ τῷ νέον μεταλλάξαι ἐξ ἀνθρώπων, καὶ τῇ Ὁμήρου ἐπ' αὐτῷ ποιήσει, καὶ τῷ ἐρωτικὸν γενέσθαι καὶ φιλέταιρον, ὡς καὶ ἐπαποθανεῖν ἐλέσθαι τοῖς παιδικοῖς. ἀπὸ δὲ τοῦ Ψιλοῦ καλουμένου στόματος τοῦ Ἴστρου, ἐς τὸ δεύτερον στόμα, στάδιοι ἑξήκοντα. ἐνθένδε ἐπὶ τὸ Καλὸν καλούμενον στόμα, στάδιοι τεσσαράκοντα. καὶ ἀπὸ τοῦ Καλοῦ ἐπὶ τὸ Νάρακον, οὗδε ὀνομαζόμενον στόμα τέταρτον τοῦ Ἴστρου, στάδιοι ἑξήκοντα. ἐνθένδε ἐπὶ τὸ πέμπτον, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. καὶ ἔνθεν εἰς Ἰστρίαν πόλιν, στάδιοι πεντακόσιοι. ἐνθένδε ἐς Τομέας πόλιν, στάδιοι τριακόσιοι. ἀπὸ δὲ Τομέας εἰς Κάλλαντραν πόλιν, ἄλλοι τριακόσιοι. ὅρμος ναυσὶν. ἐνθένδε ἐς Καρῶν λιμένα, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος, Καρία κληίζεται, ἀπὸ δὲ Κα-

specie evidenti atque perspicua appareant, & visi salutiferi sint; at vero Achilles iis tantum, qui ad hanc insulam accedunt. Nonnulli ipsum quoque Patroclum sibi in somnis visum esse ajunt. Atque hæc quidem de Achillis insula refero audita tantum ab iis, qui vel ipsi illuc appulerunt, vel ab aliis intellexerunt, quæ mihi quidem fide digna videntur esse. Achillem enim, si quem alium, heroa fuisse facile mihi persuadeo, his ductus coniecturis, quod nimirum & nobilitate, & pulcritudine, animique robore præstans fuerit, & juvenis admodum vitam cum morte commutarit, & ab Homero egregie celebratus fuerit, denique quod in amoribus atque amicitiis colendis & tuendis ita fuerit constans ac firmus, ut mortem quoque pro amoribus suis oppetere non dubitarit. A Psilo Istri ostio, ad secundum ejusdem ostium, stadia sexaginta. Hinc ad Calum appellatum ostium, stadia quadraginta. A Calo ad Naracum, sic nominatum, quod est quartum Istri ostium, stadia sexaginta. Hinc ad quintum, centum & viginti. Ab hoc ad Istriam urbem, stadia quingenta. Ab Istria ad Tomeas urbem, stadia trecenta. A Tomea ad Callantram urbem, ubi portus, alia trecenta. Hinc ad Carorum portum, centum & octoginta. Ipsa regio quæ est circumcirca portum illum, Caria appellatur. A Carorum por-

Istri flumini sostia.

Istria.

Tomea.

Callantra

Carorum port.

Caria.

Tetrifias. portu ad Tetriſiada, ſtadia centum & viginti. Inde ad *Bizus.* Bizum locum deſertum, ſtadia ſexaginta. A Byzo ad *Dionyſopolis.* Dionyſopolim, ſtadia octoginta. Hinc ad *Odeſſus.* odeſſum, ubi portus, ducenta. Ab Odeſſo uſque ad radices ſive latera *Hæmus mons.* Hæmi montis, quæ in Pontum uſque protenduntur, ubi portus, ſtadia trecenta & ſexaginta. Ab Hæmo ad *Meſembria.* Meſembriam urbem, ubi portus, nonaginta. A Meſembria ad *Anchialus* Anchialum urbem, ſtadia ſeptuaginta. Ab Anchialo ad *Apollonia.* Apolloniam, centum & octoginta. Hæ omnes ſunt urbes Græcæ in Scythia ſitæ, quæ occurrunt à ſiniſtris in Pontum navigantibus. Ab Apollonia ad *Cherroneſus.* Cherroneſum, ubi portus navium, ſtadia ſexaginta. A *Aulæi mænia.* Cherroneſo ad Aulæi mænia, ducenta & quinquaginta. *Thynias.* Hinc ad Thyniada littus, centum & viginti. A *Salmydeſſus.* Thyniade ad Salmydeſſum, ſtadia ducenta. Hujus regionis à Xenophonte quoque Seniore fit mentio, qui huc uſque Græcorum exercitum penetraſſe ſcribit, cujus ipſe dux extiterit, quando poſtremo cum *Sutha Thrax.* Sutha Thrace ſtipendia fecit. Multis quoque idem deſcribit, quam difficilis ea ſit ac importuoſa regio, quod naves vi tempeſtatis eo ejectæ pereunt: ac *Thraces.* quomodo Thraces accolæ pro

ρὸν λιμένα ἐς Τετρισιάδα, σάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς Βίζον χῶρον ἔρημον, σάδιοι ἑξήκοντα. ἀπὸ δὲ Βίζυ εἰς Διονυσόπολιν, σάδιοι ὀγδοήκοντα. ἐνθένδε εἰς Ὀδησσὸν, διακόσιοι. ὅρμος ναυσίν. ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ ἐς τὸν Αἷμον τὸν ὑπωρείας, αἱ δὴ εἰς τὸ Πόντον καθήκουσιν, σάδιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα. καὶ ὕδωρ ὅρμος ναυσίν. ἀπὸ δὲ τοῦ Αἵμου εἰς Μεσημβρίαν πόλιν, ἐνενήκοντα. ὅρμος ναυσίν. καὶ ἀπὸ Μεσημβρίας εἰς Ἀγχίαλον πόλιν, σάδιοι ἑβδομήκοντα. καὶ ἐξ Ἀγχιάλου εἰς Ἀπολλωνίαν, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. αὗται πᾶσαι αἱ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν, οἰκισμέναι ἐν τῇ Σκυθίᾳ, ἐν ἀριστερᾷ ἐκπλέοντι εἰς τὸν Πόντον. ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Χερρόνησον, σάδιοι ἑξήκοντα. ὅρμος ναυσίν. καὶ ἀπὸ Χερρονήσου εἰς Αὐλαίου τεῖχος, πεντήκοντα καὶ διακόσιοι. ἐνθένδε εἰς Θυνιάδα ἀκτὴν, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς Σαλμυδησσὸν, σάδιοι διακόσιοι. ταῦτα δὲ χωρία μνημονεύει πεποίηται Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος. καὶ μέχρι τούτου λέγει τὸν στρατὸν ἐλθεῖν τὸν Ἑλλήνων, ἧς αὐτὸς ἡγήσατο, ὅτε τὰ τελευταῖα σὺν Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ ἐστράτευσεν. καὶ τὴν ἀλιμενότητα δὲ χωρίου πολλὰ ἀνέγραψεν, ὅτι συναυᾶται ἐκπίπτει τὰ πλοῖα χειμῶνι βιαζόμενα. καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ ἀπέχωροι ὅτι ὑπὲρ τῶν

τῶν ναυαγίων ἐν σφίσιν διαμάχονται. ἀπὸ δὲ Σαλμυδησσοῦ εἰς Φρυγίαν, στάδιοι τριάκοντα καὶ τριακόσιοι. ἐνθένδε ἐπὶ Κυανέας, εἴκοσι καὶ τριακόσιοι. αὗται δὲ αἱ Κυάνεαι εἰσὶν, ἃς λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶναι· καὶ διὰ τούτων πρώτην ναῦν περάσαι τὴν Ἀργὼ, ἥ τις ἐς Κόλχους Ἰάσονα ἤγαγεν. ἐκ δὲ Κυανέων ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου, ἵνα περ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, στάδιοι τεσσαράκοντα. ἐνθένδε εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης καλουμένης, στάδιοι τεσσαράκοντα. ἀπὸ δὲ Δάφνης εἰς Βυζάντιον, ὀγδοήκοντα. τάδε μὲν καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θρᾴκιον, καὶ πόλιν Βυζάντιον.

naufragio interſe digladiantur. A Salmydeſſo ad Phrygiam, ſtadia trecenta & triginta. Inde ad Cyaneas, trecenta & viginti. Hæ ſunt Cyaneæ illæ, quas poetæ olim finxerunt vagas, & errantes fuiſſe; per quas prima navis Argo tranſierit, qua Iaſon in Colchos vectus fuit. A Cyaneis ad fanum Iovis Vrii, ubi os Ponti, ſtadia quadraginta. Inde ad portum Daphnes quæ Inſana dicitur, ſtadia quadraginta. A Daphne Byzantium uſque, octoginta.

Phrygia.

Cyanea.

Fanum Iovis Virii.

Os Ponti.

Portus Daphnes.

Byzantium.

Atque hæc ſeſe offerunt in navigatione illa, quæ eſt à Boſporo Cimmerio ad Boſporum Thraeium, ipſamque urbem Byzantium.

A P-



ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

ARRIANI PERIPLVS MARIS ERYTHRAEI.

Ex recenſione

NICOLAI BLANCARDI

BELGAE Leidenſis,

Et

Interpretatione

IOANNIS GUL. STVCKII

Tigurini.

Accedit tabula chorographica emendata.



VIRO. NOBILI. ET. ILLVSTRI.

RYCKLOF. A. GOENS.

INDIAE. ASIATICAE. QVAE. IN. DITIONE. FOEDERATORVM. BELGARVM. GVBERNATORI. PIO. FELICI. EXCELLENTISSIMO ETC. NICOLAVS. S. F. N. N. S. P. BLANCARDVS. LEIDENSIS. ILLVSTRISSIMORVM. COMITATVS. ZELANDIAE. ORDINVM. HISTORICVS. HISTORIAE. AC LITERATVRAE. GRAECAE. PROFESSOR. H. T. VNIVERSITATIS. FRISIORVM. RECTOR. MAGNIFICVS. ETC. ARRIANI. PERIPLVM. MARIS. ERYTHRAEI. LVBENS. MERITO. DICABAT. FRANEKERAE. EX. ARCE. SIARDAEA. ANNO. CHRISTI. M. DC. LXXX. CALENDIS. MARTIIS.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

Τῶν ἀποδεδειγμένων ὅρμων τ᾽ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ τ᾽ ἐπὶ αὐτῷ ἐμπορίων, πρῶτος ἐστὶ λιμὴν τ᾽ Αἰγύπτου, Μυὸς ὅρμος. μετὰ δ᾽ αὐτὸν εἰσπλεόντων ἀπὸ χιλίων ὀκτακοσίων σταδίων, ἐν δεξιᾷ ἡ Βερενίκη. ἀμφοτέρων οἱ λιμένες, ἐν τῷ ἐσχάτῳ τ᾽ Αἰγύπτου κόλπου δ᾽ τ᾽ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κεῖνται. τούτων ἐκ μὲν τ᾽ δεξιῶν ἀπὸ Βερενίκης σταθμὸς ἡ Τισηβαρικὴ χώρα ἐστί. τὰ μὲν παράλια θαλάσσαν, Ἰχθυοφάγων μέν δυσις οἰκοδομημένας ἐν σπηλαίοις, καὶ σποραδὸν δ᾽ οἰκοῦντας· τὰ δ᾽ μεσόγαια, βαρβάρων καὶ τ᾽ μετ᾽ αὐτοὺς Ἀγριοφάγων καὶ Μοσχοφάγων, καὶ τυραννίδα νεμομένων. οἷς ἐπίκειται καὶ νότου μεσόγειος, ἀπὸ τ᾽ αὐτὸς δυσὶν μέρων, * σης μικρόν. μετὰ δὲ τοὺς Μοσχοφάγους ἐπὶ θαλάσσης μικρὸν ἐμπόριόν ἐστιν, ἀπέχον ἀπὸ πέρας τ᾽ ἀνακωμιδὸς σταδίους ὡσὶ τετρακισχιλίους, Πτολεμαΐς ἡ τ᾽ θηρῶν λεγομένη, ἀφ᾽ ἧς οἱ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως θηρευθέντες ἐνίδρυσαν. ἔχει δὲ τὸ ἐμ-

ARRIANI PERIPLVS MARIS ERYTHRAEI.

INTER insignes celebresque maris Erythræi portus, & emporia, primus est Aegypti portus, Μυὸς ὅρμος, id est, Muris portus appellatus: à quo introrsum navigantibus, mille & octingentorum stadiorum intervallo, à dextris Berenice occurrit. Vtriusque vero portus in extremis Aegypti finibus jacent, & ipsius Erythræi maris sinus sunt. Hos à dextris post Berenicem proxime attingit Tisebarica regio, cujus maritimam quidem partem Ichthyophagi incolunt, sparsim hinc inde tuguria in angustiis sita inhabitantes; mediterraneam vero Barbari tenent, & qui post eos sunt, Agriophagi, atque Moschophagi, tyrannorum imperio subjecti. His à tergo imminet mediterranea regio, à partibus occasum spectantibus. Post Moschophagos juxta mare parvum est emporium, distans à principio sinus circiter quatuor stadiorum millia, quod Ptolemais Theron, hoc est, venationum appellatur, ex quo Ptolemæi regis venatores ad venandum excurrere consueverunt. Habet em-

Myos hormos.

Berenice.

Tisebaricæ regionis incolæ.

Ptolemais Therôn.

Testudo. emporium illud testudinem veram, & terrestrem exiguam, atque candidam minoribus testis præditam. Invenitur quoque in eo nonnunquam parum eboris, quod simile est Adulitico. Locus autem ille est importuosus, & scaphis tantum permeari potest. Post Ptolemaida Therôn, stadiorum circiter trium millium intervallo, Aduli emporium legitimum jacet, in sinu profundo, austrum spectans. E regione illius est insula, quæ Orine dicitur, intimo sinu, in pelagus circiter stadia ducenta protensa: cui ab utraque parte continens adjacet, in quam nunc appellunt naves, propter excursiones quæ terra fiunt. Primo enim appellebatur ad ipsum intimum sinum in insula Diodori, ad quam juxta continentem pedibus patebat transitus, per quem barbari ejus incolæ insulam excursionibus infestabant. Juxta ipsam vero continentem in Orine, Aduli est vicus mediocris magnitudinis, viginti stadiis à mari distans. Ab hoc ad Coloem civitatem mediterraneam, quod primum eboris est emporium, tridui est iter. Hinc ad ipsam metropolim Axomitem nomine, quinque dierum est spacium, in quam omne ebur, quod est ultra Nilum, per Cyenejum defertur, indeque in Aduli. Omnis

Ebur.

Aduli emp.

Orineins.

Diodori ins.

Aduli vicus.

Colôe.

Axomite

Cyenejum

πόριον χελώνην ἀληθινὴν, καὶ χερσαίαν ὀλίγην, καὶ λευκὴν μικροτέραν τοῖς ὀστράκοις. εὑρίσκεται δὲ ἐν αὐτῇ ποτὲ μὲν ἐλέφας ὀλίγος, ὅμοιος τῷ Ἀδουλικῷ. ὁ δὲ τόπος ἀλίμενος, καὶ σκάφαις μόνον τὴν ἀποδρομὴν ἔχων. μετὰ δὲ τὴν Πτολεμαΐδα τὴν τῶν θηρῶν, ἀπὸ σταδίων ὡς τρισχιλίων, ἐμπόριον ἐστὶ νόμιμον ἡ Ἀδουλεί, κείμενον ἐν κόλπῳ βαθεῖ, κατ' αὐτὸν τὸν νότον. οὗ πρόκειται νῆσος, Ὀρεινὴ λεγομένη, τοῦ μὲν ἐσωτάτου κόλπου, σταδίους ὡς ἐς πέλαγος ἔχουσα διακοσίους· ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν παρακειμένην ἔχουσα τὴν ἤπειρον. ἐν ᾗ νῦν ὁρμεῖ τὰ καταγόμενα πλοῖα, διὰ τὰς ἐκ τῆς γῆς καταδρομάς. πρῶτον μὲν γὰρ ὥρμει κατ' αὐτὸν τὸν ἐσώτατον κόλπον ἐν τῇ Διοδώρου λεγομένῃ νήσῳ, παρ' αὐτὴν τὴν ἤπειρον, ἐχούσῃ πεζῇ τὴν διάβασιν, δι' ἧς οἱ κατοικοῦντες βάρβαροι κατέτρεχον τὴν νῆσον. καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐν τῇ Ὀρεινῇ ἤπειρον, ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς θαλάσσης, ἐστὶν ἡ Ἀδουλεὶ κώμη σύμμετρος. ἀφ' ἧς εἰς μὲν Κολόην μεσόγειον πόλιν, καὶ πρῶτον ἐμπόριον τοῦ ἐλέφαντος, ὁδός ἐστιν ἡμερῶν τριῶν. ἀπὸ δὲ ταύτης εἰς αὐτὴν τὴν μητρόπολιν Ἀξωμίτην λεγόμενον, ἄλλων ἡμερῶν πέντε. εἰς ὃν ὁ πᾶς ἐλέφας ἀπὸ τοῦ πέραν τοῦ Νείλου φέρεται, διὰ τοῦ λεγομένου Κυηνείου, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ἀδουλεί. τὸ μὲν

μὴν οὖν ὅλον πλῆθος τῶν φονευομένων ἐλεφάντων ἢ ῥινοκερώτων, ἐπὶ τοὺς ἄνω νέμεται τόπους, σπανίως δὲ ποτε καὶ ἐπὶ τῇ παραλίᾳ θαλάσσῃ, ἐπὶ αὐτῷ τῷ Ἀδουλεῖ θεωροῦνται. ἀπέκειται δὲ ἐμπορία καὶ κατὰ πέλαγος, ἄλλαι νῆσοι μικραὶ ἐν δεξιᾷ ἀπεχουσαι πλείονες, Ἀλαλαίου λεγόμεναι, χελώνιον ἔχουσαι τὸ εἰς τὸ ἐμπόριον φερόμενον, ἀπὸ τῶν Ἰχθυοφάγων. καὶ ἀπὸ σταδίων ὡσεὶ ὀκτακοσίων, κόλπος ἕτερος βαθύτατος, ἐν᾽ ᾧ τῷ εἰσβολῷ ἐν δεξιοῖς ἄμμος ἐστὶν πολλὴ κεχυμένη, καθ᾽ ἣν ἐν βάθει κεχωσμένος ὀψιανὸς λίθος, ἐν ἐκείνῃ μόνῃ τοπικῶς γινόμενος. βασιλεύει δὲ τῶν τόπων τούτων, ἀπὸ τῶν Μοσχοφάγων μέχρι τῆς ἄλλης Βαρβαρείας, Ζωσκάλης, ἀκέλευθος μὲν τὸν βίον, καὶ τῶν πλειόνων ἐξηκόμενος, γραμματικὸς δὲ ὡσεὶ τὰ λοιπὰ, καὶ γραμμάτων Ἑλληνικῶν ἔμπειρος. ἀποχωρεῖ δὲ εἰς τοὺς τόπους τούτους ἱμάτια βαρβαρικὰ ἄγναφα τὰ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενα, Ἀρσινοητικαὶ στολαὶ, καὶ ἄβολοι νόθοι χρωμάτινοι, καὶ λέντια, καὶ δικρόσσια, καὶ λιθίας ὑαλῆς πλείονα γλάσ, καὶ ἄλλης μυρρίνης τῆς γινομένης ἐν Διοσπόλει. καὶ ὁρείχαλκος, ᾧ χρῶνται πρὸς κόσμον, καὶ εἰς συγκοπὴν ἀνὶ νομίσματος, ὃ

itaque elephantorum qui cæduntur, aut rhinocerotum multitudo, in ſuperioribus locis degit; aliquando tamen licet raro in locis etiam maritimis, juxta ipſum Aduli vicum conſpiciuntur. Huic emporio in pelago oppoſitæ ſunt à dextris plures aliæ parvæ & arenoſæ inſulæ, Alalæi nuncupatæ, in quibus teſtudo eſt, quæ ab Ichthyophagis in emporium illud deportatur. Hinc ſtadiorum fere octingentorum intervallo alius eſt ſinus profundiſſimus, cujus ad introitum à dextris plurima copioſaque fuſa jacet arena, in cujus profundo lapis reperitur opſianus, qui in illa ſola loci nimirum ipſius vi atque natura generatur. Dominatur in his locis, à Moſchophagorum regione uſque ad reliquam Barbariam, Zoſcales, ſpectatæ probatæque vitæ homo, cæteris omnibus antecellens, generoſus, ſtrenuus, Græcarum literarum peritus. In hæc porro loca deportantur venalia, veſtes barbaræ atque rudes, à fullonibus nondum apparatæ, quæ quidem in Aegypto fiunt; ſtolæ Arſinoeticæ, abollæ adulterini coloris, lintea, dicroſſia ſeu mantilia utrimque fimbriata, omnis generis vaſa vitrea, atque murrhina, in urbe Dioſpoli elaborata. Item orichalcum, quo utuntur ad ornatum, ex quo in fruſta diſlecto etiam numiſmata confi-

Alalæi inſulæ.

Opſianus lapis.

Zoſcales rex.

Dioſpolis.

ciunt, nec non meliephtha ænea, quibus ad coquendum utuntur, ex quibus etiam in frusta concisis armillas atque periscelidas, hoc est, crurum ornamenta nonnullæ mulieres conficiunt. Item ferrum, ex quo fiunt lanceæ, quarum partim in elephantorum, aliarumque ferarum venationibus, partim in bellis maximus est usus. Importantur præterea eodem bipennes, secures, asciæ, gladii, pocula ænea magna atque rotunda, denarii pauci ad usum peregrinorum, qui ibi negotiationum causa versantur, vinum Laodicenum atque Italicum non multum, oleum quoque, sed non multum. Regi autem vasa aurea atque argentea, ex loci more & consuetudine effecta, atque elaborata, item vestes abollæ, gaunacæ simplices, sed non multæ, tributi nomine penduntur. Præterea ex penitioribus Arabiæ locis affertus ferrum Indicum, & stomoma seu ferrum acie temperatum, Othonium Indicum, quod Monache appellatur, sagmatoginæ, cingula, gaunacæ, molochina, syndones paucæ, lacca tinctoria. Ex iisdem locis affertur ebur, atque rhinoceros. Pleraque autem ex Aegypto in emporium illud deferuntur à Ianuario ad Septembrem usque, hoc est, à Thybi usque ad Thoth. Verùm tempus maxime opportunum & idoneum hujusmodi ex Aegypto deferendi est circa mensem Septembrem. Deinceps ad ortum Arabicus *Arabicus sinus.*

μελίεφθα χαλκὰ, εἰς τε ἕψησιν καὶ εἰς συγκοπὴν ψελίων καὶ περισκελίδων τισὶ τῶν γυναικῶν. καὶ σίδηρος, ὁ δαπανώμενος εἰς τε λόγχας πρὸς τοὺς ἐλέφαντας καὶ τὰ ἄλλα θηρία, καὶ τοὺς πολέμους. ὁμοίως δὲ καὶ πελύκια προχωρεῖ, καὶ σκέπαρνα, καὶ μάχαιραι, καὶ ποτήρια χαλκὰ στρογγύλα μεγάλα, καὶ δηνάριον ὀλίγον, πρὸς τοὺς ἐπιδημοῦντας, καὶ οἶνος Λαοδικηνὸς καὶ Ἰταλικὸς οὐ πολὺς, καὶ ἔλαιον οὐ πολὺ. τῷ δὲ βασιλεῖ ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα, τοπικῷ ῥυθμῷ κατεσκευασμένα, καὶ ἱματίων ἀβόλλαι, καὶ καυνάκαι ἁπλοῖ. οὐ πολλοῦ δὲ ταῦτα. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἔσω τόπων τῆς Ἀραβικῆς, σίδηρος Ἰνδικὸς, καὶ στόμωμα, καὶ ὀθόνιον Ἰνδικὸν τὸ πλατύτερον, ἡ λεγομένη μοναχὴ, καὶ σαγματογίναι, καὶ περιζώματα καὶ καυνάκαι καὶ μολόχινα καὶ σινδόνες ὀλίγαι, καὶ λάκκος χρωμάτινος. φέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων ἐλέφας, καὶ ῥινοκέρως. τὰ δ' πλεῖστα ἐκ τῆς Αἰγύπτου φέρεται εἰς τὸ ἐμπόριον τοῦτο, ἀπὸ μηνὸς Ἰανουαρίου μέχρι τοῦ Σεπτεμβρίου, ὅ ἐστιν, ἀπὸ Τυβὶ ἕως Θώθ. εὐκαίρως δὲ ἀπὸ Αἰγύπτου ἀνάγονται περὶ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα. ἤδη ἐπ' ἀνατολὴν ὁ Ἀραβικὸς κόλπος

Δια-

διατείνει, καὶ κατὰ τὴν Αὐαλίτην μάλιστα στενοῦται. μετὰ δὲ σταδίους ὡσεὶ τετρακισχιλίους, κατὰ τὴν αὐτὴν ἤπειρον εἰς ἀνατολὴν πλεόντων, ἐστὶν ἄλλα ἐμπόρια βαρβαρικὰ, Τάπαρα λεγόμενα· κείμενα μὲν κατὰ τὸ ἑξῆς, ἀγκυροβολίοις δὲ καὶ σάλοις ἔχοντα τοὺς ὅρμους, κατὰ καιροὺς ἐπιτηδείους. πρῶτος μὲν ὁ λεγόμενος Αὐαλίτης, καθ' ὃν καὶ στενώτατος ἐστὶν ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς εἰς τὸ πέραν διάπλους. κατὰ τοῦτον τὸν τόπον, μικρὸν ἐμπόριον ἐστὶν ὁ Αὐαλείτης, σχεδίαις καὶ σκάφαις εἰς τὸ αὐτὸ προσερχομένων. προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν ὑαλῆ λιθία σύμμικτος, καὶ Διοσπολιτικῆς ὄμφακος, καὶ ἱμάτια βαρβαρικὰ σύμμικτα γεγραμμένα, καὶ σῖτος, καὶ οἶνος, καὶ κασσίτερος ὀλίγος. φέρεται δ' ἐξ αὐτῆς ποτὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐπὶ σχεδίαις διαφερόντων εἰς τὴν ἄντικρυς Ὄκηλιν καὶ Μούζα, ἀρώματα καὶ ἐλέφας ὀλίγος, καὶ χελώνη, καὶ σμύρνα ἐλαχίστη, διαφέρουσα δὲ τῆς ἄλλης. ἀτακτότεροι δὲ οἱ κατοικοῦντες τὸν τόπον βάρβαροι. μετὰ δὲ τὴν Αὐαλείτην, ἕτερον ἐμπόριον ἐστὶν τούτου διαφέρον, ἡ λεγομένη Μαλαώ, πλοῦν ἀπέχουσα σταδίων ὡς ὀκτακοσίων. ὁ δὲ ὅρμος ἐπίσαλος, σκεπόμενος ἀκρωτηρίῳ, τῷ ἐξ ἀνατολῆς ἀνα-

al. διαιρόντων.

sinus procurrit, qui juxta Aualitem valde in angustum contrahitur. Inde stadiorum fere quatuor millibus, juxta continentem versus ortum navigantibus, alia emporia barbara sese ostendunt, Tapara nuncupata, quæ ordine se invicem quodam consequuntur, portusque ad consistendum in salo atque anchoris, certis temporibus idoneos habent. Primus est qui Aualites dicitur, juxta quem strictissimus est ex Arabia in ulteriorem regionem transitus. Hunc propter locum est parvum emporium, quod Aualites dicitur, in quod ratibus & scaphis navigatur. In illud importantur varia vasa vitrea & lapidea, & immaturi racemi Diospolitani, vestes barbaræ promiscuæ, à fullonibus adornatæ & elaboratæ, necnon frumentum, vinum, parum stanni. Inde quoque nonnunquam exportantur, atque à barbaris in Ocelim & Muza, loca è regione posita, ratibus devehuntur aromata, parum eboris, testudo, myrrha paucissima quidem, sed omnium præstantissima. Barbari illius loci incolæ vita ac moribus sunt incivilibus atque agrestibus. Post Aualiten aliud est emporium illo præstantius, Malao nuncupatum, maritimo cursu distans stadiis circiter octingentis: statio autem ejus est periculosa, & exposita tempestatibus; ab ortu tamen solis tegitur promonto-

Tapara emporia.

Aualites portus.

Aualites emporium.

Ocelis.

Muza.

Malao emporium.

rio eminenti : ejus incolæ sedatis & compositis sunt moribus. In hunc locum venalia deferuntur cum ea quæ ante sunt commemorata, tum præterea multæ tunicæ, saga Arsinoetica à fullonibus apparata, atque tincta, pocula, meliephtha pauca, ferrum, denarii pauci aurei, atque argentei. Ex iisdem locis affertur myrrha, parum thuris peratici, cassia durior, duaca, cancamum, maceir, quæ in Arabiam deferuntur, denique mancipia, sed rariora. A Malao bidui iter distat emporium Mundi, in quod tutius naves appellunt in insulam quandam oppositam continenti proximam. In id importantur pariter, atque inde rursus exportantur ante commemoratæ merces, necnon thymiama Mocroti appellatum: ejus incolæ mercaturæ dediti homines sunt duri, & agrestes. A Mundo Orientem versus æque bidui triduive itinere jacet Mosyllum in littore importuoso. Eo deferuntur res ante dictæ, necnon vasa argentea, ferrea vero pauciora, & lapilli, vel parvæ gemmæ. Ex illis locis exportatur magna vis casiæ, quam sane ob causam emporium illud majoribus navigiis indiget, necnon alia odorifera, aromata, testudines parvæ & paucæ, mocroti thymiama, de-

Mundi emporium

Mosyllum emporium

τείνοντι. οἱ δὲ κατοικοῦντες εἰρηνικώτεροι. προχωρεῖ δὲ εἰς τοῦτον τὸν τόπον τὰ προειρημένα, καὶ πλείονες χιτῶνες, σαγοὶ Ἀρσινοητικοὶ, γεγραμμένοι καὶ βεβαμμένοι, καὶ ποτήρια, καὶ μελίεφθα ὀλίγα, καὶ σίδηρος, καὶ δηνάριον οὐ πολὺ, καὶ χρυσοῦν δὲ καὶ ἀργυροῦν. ἐκφέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων τούτων, καὶ σμύρνα, καὶ λίβανος ὁ πρατικὸς ὀλίγος, καὶ κασσία σκληροτέρα, καὶ δούακα, καὶ κάγκαμον, καὶ μάκειρ, τὰ εἰς Ἀραβίαν προχωροῦντα, καὶ σώματα σπανίως. ἀπὸ δὲ Μαλαὼ δύο δρόμους ἐστὶν ἐμπόριον ἡ Μουνδοῦ. ἐν ᾧ καὶ ἀσφαλέστερον ὁρμεῖ τὰ πλοῖα, εἰς τὴν προκειμένην ἔγγιστα τῆς γῆς νῆσον. προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν τὰ προειρημένα, καὶ ἐκεῖθεν ὁμοίως ἐκφέρεται τὰ προειρημένα φορτία. θυμίαμα, τὸ λεγόμενον Μοκρότου. οἱ δὲ κατοικοῦντες ἔμποροι σκληρότεροι. ἀπὸ δὲ τῆς Μουνδοῦ, πλεόντων εἰς τὴν ἀνατολὴν ὁμοίως μετὰ δύο δρόμους ἢ τρεῖς, πλησίον κεῖται τὸ Μόσυλλον, ἐν αἰγιαλῷ δυσόρμῳ. προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν τὰ προειρημένα γένη, καὶ σκεύη ἀργυρᾶ. σιδηρᾶ δὲ ἐλάσσω, καὶ λιθία. ἐξάγεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων κασίας χῦμα πλεῖστον, ὃ καὶ μειζόνων πλοίων χρήζει τὸ ἐμπόριον, καὶ ἄλλα εὐόδια, καὶ ἀρώματα, καὶ χελωνάρια ὀλίγα, καὶ μοκρότου, ἧττον τοῦ

Mouv-

Μοσυλικῆ, καὶ λίβανος ὁ περατικὸς. ἐλέφας δὲ καὶ σμύρνα σπανίως. ἀπὸ δὲ τῆς Μοσύλλου παραπλεύσαντι μὴ δύο δρόμους, τὸ λεγόμενον Νειλοτολεμαίδα, καὶ Ταπατηγὴ, καὶ Δαφνῶνα μικρὸν, ἀκρωτήριον ἐλέφας, ἀπὸ Ὀπώνης εἰς νότον παράκειται. εἶτα εἰς λίβα ἡ χώρα ποταμοὺς ἔχει, τὸ λεγόμενον Ἐλέφαντα, καὶ Δαφνῶνα μέγαν, λεγόμενον Ἀκάνναν. ἐν ᾗ μονοξύλων λίβανος ὁ περατικὸς, πλεῖστος καὶ διάφορος γίνεται. καὶ μετὰ ταύτην τὴν γῆς ὑποχώρησιν εἰς τὸν νότον ἤδη, τὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐμπόριον, καὶ ἀκρωτήριον τελευταῖον τῆς βαρβαρικῆς ἠπείρου πρὸς ἀνατολὰς Ἀποκόπων. ὁ δὲ ὅρμος ἐπίσταλος, καὶ καιροὺς ἐπικινδύνους, διὰ τὸ παράκεισθαι τὸν τόπον εἶναι τῷ βορίᾳ. σημεῖον δὲ μέλλοντος χειμῶνος τοιοῦτον, τὸ τὸν βυθὸν θολερώτερον γίνεσθαι, καὶ τὴν χρόαν ἀλλάσσειν. τούτου δὲ γενομένου, πάντες ἀποφεύγουσιν εἰς τὸ μέγα ἀκρωτήριον. τόπον δὲ σκέπην, τὸ λεγόμενον Ταβᾶν. παράκειται δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον, ὁμοίως τὰ παρειρημένα. γίνεται δὲ τὰ ἐν αὐτῷ κασία καὶ κίζειρ, καὶ ἀσύφη, καὶ ἄρωμα, καὶ μάγλα, καὶ μοτὸ, καὶ λίβανος. ἀπὸ δὲ Ταβᾶ, μὴ σταδίοις τετρακοσίοις παραπλεύσαντι χερσόνησον, καθ' ὃν τόπον καὶ ὁ ῥὺς

terius Munditico, thus peraticum: ebur autem, & myrrha, raro. A Moſyllo autem ſi prætervectus fueris, poſt bidui navigationem, occurrunt Niloptolemæum, Tapatege, Daphnon parvus, & promontorium Elephas, quod ab Opone meridiem verſus porrigitur. Poſtea regio verſus Africum fluvios habet, Elephantum nomine, atque Daphnona magnum Acannæ nuncupatum: in qua regione præcipue thus peraticum, plurimum ac præſtantiſſimum, naſcitur. Poſt hanc terra ſe inflectente verſus meridiem, eſt Aromatum emporium, & promontorium extremum Barbaricæ illius continentis verſus Orientem Apocoporum. Portus eſt fluctuoſus, ac certis temporibus periculoſus, propterea quod Boreæ eſt expoſitus. Futuræ autem tempeſtatis ſignum ejus loci proprium eſt, quando profundum maris turbulentius exiſtit, & colorem mutat. Id quando fit, omnes in magnum promontorium Tabæ appellatum, ceu ad locum tutum tectumque, ſeſe recipiunt. In hoc emporium ſimiliter ea, de quibus ante dictum, importantur. In eodem porro generantur caſia, gizir, aſyphe, aroma, magla, moto, thus. Ab hoc emporio Tabæ ſi ſolvas, & quadringentis ſtadiis confectis, maris æſtum ſequutus Cherſoneſum prætervectus fueris,

Niloptolemæum, *Tapatege.* *Daphnon parvus.* *Elephas promont.* *Elephas fl.* *Daphnon magnus fl.* *Aromatum emporium & promont.* *Tabæ promont.* *Cherſoneſus.*

pervenies ad alterum emporium Oponem nomine. In hoc eædem merces, quarum paulo ante facta est mentio, deferuntur. Plurima quoque ibidem provenit casia, aroma, moto, mancipia præstantia, quæ in Aegyptum plerumque devehuntur, testudo plurima ac omnium præstantissima. In hæc autem emporia ulteriora ex Aegypto navigatur mense Julio, qui est Epiphi. Præterea ex intimis locis Ariaces, atque Barygazorum, in hæc eadem ulteriora emporia ex more solito devehuntur variæ res, ut frumentum, oryza, butyrum, oleum sesaminum, othonium monache, sagmatogine, cingula, mel arundineum, quod saccharum dicitur. Et alii quidem data opera in hæc emporia navigant, alii vero præternavigantes obviis quibusque rebus naves suas onerant. Non uni alicui regi illa regio est subjecta, sed singulis emporiis singuli tyranni præsunt. Post Oponem, littore ad Austrum sese potissimum extendente, prima sese offerunt Apocopa parva & magna, uti appellantur, Azaniæ regionis, anchoris jaciendis & figendis accommodata; necnon fluvius, sex dierum spatio versus ipsum Africum. Deinceps littus parvum & magnum, similiter sex dierum spatium complectuntur. Post illud vero sunt Azaniæ dromi ex ordine siti.

Opone empor.

Ariace. Barygaza.

Saccharum.

Apocopa parva & magna Azaniæ.

Littus parvum & magnum.

ἕλκει, ἕτερόν ἐστιν ἐμπόριον Ὀπώνη. εἰς ἣν καὶ αὐτὴν προχωρεῖ μὲν τὰ προειρημένα, τὸ δὲ πλεῖστον ἐν αὐτῇ γενναῖται κασσία, καὶ ἄρωμα, καὶ μοτὼ, καὶ δουλικὰ κρείσσονα, καὶ εἰς Αἴγυπτον προχωρεῖ μᾶλλον, καὶ χελώνη πλείστη, καὶ διαφορωτέρα τῆς ἄλλης. πλέεται δὲ εἰς πάντα ταῦτα τὰ πέραν ἐμπόρια, ἀπὸ μὲν Αἰγύπτου περὶ τὴν Ἰούλιον μῆνα, ὅ ἐστιν Ἐπιφί. ἐξαρτίζεται δὲ συνήθως, καὶ ἀπὸ τῶν ἔσω τόπων τῆς Ἀριακῆς, καὶ Βαρυγάζων, εἰς τὰ αὐτὰ τὰ πέραν ἐμπόρια, γένη προχωροῦντα ἀπὸ τῶν τόπων, σῖτος, καὶ ὄρυζα, καὶ βούτυρον, καὶ ἔλαιον σησάμινον, καὶ ὀθόνιον ἥ τε μοναχὴ, καὶ ἡ σαγματογένη, καὶ περιζώματα, καὶ μέλι τὸ καλάμινον, τὸ λεγόμενον σάκχαρι. καὶ οἱ μὲν προηγουμένως εἰς ταῦτα τὰ ἐμπόρια πλέουσι, οἱ δὲ κατὰ τὴν παράπλουν ἀντιφορτίζονται τὰ ἐμπεσόντα. οὐ βασιλεύεται δὲ ὁ τόπος, ἀλλὰ τυράννοις ἰδίοις καθ' ἕκαστον ἐμπόριον διοικεῖται. ἀπὸ δὲ Ὀπώνης, τῆς ἀκτῆς εἰς τὸν νότον ὑποχωρούσης ἐπὶ πλεῖον, πρῶτα μέν ἐστι τὰ λεγόμενα μικρὰ Ἀπόκοπα καὶ μεγάλα τῆς Ἀζανίας, διὰ ἀγκυροβολίων. ποταμὸς, ἐπὶ δρόμους ἕξ, παρ' αὐτὸν ἤδη τὴν λίβα. εἶτα αἰγιαλὸς καὶ μικρὸς καὶ μέγας, ἐπ' ἄλλους δρόμους ἕξ. καὶ μετ' αὐτὸν κατὰ τὸ ἑξῆς, οἱ τῆς Ἀζανίας δρό-

μοι.

μοι. πρῶτον μὲν, ὁ λεγόμενος Σαραπίωνος· εἶθ' ὁ Νικωνος. μεθ' ὃν, ποταμοὶ πλείονες, καὶ ἄλλοι συνεχεῖς ὅρμοι, διῃρημένοι κατὰ σταθμοὺς καὶ δρόμους ἡμερησίους πλείους, τοὺς πάντας ἑπτὰ, μέχρι Πυραλάων νήσων, καινῆς λεγομένης διώρυχος. ἀφ' ἧς μικρὸν ἐπάνω τοῦ λιβὸς, μετὰ δύο δρόμους νυχθημέρους, παρ' αὐτὸ τὸ Πράσον ἄκρον εἰς ἕω Μενουθιὰς ἀπαντᾷ νῆσος, σταδίων ἀπὸ τῆς γῆς ὡσεὶ τριακοσίων, ταπεινὴ καὶ κατάδενδρος. ἐν ᾗ καὶ ποταμοὶ, καὶ ὀρνέων γένη πλεῖστα, καὶ χελώνη ὀρεινὴ. θηρίων δὲ οὐδὲν ὅλως ἔχει, πλὴν κροκοδείλων, οὐδένα δὲ ἀνθρώπων ἀδικοῦσι. ἔστιν δὲ ἐν αὐτῇ πλοιάρια ῥαπτὰ καὶ μονόξυλα, οἷς χρῶνται πρὸς ἁλίαν καὶ ἄγραν χελώνης. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ καὶ γυργαθοις αὐτὰς ἰδίως λινεύουσιν, ἀντὶ δικτύων καθιέντες αὐτοὺς περὶ τὰ στόματα τῶν προράχων. ἀφ' ἧς μετὰ δύο δρόμους τῆς ἠπείρου τὸ τελευταιότατον τῆς Ἀζανίας ἐμπόριον κεῖται, τὰ Ῥαπτὰ λεγόμενα, ταύτην ἔχον τὴν προσωνυμίαν, ἀπὸ τῶν προειρημένων ῥαπτῶν πλοιαρίων, ἐν ᾧ καὶ πλεῖστος ἐστὶν ἐλέφας, καὶ χελώνη. μέγιστοι δὲ σώμασιν περὶ ταύτην τὴν χώραν ἄνθρωποι ὁρατοὶ κατοικοῦσιν. καὶ κατὰ τὸν τόπον ἕκαστον ὁμοίως τιθέμενοι τυράννους. νέμεται δὲ αὐτὴν κατὰ τι δίκαιον ἀρχαῖον, ὑποπίπτουσαν τῇ βασιλείᾳ τῆς πρώτης γινομέ-

Primus est, qui Sarapionis dicitur; deinde Niconis. Post hunc plures sunt fluvii, atque portus continui, mansionibus & dromis diurnis pluribus divisi ac distincti, qui omnino septem sunt numero, ad insulas usque Pyralaorum, & locum qui nova fossa appellatur. Post quam paulo supra Africum, duorum dierum naturalium itinere interjecto, ad ipsum Prasum promontorium in Orientem Menuthias occurrit insula, à continente distans circiter stadia trecenta, humilis atque depressa, vestita arboribus. In hac plurima flumina, & avium genera, ac testudo montana: cæterum ferarum omnium expers est, crocodilis exceptis, qui neminem lædunt. In eadem naviculæ sunt plicatiles & ex uno ligno confectæ, quibus ad piscandum, testudinesque capiendum utuntur. In eadem insula sportis vimineis, quas retium loco juxta mare ante cavernas demittunt, eas capere consueverunt. Inde bidui itinere abest ultimum in continenti Azaniæ emporium Rhapta, quod à consutilibus illis naviculis sic nominatum, in quo est magna vis eboris, atque testudinum. Illius regionis incolæ vastissimis sunt corporibus. Singula loca certos suos tyrannos habent: sed universam hanc regionem, antiquo quodam jure regno

Sarapionis & Niconis dromi.

Pyralaorum insulæ.

Nova fossa.

Prasum prom.

Menuthias insula.

Crocodili.

Rhapta emporium

Arabiæ primæ ſubjectam, Mapharites tyrannus poſſidet atque gubernat. Præter regem autem tributaria eſt Muzæ incolis, qui in eam naves onerarias mittunt per gubernatores atque miniſtros pleroſque Arabas, conſuetudine illis affinitateque junctos, locorum linguæque peritos. In emporia illa convehuntur potiſſimum lanceæ, quæ in Muza proprie conficiuntur, necnon ſecures, gladioli ſive cultri, ſubulæ, denique omnis generis vaſa vitrea. In nonnulla quoque loca non parum frumenti atque vini deportatur, non tam mercandi & negotiandi, quam barbaris illis gratificandi cauſa. Ex iiſdem locis plurimum eboris exportatur, quod tamen Adulitico illo eſt deterius, necnon cornu rhinocerotis, & teſtudo poſt Indicam omnium præſtantiſſima, denique parum nauplii. Atque hæc quidem fere ſunt ultima emporia Azaniæ, continentis ejus quæ eſt à dextris Berenices. Nam poſt hæc loca Oceanus, necdum inveſtigatus, ad Occaſum inflectitur, & averſis partibus Aethiopiæ, Libyæ, & Africæ, verſus meridiem exporrectus, Occidentali mari commiſcetur. A ſiniſtris Berenices poſt Muris portum, duorum aut trium dierum intervallo ad Ortum, finitimum ſinum navigantibus,

Mepharites tyrannus.

Muza.

Ebur Adulitiçum.

Azania.

Oceanus.

Mare Occidentale.

Berenices ſiniſtra.

νης Ἀραβίας, ὁ Μαφαρείτης τύραννος. ὑπήκοοι δὲ τῷ βασιλέως, ὑποφόρον αὐτῷ ἔχουσιν οἱ ἀπὸ Μόζα. καὶ πέμπουσιν εἰς αὐτὸν ἐφόλκια, τὰ πλείονα κυβερνήτας καὶ χρειακοῖς Ἄραψιν, χρωμένοις τοῖς καὶ συνήθειαν καὶ ἐπιγαμβρείαν ἔχουσιν, ἐμπείροις τε ὄντι τῶν τόπων καὶ τῆς φωνῆς αὐτῶν. εἰσφέρεται δὲ εἰς τὰ ἐμπόρια ταῦτα πεποιημένως, ἢ τοπικῶς ἐν Μόζοις καλουσιδυχομένη λόγχη, καὶ πελύκια, καὶ μαχαίρια, καὶ ὀπήπια, καὶ λιθίας ὑαλῆς πλείστη χύσις. εἰς δέ τινας τόπους οἶνός τε καὶ σῖτος ὀλίγος, οὐ πρὸς ἐργασίαν, ἀλλὰ δαπάνης χάριν, εἰς φιλανθρωπίαν τῶν βαρβάρων. ἐκφέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων ἐλέφας πλεῖστος, ἧσσον δὲ Ἀδουλιτικῆς, καὶ ῥινόκερως, καὶ χελώνη διάφορος μὲν τῆς Ἰνδικῆς, καὶ ναῦπλιος ὀλίγος. καὶ σχεδὸν τελευταιόπολίς ἐστι ταῦτα τὰ ἐμπόρια τῆς Ἀζανίας, τὸ ἐν δεξιᾷ ἀπὸ Βερενίκης ἤπειρος. ὁ γὰρ μετὰ τούτους τοὺς τόπους ὠκεανὸς, ἀνερεύνητος ὤν, εἰς τὸν δύσιν ἀνακάμπτει, καὶ τοῖς ἀπεσκαμμένοις μέρεσι τῆς Αἰθιοπίας, καὶ Λιβύης, καὶ Ἀφρικῆς, καὶ τὸν νότον παρεκτείνων, εἰς τὸν ἑσπέριον συμμίσγει θάλασσαν. ἐκ δὲ τοῦ ὠνύμου Βερενίκης ἀπὸ μυὸς ὄρμος, δυσὶν ἡμέραις ἢ τρισὶν εἰς τὸν ἀνατολὸν, λιμὴν εὐσυνδρομος τὸν προκείμενον

κόλπ

κόλπον, ὅρμος ἐστὶν ἕτερος, καὶ φρούριον, ὃ λέγεται λευκὴ κώμη, δι' ἧς ἐστὶν εἰς Πέτραν πρὸς Μαλίχαν βασιλέα Ναβαταίων. ἔχει δὲ ἐμπορίου τινὰ καὶ αὐτὸ τάξιν, τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας ἐξαρτιζομένοις εἰς αὐτὴν πλοίοις οὐ μεγάλοις. διὸ καὶ παραφυλακῆς χάριν, εἰς αὐτὴν παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων, καὶ ἑκατοντάρχης μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται. μετὰ δὲ ταύτην εὐθέως ἐστὶν συναφὴς Ἀραβικὴ χώρα, κατὰ μῆκος ἐπὶ πολὺ παρατείνουσα τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. διάφορα δὲ ἐν αὐτῇ ἔθνη κατοικεῖται· τινὰ μὲν ἐπὶ ποσὸν, τινὰ δὲ καὶ τελείως τῇ γλώσσῃ διαλλάσσοντα. τούτων τὰ παρὰ θάλασσαν, ὁμοίως Ἰχθυοφάγων, μάνδραις διείληπται· τὰ δὲ ἐπάνω, κατὰ κώμας καὶ νομαδίας οἰκεῖται πονηροῖς ἀνθρώποις διφώνοις. οἷς παραπίπτοντες ἀπὸ τοῦ μέσου πλόου, οἱ μὲν διαρπάζονται, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ ναυαγίων σωθέντες ἀνδραποδίζονται. διὸ καὶ συνεχῶς ἀπὸ τῶν τυράννων καὶ βασιλέων τῆς Ἀραβίας αἰχμαλωτίζονται. λέγονται δὲ Κανραεῖται. καθόλου μὲν οὖν οὗτος ὁ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἠπείρου παράπλους ἐστὶν ἐπισφαλὴς, καὶ ἀλίμενος ἡ χώρα καὶ δύσορμος, καὶ ἀκάθαρτος, ῥαχίαις καὶ σπίλοις ἀπρόσιτος, καὶ κατὰ πάντα φοβερά. διὸ καὶ εἰσπλεόντων μέσον

alius occurrit portus, atque castrum, quod Albus vicus nominatur, per quem in Petram ad Malicham Nabatæorum regem aditus patet. Atque hoc ipsum castrum emporii loco est iis, qui ex Arabia non magnis navibus in illud deferuntur. Quamobrem tum custodiæ, tum quartæ partis mercium quæ importantur, recipiendæ causa, centurio illuc cum exercitu mittitur. Huic proxima atque finitima est Arabica regio, quæ secundum longitudinem multum sese extendit ad mare rubrum. Hanc varia & multiplicia hominum genera incolunt; quorum alii quadam ex parte, alii vero omnino linguis à se invicem discrepant. Ex his illi qui mare attingunt, ritu Ichthyophagorum, sparsim in tuguriis habitant, superioris vero partis incolæ, vicis ac pascuis distincti, homines improbi sunt, duplici lingua utentes. In hos si qui ex medio navigationis cursu forte incidunt, ab iis spoliantur; & ii, qui ex naufragio aliquo salvi evaserunt, ab iisdem servituti addicuntur. Quam ob causam assidue à tyrannis & regibus Arabiæ in captivitatem abripiuntur. hi Canraitæ dicuntur. Ac omnino hæc Arabiæ continentis præternavigatio plena est periculi, regio importuosa, infesta cautibus, atque scopulis inaccessa, horroris ubique plena. Quamobrem illac navi-

Albus vicus.
Petra.
Malichas Nabatæorum rex.
Arabica regio.
Arabes.
Canraitæ.

gantes, per medium mare cursum tenemus, magnoque nisu Arabiam versus contendimus, usque ad insulam exustam. Post hanc alia loca continua sequuntur, quæ inhabitant homines mansueti ac civiles, pecorum & camelorum pastores. Post hæc, in ultimo sinu sinistræ partis ipsius pelagi, Muza est, legitimum emporium maritimum, quod à Berenice austrum versus distat circiter duodecim millia stadiorum. Totum incolitur ab Arabibus, rei nauticæ & maritimæ peritis. Plenum præterea est atque refertum mercaturam facientibus. Nam præterquam quod transmarinis, atque Barygazenis negotiationibus utantur, suas proprias merces habent. Supra hanc trium dierum intervallo est urbs Saua, circa quam est regio Maphartis dicta, cujus tyrannus est Cholæbus. Hanc novem dierum itinere sequitur Aphar metropolis, in qua sedem domiciliumque habet Charibaël, legitimus Homeritarum & (qui his vicini sunt) Sabaitarum rex, imperatorum nostrorum amicus, ad quos crebras legationes & munera mittit. Emporium porro Muza statione quidem caret, sed tamen commodum est ad quod naappellere & in salo consistere possint ob loca quæ circa illud sunt arenosa, in quibus anchoræ facile defiguntur. Merces autem quæ in illud impor-

Insula exusta.

Arabes pastores.

Muza empor.

Saua urbs.

Maphartis regio.

Cholæbus rex.

Aphar metropolis.

Charibaël rex.

Homeritæ.

Sabaitæ.

πλοῦν κατέχομεν, καὶ εἰς τὴν Ἀραβικὴν χώραν μᾶλλον παροξυνόμεν, ἄχρι τῆς κατακεκαυμένης νήσου, μεθ' ἣν εὐθεὼς ἡμέρων ἀνθρώπων, καὶ νομαδιαίων θρεμμάτων, καὶ καμήλων συνεχεῖς χώραι. καὶ μετὰ ταῦτα, ἐν κόλπῳ τῷ τελευταιοτάτῳ τῶν εὐωνύμων τούτου τοῦ πελάγους, ἐμπόριον ἐστὶν νόμιμον παραθαλάσσιον Μούζα, σταδίους ἀπέχον τοὺς πάντας, ἀπὸ Βερενίκης παρ' αὐτὸν τὸν νότον πλεόντων, ὡς εἰς μυρίους δισχιλίους. τὸ μὲν ὅλον Ἀράβων, ναυκληρικῶν ἀνθρώπων καὶ ναυτικῶν. πλεονάζον δὲ, καὶ τοῖς ἀπὸ ἐμπορίας πράγματα κινεῖται. συγχρῶνται γὰρ τῇ τοῦ πέραν ἐργασίᾳ καὶ Βαρυγάζων, ἰδίοις ἐξαρτισμοῖς. ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν πόλις Σαύη, τῆς περὶ αὐτὴν Μαφαρίτιδος λεγομένης χώρας. ἔστιν δ' τύραννος, καὶ κατοικῶν αὐτὴν, Χόλαιβος. καὶ μετ' ἄλλας ἐννέα ἡμέρας. Ἀφὰρ μητρόπολις. ἐν ᾗ Χαριβαὴλ, ἔνθεσμος βασιλεὺς ἐθνῶν δύο, τοῦ τε Ὁμηρίτου καὶ τοῦ παρακειμένου λεγομένου Σαβαείτου, συνεχέσι πρεσβείαις καὶ δώροις φίλος τῶν αὐτοκρατόρων. τὸ δὲ ἐμπόριον ἡ Μούζα ἀλίμενον μὲν, εὔσαλον δὲ καὶ εὔορμον, διὰ τὰ περὶ αὐτὴν ἀμμόγεια ἀγκυροβόλια. φορτία δὲ εἰς αὐτὴν προχωρεῖ, πορ-

al. Μαφαρτίδος

f. Σάφαρ.

φύρα

φύρα διάφορος καὶ χυδαία, καὶ ἱματισμὸς Ἀραβικὸς χειριδωτός, ὅ, τε ἁπλοῦς καὶ ὁ κοινὸς, καὶ σκοτουλάτος, καὶ διάχρυσος, καὶ κρόκος, καὶ κύπερος, καὶ ὀθόνιον, καὶ ἀβόλλαι, καὶ λώδικες οὐ πολλαὶ, ἁπλοῖ τε καὶ ἐντόπιοι, ζῶναι σκιωταὶ, καὶ μύρον μέτριον, καὶ χρῆμα ἱκανὸν, οἶνος τε καὶ σῖτος οὐ πολύς. φέρεσαι γὰρ καὶ ἡ χώρα πυρὸν μετρίως, καὶ οἶνον πλείονα. τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῷ τυράννῳ δίδονται ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι νωτηγοὶ, καὶ χρυσώματα, καὶ τορευτὰ ἀργυρώματα, καὶ ἱματισμὸς πολυτελὴς, καὶ χαλκουργήματα. ἐξάγεται δὲ ἐξ αὐτῆς, ἐντόπια μὲν, σμύρνα ἐκλεκτὴ, καὶ στακτὴ σμυρναία, λύγδος, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πέραν Ἀδουλεὶ προειρημένα φορτία πάντα. πλέεται δὲ εἰς αὐτὴν εὐκαίρως περὶ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, ὅς ἐστι Θὼθ. οὐδὲν δ' κωλύει κἂν τάχιον. μετὰ δὲ ταύτην ὡσεὶ τριακοσίους παραπλεύσαντες σταδίους, ἤδη συνερχομένης τε τῆς Ἀραβικῆς ἠπείρου, καὶ τῆς πέραν κατὰ τὸν Αὐαλίτην Βαρβαρικῆς χώρας, αὐλών ἐστιν οὐ μακρὸς, ὁ συνάγων καὶ εἰς στενὸν ἀποκλείων τὸ πέλαγος· οὗ τὸν μεταξὺ πόρον ἑξήκοντα σταδίων μεσολαβεῖ νῆσος ἡ Διοδώρου. διὸ καὶ ῥοώδης, καταπνεόμενος ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ἐστιν ὁ κατ' αὐτὴν διάπλους. κατὰ τοῦτον τὸν ἰσθμὸν

tantur, sunt purpura eximia & copiosa, necnon vestes Arabicæ manicatæ, & simplices, & communes, tam scutulatæ quam inauratæ: item crocus, cyperus, othonium, abollæ, lodices non multæ, tum simplices tum illius loci propriæ, zonæ umbratiles, unguentum mediocre, pecuniæ satis, vini & frumenti parum. fert enim regio illa frumenti copiam mediocrem, vini aliquanto majorem. Regi sive tyranno dantur equi, muli clitellarii, vasa aurea, & argentea cælata, vestes preciosæ, & signa sive vasa ænea. Inde exportantur, quæ quidem ibi nascuntur, myrrha eximia, pingue myrrhæ expressum, lygdus, denique omnes illæ merces supra commemoratæ, quæ ex Aduli afferuntur. Tempus opportunum navigandi est mense Septembri, quem Thoth appellant, atque etiam citius. Post illud circiter stadia trecenta numero, coeunte jam in unum Arabica continente, & regione ulteriore Barbarica juxta Aualitem, fretum est non admodum longum, quod ipsum pelagus in angustum cogit atque constringit: cujus sane freti transitum intermedium stadiorum sexaginta Diodori insula intercipit. Quo fit, ut navigationis juxta illam insulam cursus, vi venspirantium, sit incitatior, ma-

Fretum Arabicum

Diodori insula.

torum ex vicinis montibus

majorique impetu feratur. Propter hoc fretum maritimus est Arabum vicus, Ocelis nomine, sub eadem tyrannide: non tam emporium, quam portus, & aquatio, primumque intro navigantium diversorium. Post Ocelim, aperiente se rursus mari versus ortum, ac paulatim in pelagus desinente, stadiorum circiter mille ducentorum intervallo, est Arabia Fœlix, vicus maritimus ejusdem Charibaelis regno subjectus, qui & portus commodiores, & aquationes dulciores habet quam Ocelis. Situs est in principio sinus post se regione relicta. Fœlix autem, quum prius fuisset urbs, ideo est appellata, quod cum nondum ex India in Aegyptum navigaretur, neque ex Aegypto quisquam interiora Indiæ loca petere auderet, sed eo usque tantum procederetur, utrorumque tam Indorum quam Aegyptiorum merces ipsa recipiebat. Quemadmodum Alexandria & externas merces, & quæ ab Aegypto veniunt recipit. At vero paulo ante nostra tempora Cæsar eam destruxit. Arabiam fœlicem proxime sequitur littus oblongum, & sinus, qui plusquam duo millia stadiorum longitudine patet, Nomadum & Ichthyophagorum vicis refertus. Post illius littoris & sinus promontorium in mare porrectum, aliud est emporium mari vicinum, Cana

Ocelis vicus.

Arabia fœlix vicus.

Charibael rex.

Cæsar Arabiam destruxit.

Littus oblongum.

Nomades, Ichthyophagi.

Cana empor.

παραθαλάσσιός ἐστιν Ἀράβων κώμη τῆς αὐτῆς τυραννίδος Ὄκηλις, οὐχ οὕτως ἐμπόριον ὡς ὅρμος καὶ ὕδρευμα, καὶ πρώτη καταγωγὴ τοῖς ἔσω διαίρουσιν. μετὰ δὲ Ὄκηλιν ἀνοιγομένης πάλιν τῆς θαλάσσης εἰς ἀνατολὴν, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς πέλαγος ἀποφαινομένης, ἀπὸ σταδίων ὡς χιλίων διακοσίων, ἐστὶν εὐδαίμων Ἀραβία, κώμη παραθαλάσσιος βασιλείας τῆς αὐτῆς Χαριβαὴλ, τοὺς ὅρμους μὲν ἐπιτηδείους καὶ ὑδρεύματα γλυκύτερα, καὶ κρείσσω τῆς Ὀκήλεως ἔχουσα. ἤδη δὲ ἐν ἀρχῇ κόλπου κειμένη τῷ τὴν χώραν ὑποφεύγειν. εὐδαίμων δὲ ἐπεκλήθη πρότερον οὖσα πόλις, ὅτε μήπω ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐρχομένων, μηδὲ ἀπὸ Αἰγύπτου τολμώντων εἰς τοὺς ἔσω τόπους διαίρειν, ἀλλ' ἄχρι ταύτης παραγινομένων, τοὺς παρὰ ἀμφοτέρων φόρτους ἀπεδέχετο. ὥσπερ Ἀλεξάνδρεια καὶ τῶν ἔξωθεν, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου φερομένων ἀποδέχεται. νῦν δὲ οὐ πρὸ πολλοῦ τῶν ἡμετέρων χρόνων Καῖσαρ αὐτὴν κατεστρέψατο. ἀπὸ δ' τῆς εὐδαίμονος Ἀραβικῆς ἐκδέχεται συναφὴς αἰγιαλὸς ἐπιμήκης, καὶ κόλπος, ἐπὶ διοχιλίους ἢ πλείονας παρήκων σταδίους, Νομάδων τε καὶ Ἰχθυοφάγων κώμαις παροικουμένας. οὗ μετὰ τὴν προέχουσαν ἄκραν ἐμπόριόν ἐστιν ἕτερον παραθαλάσσιον Κανή, βασι-

λείας Ἐλεάζου χώρας λιβανωτοφόρου, καὶ κατ' αὐτὴν ἔρημοι νῆσοι δύο, μία μὲν ἡ τῶν ὀρνέων, ἡ δ' ἑτέρα λεγομένη Τρούλλας, ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι τῆς Κανῆς. ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς μεσόγειος ἡ μητρόπολις Σάββαθα, ἐν ᾗ καὶ ὁ βασιλεὺς κατοικεῖ. πᾶς δὲ ὁ γεννώμενος ἐν τῇ χώρᾳ λίβανος εἰς αὐτὴν ὥσπερ ἐκδοχεῖον εἰσάγεται καμήλοις τε καὶ σχεδίαις ἐντοπίαις δερματίναις ἐξ ἀσκῶν καὶ πλοίοις. ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ σύγχρησιν τῶν πέραν ἐμπορίων, Βαρυγάζων, καὶ Σκυθίας, καὶ Ὁμάνων, καὶ τῆς παρακειμένης Περσίδος. εἰσάγεται δὲ εἰς αὐτὴν, ἀπ' Αἰγύπτου μὲν ὁμοίως πυρὸς ὀλίγος καὶ οἶνος, ὥσπερ καὶ εἰς Μούζα. ἱματισμὸς Ἀραβικὸς ὁμοίως, καὶ κοινὸς καὶ ἁπλοῦς, καὶ ὁ νόθος, περισσότερος. καὶ χαλκὸς, καὶ κασσίτερος, καὶ κοράλιον, καὶ στύραξ, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα εἰς Μούζα. τὰ πλείονα δὲ ἀργυρώματα τετορευμένα καὶ χρήματα τῷ βασιλεῖ, ἵπποι δὲ, καὶ ἀνδριάντες, καὶ ἱματισμὸς διάφορος, ἁπλοῦς. ἐξάγεται δὲ ἐξ αὐτῆς, ἐντόπια μὲν φόρτια, λίβανος καὶ ἀλόη, τὰ δὲ λοιπὰ κατὰ μετοχὴν τῶν ἄλλων ἐμπορίων. πλεῖται δὲ εἰς αὐτὴν περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ὃν καὶ εἰς Μούζα, πρωιμώτερον δὲ. μετὰ δὲ Κανὴ τῆς γῆς ἐπὶ πλεῖον ὑποχωρούσης ἄλλος

na nomine, in regno & ditione Eleazi, in regione thurifera, juxta quod sunt insulæ duæ desertæ, quarum una Avium dicitur, altera Trullas, stadiis centum & viginti à Cana distans. Supra hanc Sabbatha metropolis mediterranea sita est, in qua rex sedem suam habet. In Canam thus, quod in regione illa nascitur, ceu commune quoddam receptaculum partim camelis, partim ratibus quibusdam pelliceis, quæ ex utribus confectæ sunt, partim denique aliis navibus, convehitur. Porro ipsa quoque utitur iisdem emporiis, quæ ultra sunt, Barygazorum, Omanorum, Scythiæ, & vicinæ Persidis. In illam invehitur ex Aegypto parum frumenti & vini, non secus atque in Muzam. Item vestes Arabicæ, communes, simplices, & maxima ex parte quidem adulterinæ. Præterea æs, stannum, coralium, styrax, & reliqua quæ etiam in Muzam. Pleraque autem quæ regi mittuntur sunt vasa argentea cælata, pecuniæ, statuæ, equi, vestes tum nobiles, tum vulgares. Inde vero exportantur merces quædam, quæ ibidem generantur, ut thus, aloe, & aliæ quas habent ex aliorum emporiorum communione. Eodem fere tempore illuc navigatur quo Muzam, sed aliquanto maturius. Post Canam magno spatio terra retrocedente, alius profundissimus

Eleazi regio.
Thurifera regio.
Avium, & Trullas, insulæ.
Sabbatha metropolis
Barygaza, Omana, Scythia, Persis.

mus sinus sequitur longo tractu extensus, qui Sachalites nuncupatur: & regio thurifera, montana adituque difficilis, aerem crassum habens & nubilum, ex arboribus thus producentem. Arbores illæ thuriferæ non admodum magnæ sunt & proceræ; ipsumque thus producunt in cortice concretum, sicut apud nos in Aegypto nonnullis ex arboribus gummi lachrymarum instar promanat. Thus illud à servis regiis, atque suppliciis addictis tractatur & colligitur. Loca sunt mirum in modum insalubria, ut & illos qui tantum prætervehuntur, peste inficiant, & operariis illis certam mortem afferant. Adde, quod multi ob victus penuriam facillime intereunt. Atque hujus quidem sinus maximum est mundi promontorium, ad orientem spectans, Syagros appellatum; in quo regionis illius castrum est, & portus, thurisque collecti receptaculum. Inter hoc ipsum promontorium in alto, & alterum quod ei è regione oppositum est Aromatum, insula quædam Dioscoridis dicta interiacet, Syagro aliquanto proprior, amplissima quidem, verum deserta & palustris. Abundat illa fluminibus, crocodilis, viperis plurimis, lacertis denique maximis, quorum carnibus quidem vescuntur, pinguedine

Sachalites sinus.

Regio thurifera.

Arbores thurifera.

Syagros prom.

Dioscoridis insula.

microſphærum. Hinc tria malabathri genera, quæ ab illis qui ea conficiunt in Indiam feruntur. Regiones autem quæ loca iſta ſequuntur, ſive quod propter ſævas tempeſtates, maximaque frigora, difficillimi ſunt acceſſus, ſive etiam deorum quadam virtute atque potentia, non potuerant adhuc inveſtigari.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ.

ARRIANVS DE VENATIONE.

LVCA HOLSTENIO INTERPRETE.

NICOLAVS BLANCARDVS GRÆCA E MANVSCRIPTO, ET VERSIONEM VARIIS IN LOCIS EMENDAVIT.

Accedunt

Ex libris emendationum Henrici Stephani quædam Schediasmata.

SERENISSIMO ETRVRIÆ

PRINCIPI

COSMO DE MEDICIS,

PRINCIPI OPTIMO, PIISSIMO, LITERARVM ET LITERATORVM PATRONO INCOMPARABILI, NICOLAVS BLANCARDUS BELGA, LEIDENSIS, ARRIANI LIBRVM DE VENATIONE, D. N. M. Q. E. DEDICABAT. FRANEKERÆ, EX ILLVSTRI ACADEMIA, A. C. M. DC. LXXXI. IDIBUS MAIALIBUS.

CONSPECTVS CAPITVM.

α'. Προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ τὰ Ξενοφῶντι παραλειφθέντα εἰπεῖν οὕτω ἐπαγγέλλεται. I. Proœmium, quo prætermissa à Xenophonte se dicturum promittit.

β'. Ὅτι Ξενοφῶν οὐκ ἤδει Κελτικὰς κυνας, οὐδὲ τὰς ταύταις ὁμοίας. II. Xenophontem canes Gallicos eoremque similes ignorasse.

γ'. Περὶ Κελτικῶν κυνῶν, καὶ οἵαν τὴν ἰδέαν αὐτῶν. III. De Gallicis canibus, & quali corporis specie sint.

δ'. Περὶ σημείων ἀφ' ὧν δεῖ τὰς ταχείας τεκμαίρεσθαι κυνας, καὶ τὸ ἐναντίον. IV. De signis, quibus canes veloces dignoscendi, & e contra.

ε'. Περὶ τοῦ συγγραφέως κυνὸς, ὁποῖά ποτ' ἦν. V. De auctoris cane, & qualis ille fuerit.

ς'. Περὶ χρωμάτων, καὶ ὡς οὐ δεῖ ἔχωσι ταῦτα, ὅτι διαφόρου. VI. De coloribus: nec referre qualescumque habeant.

ζ'. Περὶ τοῦ γνώμης τῶν κυνῶν, ὁποῖα ταύτης τὰ σημεῖα. VII. De ingenio canum, ejusque signis.

η' Περὶ τοῦ, πῶς διαγνωστέον ἀπὸ τοῦ ἐθέλειν τὴν ποιότητα τῶν κυνῶν. VIII. Quomodo ex comestione qualitas canum dignoscenda.

θ' Περὶ τοῦ, μετὰ τίνων, καὶ πῶς κοιταστέον τοὺς κυνας. IX. Cum quibus, & quomodo canes cubare debeant.

ι'. Ὅτι ἡ τρίψις τοῖς κυσὶν ὠφέλιμος, καὶ πῶς δεῖ ταύτας ἀποτρίβειν. X. Frictionem canibus prodesse.

ια΄. Οτι ἄμεινον δεδέσθαι τὰς κύνας, ἢ λελυμένας ἔτι. XI. Præstare vinctos potius canes esse, quam solutos.

ιβ΄. Περὶ τοῦ, ἐπὶ πόσον τῆς ἡμέρας προακτέον τὰς κύνας. καὶ πόσας, καὶ ποίας ἐν ταυτῷ λυτέον. XII. Quoties producendi canes singulis diebus, & quot, qualesque simul solvendi.

ιγ΄. Περὶ τοῦ, ποσάκις δεῖ ἐν χειμῶνι ἢ θέρει σιτεῖσθαι τὰς κύνας. XIII. Quoties hieme vel æstate canibus præbendus sit cibus.

ιδ΄. Περὶ τοῦ, ποίῳ καιρῷ ἐξακτέον τὰς κύνας ἐπὶ θήραν. XIV. Quo tempore canes ad venationem educendi.

ιε΄. Πῶς Κελτοὶ θηρῶσι, καὶ πότε. XV. Quomodo, & quo tempore Galli venentur.

ιϛ΄. Περὶ διαστήματος ἀφ' ὅτου δεῖ τῷ λαγῷ, ἐπιλύειν τὰς κύνας, καὶ πόσας ταύτας. XVI. Ex quo intervallo, & quot canes simul in leporem immittendi.

ιζ΄. Περὶ λαγωῶν, καὶ τίς ἡ τούτων ἀρετή. XVII. De leporibus, eorumque præstantia.

ιη΄. Οτι τὸ ἀνακαλεῖν ἐν ταῖς θήραις τὰς κύνας, ἀγαθὸν ταύταις. XVIII. Conducere canibus, ut inter venandum inclamando excitentur.

ιθ΄. Οτι δεῖ τὴν κύνα καλῶς ἠγωνισμένην καταψῶντα ἐπευφημεῖν. XIX. Canem certamine bene peracto, manu verbisque blandioribus demulcendum.

κ΄. Ὅπως εἰς κυνηγέσιον ἐξιέναι χρὴ σοῦ μὴ τὸ θήραμα οὗ ἐστιν ἐγνωκότας. XX. Quomodo ii vena-

venatum prodire debeant, qui nesciunt, quo loco præda commoretur.

κά. Περὶ τοῦ, πῶς θηρῶσιν Κελτοί. XXI. Quomodo Galli venentur.

κβ'. Οτι οὐ χρὴ ἐπιλύειν κύνας νεογνῷ θηράματι. XXII. Canes in tenellæ ætatis prædam non immittendos.

κγ'. Πῶς θηρατέον ἐλάφους, ἢ ἄλλο τι μέγιστον. XXIII. Quomodo cervos, aliasve majores feras venari oporteat.

κδ'. Οπως Λίβυες μεθ' ἵππων αἱροῦσι μεγάλα θηράματα. XXIV. Quomodo Afri equites majores feras capiant.

κέ. Περὶ τοῦ, ἀφ' οἵας ἡλικίας δεῖ ἐξάγειν εἰς θήραν τὰς θηλείας κύνας. XXV. Qua ætate canes feminæ venatum educendæ.

κϛ'. Περὶ ἀῤῥένων κυνῶν, ἐφ' οἵας ἡλικίας χρεὼν αὐτοῦ ἐπὶ θήραν ἐξάγειν. XXVI. Canes masculi qua ætate ad venandum educendi.

κζ'. Πῶς ἐπὶ ὀχείαν ἀκτέον τὰς κύνας. XXVII, De admissione canum.

κή. Οτι εἴ τις ὁρῴη τὴν μίξιν τῶν κυνῶν, οὐκ ἐπιτελεῖται γόνιμος. XXVIII. Coitum canum infecundum esse, si a quoquam spectetur.

κθ'. Περὶ καιροῦ πρὸς σκυλακείαν ἐπιτηδείου. XXIX. De tempore catulis educandis commodo.

λ'. Πῶς μετὰ τὸ τεκεῖν ἐπαναληπτέον εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς τὴν δρόμον τῶν κυνῶν. XXX. Quomodo canes post partum fovendæ, ut pristinam velocitatem recuperent.

λά. Περὶ ὧν Ξενοφῶν ὑπὲρ ἀνατροφῆς κυνῶν

λα-

Διαταξις. xxxi. Quid Xenophon de canum educatione præciplat.

λβ'. Διαφοραὶ ἄρρενος καὶ θηλείας κυνὸς. xxxii. Differentiæ canis maſculi, & feminæ.

λγ'. Οὐ δεῖ τοὺς κυνηγέτας θύειν τῇ Ἀρτέμιδι. xxxiii: Venatores Dianæ ſacra facere debere.

λδ'. Περὶ τῶν Κελτῶν νόμου, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῶν γινομένου ἐφάνου τῇ Ἀρτέμιδι. xxxiv. De Gallorum inſtituto, & ære in honorem Dianæ collato.

λε. Παραίνεσις πρὸς τὸ θύειν τοῖς ἐφόροις τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπιτηδευμάτων. xxxv. Admonitio de ſacris faciendis diis artium, & profeſſionum humanarum præſidibus.

λς'. Ἐξ Ὁμήρου μαρτύρια, ὅτι χρὴ θύειν τοῖς τῶν πραγμάτων εὑρεταῖς ἐν τῇ τῶν δεμεταχειρίσῃ. xxxvi. Homeri teſtimonia, quod diis rerum inventoribus ſacrificandum, dum quis easdem aggreditur.

APPI-

ΑΡΡΙΑΝΟΥ

ΗΤΟΙ

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ

Κυνηγετικός.

ARRIANI

SIVE

XENOPHONTIS IVNIORIS DE VENATIONE LIBER.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ τὰ Ξενοφῶντι παραλειφθέντα εἰπεῖν τοὺς ἐπαγγέλλεται.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ τῷ Γρύλλου λέλεκται ὅσα ἀγαθὰ ἀνθρώποις ἀπὸ κυνηγεσίων γίγνηται, καὶ οἱ παιδευθέντες ὑπὸ Χείρωνι τὴν παίδευσιν ταύτην, ὅπως θεοφιλεῖς τε ἦσαν καὶ ἔντιμοι ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα. λέλεκται δὲ καὶ καθότι ἔοικεν τῇ πολεμικῇ ἐπιστήμῃ ἡ κυνηγετική. καὶ ἥντινα ἡλικίαν ἔχοντα χρὴ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν γνώμην ποῖον τινά· καὶ περὶ ἀρκύων δὲ, καὶ δικτύων, καὶ ἐνοδίων, ὁ-

Ms. ἀρκύων τε καὶ &c.

CAPUT I.

Proœmium, quo prætermissa Xenophonte se dicturum promittit.

QVÆ commoda hominibus ex venatione proveniant, Xenophon Grylli filius exposuit, & quam cari diis immortalibus, quamque celebres per omnem Græciam fuerint, qui eam artem a Chirone didicerant. Dictum quoque ab eodem, quæ venationi cum re bellica conveniant, & qua ætate, quo corporis habitu, quove ingenio ad hoc studium accedendum: tum etiam quomodo plagæ, casses, & retia paranda sint:

Vel, qua corporis forma.

Verte, quomodo

caſſes, plagæ majores, quæque in viis tenduntur.

ſint: qua ratione tendiculæ feris ponendæ, & quænam tendiculis capi queant: de leporibus quoque, eorumque natura dixit; uti paſcantur, ubi cubilia ſua habeant, & quomodo ſint perveſtigandi: Tum de canibus, quinam veſtigiis perſcrutandis apti, qui inepti ſint; & quibus ſignis, cum ex forma, tum ex operibus utrique dignoſcendi. Nonnulla etiam de aprorum ac cervorum, item de urſorum & leonum venatione attigit; quomodo æſtu, doloque capiantur. Verum quæcumque mihi omiſiſſe videtur, non incuria ille quidem, ſed quod Gallicos canes, & Scythicum Libycumque equorum genus ignoraret: ea ego perſequar, qui & nomen & civitatem cum ipſo communem habeo, iiſdemque venationum, diſciplinæ militaris, & ſapientiæ ſtudiis a puero incubui; præſertim cum & ipſe ſibi perſcribendum exiſtimarit, quæ minus perfecte a Simone de re equeſtri fuerant expoſita; idque non contendendi ſtudio adverſus Simonem, ſed quod hominibus ea uſui futura cogno ſceret.

ποῖα χρὴ ϖροσκυάσματα· καὶ πάγας ὅπως ἑτέρα τοῖς ἄγρίοις, ὅσαι πάγη ἁλωτά. καὶ ϖερὶ λαγωῶν ἢ λέλεκται, ἥπερ ἡ φύσις αὐτῶν, καὶ ὅπως νέμονται, καὶ ὅπου διναίζουσι, καὶ ὅπως χρὴ μαστεύειν αὐτούς· καὶ ϖερὶ κυνῶν, ὅσαι ἰχνεύειν σοφαί, καὶ ὅσαι ϖονηραί· καὶ ὅπως ἀπό τε τοῦ εἴδους, καὶ τῶν ἔργων τεκμαίρεσθαι χρὴ ἑκατέρας. ἔτι ἢ ἃ καὶ ϖερὶ συῶν θήρας λέλεκται, καὶ ἐλάφων, καὶ ἄρκτων, καὶ λεόντων, ὅπως σοφίᾳ καὶ δόλῳ ἁλωτά. Ὅσα ἢ ἐμοὶ δοκεῖ σοι τῷ λόγῳ, οὐχὶ ἀμελείᾳ, ἀπ' ἀγνοίας δ' γένους τε κυνῶν τοῦ Κελτικοῦ, καὶ τοῦ γένους τε ἵππων τοῦ Σκυθικοῦ τε καὶ Λιβυκοῦ. ταῦτα λέξω, ὁμώνυμός τε ὢν αὐτῷ, καὶ πόλεως τῆς αὐτῆς, καὶ ἀμφὶ ταῦτα ἐκ νέου ἐπαιδεύθην, κυνηγέσιά, καὶ στρατηίαν, καὶ σοφίαν· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐνόησε Σίμωνι ϖερὶ ἱππικῆς ἐπιστήμης λελεγμένα ὡς, οὐδὲν δεῖν ἀναγράψαι· οὐχὶ ἔριδι τῇ ϖρὸς Σίμωνα, ἀλλ' ὅτι ὠφέλιμα ἐπ' ἀνθρώπους ἐμήνυσεν.

KE-

ΚΕΦΑΛ. β'.

Ὅτι Ξενοφῶν οὐκ ᾔδει τὰς Κελτικὰς κυνάς, οὐδὲ τὰς ταύταις ὁμοίας.

ΟΤΙ μὲν δὴ οὐκ ἠπίστατο τὸ γένος τῶν κυνῶν τὸ Κελτικὸν, δοκῶ ἔγωγε ὡς οὐδὲ τεκμηρίων δεῖ πρὸς αὐτό. ἄγνωστα γὰρ ἦν τὰ ἔθνη τῆς Εὐρώπης, ὅσα ταύτῃ ᾤκισται, ὅτι μὴ τῆς Ἰταλίας, ὅσα Ἕλληνες κατέσχον, ἢ ὅσοις κατ' ἐμπορίαν διὰ θαλάσσης ἐπεμίγνυον. ὡς δὲ οὐδὲ ἄλλο γένος κυνῶν ἐγίγνωσκεν, ὃ ἂν κατὰ ὠκύτητα ἔοικεν τῷ Κελτικῷ, τεκμαίρεσθαι ὑπάρχει ἀπὸ τῶνδε· λέγει γὰρ, ὡς ὅσοι ἁλίσκονται λαγωοὶ ὑπὸ κυνῶν, παρὰ φύσιν σώματος ἁλίσκονται, ἢ τύχῃ χρησάμενοι. Εἰ δὲ γε ἠπίστατο τὰς κυνας τὰς Κελτικὰς, ταὐτὸν τοῦτο δοκεῖ ἂν μοι ἀποφήνασθαι περὶ τῶν κυνῶν· ὡς ὁπόσους λαγωοὺς οὐχ αἱροῦσιν, τούτους οὐ παρὰ φύσιν σώματος αἱροῦσιν, ἢ τύχῃ χρησάμεναι. ὡς ὅσαι γε ἀγαθαὶ τὸ σῶμα, καὶ τὸν θυμὸν γενναῖαι, ταύτας δὲ οὐκ ἄν ποτε διαφύγοι λαγὼς, εἰ μή τις δυσχωρία ἐμποδὼν γένοιτο, ἢ ὕλη ἀποκρύψασα, ἢ κατάδυσις τῆς γῆς κοίλη καὶ βαθεῖα ἀφελομένη, ἢ τάφρος διαδραμεῖν ἐν τῷ ἀφανεῖ παρασχοῦσα. ἐνθεν δὲ οἶμαι, ὅπως μὲν ἐπὶ τὰς ἀρκυς χρὴ ἐπελκύειν τὸν λαγὼν, ἐπεξέρ-

Noster manuscriptus, οὐχ αἱροῦσιν κυνὲς κατὰ πόδας παρὰ φύσιν σώματος οὐχ αἱροῦσιν.

CAPVT II.

Xenophontem canes Gallicos eorumque similes ignorasse.

ET quod Gallicos canes ignorarit, id nulla probatione indigere existimo: necdum enim cognitæ erant gentes, quæ eam Europæ partem incolunt, præter Italiæ oram quam obtinebant Græci, eosque, quibuscum commercia maritima exercebant; nec ullum aliud genus canum, quod Gallicos velocitate æquaret, ipsum cognovisse, id ex eo conjicere licet, quod ait: *Quotquot lepores a canibus capiuntur, præter corporis naturam aut casu fortuito capiuntur.* Nam si Gallicos canes novisset, idem puto affirmasset de canibus: Quotquot lepores canes e vestigio non capiunt, eos præter naturam & constitutionem corporis non capiunt, aut casu quodam fortuito, nam qui corpore sunt bene composito, animoque generoso, eos nullus unquam lepus effugiat, nisi locorum difficultas sit impedimento, aut silvarum latebræ tegant, vel cava ac profunda terræ caverna oculis subducat, aut fossa occultum effugium præbeat. Qua re factum existimo, ut tam prolixe disserat, quomodo lepus in retia compellendus: & si retia transierit, quomodo per-

persequendus cursu, pressoque vestigio iterum perquirendus; donec fessus, victusque labore capiatur. At si quis bonos habeat canes, ei nec retibus esse opus, nec effugientem pervestigandum, id vero nuspiam indicavit; sed eum dumtaxat exponit venandi modum, quo Cares & Cretenses utuntur.

CAPVT III.

De Gallicis canibus, & quali corporis specie sint.

CEterum Galli etiam absque retium usu venantur, quotquot quidem non victum venando quærunt, sed ipsam honestam voluptatem quam venatio habet conjunctam. nam & isthic genus canum est vestigiis odorandis non minus aptum, quam Caricum & Creticum, sed specie turpe ac brutum. Vestigant autem & ipsi cum clangore & latratu, ut Carici, qui clangendo feram insequuntur; sed isti multo vehementiores sunt, & minus sui compotes, ubi vestigium suboluerint. Quin etiam pridianis nonnunquam nimis acriter excitantur; adeo ut nimium illorum clangorem, eumque similem in omni vestigio, non minus cursu quam cubitu impresso, aversarer. Verum in persequendo reperiendoque, ubi lepus se loco moverit, nec Caricis,

Immo τὰ δρομαῖα καὶ τὰ εὐναῖα ἴχνη sunt cur-

χεῖ τῷ λόγῳ· καὶ εἰ παραδράμοι τὰς ἄρκυς, ὅπως χρὴ μεταθεῖν αὐτὸν, καὶ ἀνευρίσκειν κατὰ τὸ ἴχνος, ἔς τε ἁλῶναι ἀπαγορεύσαντα ὑπὸ καμάτου. ὅτι δὲ οὐδὲν οὔτε ἀρκύων δεῖ τῷ κύνας ἀγαθὰς κεκτημένῳ, οὔτε τοῦ μαστεύειν διαφυγόντα, οὐδαμοῦ τοῦτο ἐδήλωσεν· ἀλλ' ἢ τὴν θήραν ταύτην μόνην ἐξηγεῖται, ἣν Κάρες τε, καὶ Κρῆτες θηρῶσιν.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Περὶ Κελτικῶν κυνῶν, καὶ οἵαι τὴν ἰδέαν αὐτῶν.

ΘΗρῶσι δὲ καὶ Κελτοὶ ἀφαιροῦντες ἄρκυς, ὅσοι οὐκ ἀπὸ κυνηγεσίων βιοτεύουσιν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἐν θήρᾳ καλοῦ ἕνεκα. ἔστι γὰρ καὶ ταύτῃ κυνῶν γένος ἰχνεῦσαι μὲν οὐ μεῖον σοφὸν. ἢ τὸ Καρικὸν καὶ Κρητικόν. τὴν δὲ ἰδέαν ἀνιαρὸν καὶ θηριῶδες. Καὶ αὐταὶ ἰχνεύουσι ξὺν κλαγγῇ καὶ ὑλαγμῷ, ὅπως αἱ Καρικαὶ ἐπικλάζουσαι· ἀλλ' αὐταί γε ἔτι μᾶλλον ἔκφρονες γίγνονται, ἐπειδὰν αἰσθωνται ἴχνους. καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἐπ' ἑώλοις ὑπερλαμπρύνονται, ὥστε ἐμεμψάμην ἔγωγε αὐτῶν τὸ πολὺ τῆς κλαγγῆς, καὶ ὅμοιον ἐπὶ παντὶ ἴχνει, καὶ τῷ δρομαίῳ οὐ μεῖον ἢ τῷ εὐναίῳ. μεταθεῖν δὲ καὶ ἀνευρίκειν τὸν ὑποκινήσαντα, οὔτε τῶν Καρικῶν φαυλότεραί εἰσιν, οὔτε

Codex noster, ὁπόσαι. Male.

τῶν

τῶν Κρητικῶν, ὅτι μὴ τῷ ὠκύτητι· ἀγαπητὸν γοῦν εἰ τὴν ἕνα λαγὼν χειμῶνος ὥρᾳ καταλείποιεν· τοσαύτην ἀφετηρίαν ἐς τὸ ἀναπαύεσθαι αὐτῷ παρέχουσιν, εἰ μή τι ἄρα ὑπὸ θορυβευόντων κυνῶν ἀλόφῳ ἔκφρων γενόμενον. Καλοῦνται δὲ Ἐγχύσιαι αἱδε αἱ κύνες, ἀπὸ ἔθνους Κελτικοῦ τινὸς ἐπωνυμίαν ἔχουσαι· ὃ δὲ ἄφθιτον, ὡς γέ μοι δοκεῖ, ἔφυσαν τε, καὶ διαδοκίμουσιν. ἀλλ' οὐδὲ μὴν τούτων, ὅσα ἄν τις τῷ λόγῳ ἐπεξέλθοι, λελεγμένα ἐρεῖ τοῖς Ξενοφῶντος· ἢ πείλας, ἰδὼν γὰρ ἴδιον, οὐδὲ διάφορον ἐν τῷ μαστεύειν ἢ μιζαθεῖν ἐπιδεικνύσι, πολλοῦ γε δεῖ εἴ τις ἐθέλοι τοῖς τὰ ἰδίως αὐτῶν λέγειν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ ἄξιον, ὅπως μὴ ἀνάγκη τοῦτο εἰπεῖν μόνον, ὡς εἰσὶν δασεῖαι καὶ πονηραὶ ἰδεῖν· καὶ ὅσῳ γυναικότατοι αὐτῶν, τοσοῦτῳ αἱ πονηρόταται. ὥστε οὐδοκιμεῖ ἐν Κελτοῖς ὁ ἀπεικάσας αὐτοὺς τοῖς ἀνὰ ζεῦ ὁδοὺς πλανήταις. καὶ γὰρ φωνὴ αὐτοῖς γοερά τε καὶ ἐλεεινή ἐστι. καὶ οὐκ ὠκὺς ἴχνεσιν ἄρα τοῦ θηρίου ἐπικραίζουσιν ἐν τῇ ἰχνείᾳ, ἀλλὰ ὡς οἰκτιζόμενοι καὶ λιπαρεῖν. ὥστε μὴ δὴ τούτων οὐκ ἄν τις ἀναγράψαι μοι δοκεῖ ὅ, τι καὶ λόγου ἄξιον. αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ Κελτικαί, καλοῦνται μὲν ἑπόμεναι κύνες φωνῇ τῇ Κελτῶν· οὐκ ἀπὸ ἔθνους τινὸς, καθάπερ αἱ Κρητικαί, ἢ Καρικαί, ἢ Λακωνικαί

Lege cum libro ſcripto, κατακαίνοιεν, id eſt, conficiant, Interimant, Perimant. Sic quoque codex noſter. Sed legendum, Σιγᾶσιν.

nec Creticis ſunt inferiores, niſi quod velocitate cedunt. Quocirca boni conſulendum, ſi vel unum leporem hiberno tempore excitent, tantum ipſi ſpatii relinquunt ad interquieſcendum, niſi forte canum tumultu perturbatus opprimatur. Canes illi Seguſii appellantur: quod nomen a gente quadam Gallica obtinent: ubi mea quidem opinione provenerunt principio, & in precio eſſe ceperunt. At de his nihil dici poterit, quod non a Xenophonte ſeniore dictum ſit prius: nihil enim peculiare, aut diverſum ab aliis in indagando vel perſequendo præ ſe ferunt, niſi quis de forma eorum loqui velit, quod mihi vix operæ precium videtur: ni forte id unum dicat, eos hirſutos, & aſpectu turpes eſſe; & generoſiſſimos quoſque turpiſſimos: adeo ut celebris cujuſdam ſententia inter Gallos feratur; qui mendicis ſtipem per vicos mendicantibus illos comparabat: nam vocem flebilem, miſerabilemque edunt; & veſtigia feræ non acri, atque animoſo, ſed miſero, & quaſi dolore expreſſo latratu premunt: Atqui de his nemo quidem quidquam relatu dignum ſcripturus mihi videtur, Ceterum Gallici canes maxima pedum velocitate pollentes, Gallorum lingua vertragi vocantur: non ab aliqua gente, ut Cretici, Carici, vel Laconici,

ſoria, ὦ cubile ſuum petentis feræ veſtigia.

Verte. *Vox enim illis gemebunda & miſerabilis eſt: neque tanquam ipſi ferae irascentes, clamorem edunt dum inveſtigant,*

ſed vlu- nici, ſed ut inter Creticos quidam ἀλφήσται, hoc eſt, in-
miſericor- duſtrii, a ſtudio laboris atque induſtria; & ἱταμοί, ſive
diam no- præcipites, a ſubita vehemen-
centes & tia; & mixti, ab utroque genere: itidem iſti a celeritate appellantur. Generoſiſſimis autem nihil ſpecie, viſuque pulcrius eſt, ſive oculos, ſive corpus univerſum, ſive etiam pilum atque colorem ſpectes; ita in maculoſis mira conſpicitur varietas; & queis ſimplex color eſt, in iis & ipſe enitet, ac jucundiſſimum venatori ſpectaculum præbet.

rogantes.

νας· ἀλλ' ὡς τῶ Κρητικῶν αἱ ἀλφήσται, ἀπὸ τῦ φιλοπονεῖν. καὶ ἱταμαὶ, ἀπὸ τῦ ὀξέως· καὶ αἱ μικταὶ, ἀπ' ἀμφοῖν· ὅτω καὶ αὗται ἀπὸ τῦ ὠκύτητος. Τῶν δ' ἰδέων, καλόν τι χρῆμά εἰσιν, καὶ τὰ τὰς ὀφθαλμὰς αἱ γενναιόταται αὐτῶν, καὶ τὸ σῶμα ἅπαν, ἢ τῶν τρίχα, καὶ τῶν χρόαν· ὅτω ταῖς τε ποικίλαις ἐπαυθεῖ τὸ ποικίλον. καὶ ὅσαις ἀπολῆ ἡ χρόα ἐστὶν, ἀποσίλβει καὶ αὕτη, καὶ ἔστιν ἥδιστον θέαμα ἀνδρὶ θηρευτικῷ.

Emendo, ἱταμαὶ, ἀπὸ τῦ ὄψεως. Id eſt, *truces*, *ab aſpectu*. ἀνὴρ θηρευτικὸς non eſt venator, ſed venationis ſtudioſus. Hæc verba, ἀποσίλβει καὶ αὕτη, non ſunt in codice noſtro manuſcripto.

CAPVT IV.

De ſignis, quibus canes veloces dignoſcendi, & e contra.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Περὶ σημείων ἀφ' ὧν δεῖ τὰς ταχείας τετμαίρεσθαι κυνὰς, καὶ τὸ ἐναντίον.

CEterum, & ego dicam, quibus ſignis veloces ac generoſi canes dignoſcendi; tum quorum obſervatione degeneres, tardique diſcernantur. Primum igitur longi ſint a capite ad caudam; neque enim ullum aliud celeritatis, & generoſitatis ſignum æque certum in omni canum genere reperiri poteſt, atque longitudo: ut vice verſa brevitas tarditatem, & degenerem animum arguit. Equidem canes vidi, quibus plurima inerant vitia; verum quod longo eſſent corpore, veloces erant & animi pleni. Nec majores, ubi cetera paria

Λέξω δ' ἐγὼ αὐτὸς, ἀφ' οἵων πιστῶν χρὴ τετμαίρεσθαι εὖ οἰκείας τε καὶ γενναίας, καὶ πίστιν αὖ ἀφορέσειν τίς τ' ναυῖ, ἢ ἀργὸς τε καὶ βραδείας ἀποκέλοιτο αὐτῶν. ὡς ἔστι μὲν δὴ μακρὰ ἴσωσαν ἀπὸ κεφαλῆς ἐπ' οὐρὰν. ἔν τε δὲ οὐδὲν ὅτω τεκμήριον ὡς ὠκυτῆτά τε, καὶ γενναιότητα σύριος αὖ ἐπιλεγόμενον τούτων ἐπὶ πᾶσιν ἰδέαις κυνὸς, ὡς τὸ μῆκος· καὶ τοὐναντίον, τῶν βραχυτῆτα, ἢ τὸ βραδὺ δ' ἀργὸν. ὥστε ἤδη ἔγωγε ἰδὼν πολλοὺς ἄλλως καλοὺς ἐχόντας κυνὰς, ὅτι δὴ μακρὰ ἐτύγχανον, ὠκείας ἦσαν, καὶ θυμοειδεῖς. Καὶ μὴν καὶ αἱ μείζονες, εἰ τὸ

τὰ ἄλλα ὁμοίως τρέφειν, κατ' αὐτὸ τὸ μέγεθος δύφυέστερας τῶν σμικρῶν. φαῦλαι δὲ τῶν μεγάλων, ὅσαι τὰ μέλη ἀπεῳκεῖς, καὶ ἀξυμμέτρως τέ. φαυλότεραι ἂν εἶεν ὅτῳ γε ἔχουσαι τῶν σμικρῶν, εἰ τὰ ἄλλα πρὸς ἴσου τοῖς σμικροῖς αὐτάς. Ἐχέτωσαν δὲ καὶ κεφαλὰς ἐλαφρὰς, καὶ ὀζῃρώδεις· εἰ δὲ γρυπαὶ ἢ σιμαὶ εἶεν, ὁ τυχὼν μέγα διοίσει τοῦτο· ὅλως δὲ εἰ τὶ ὑπὸ τοῖς μετώποις ἰνώδη ἔχοιεν, ὁδὲ τοῦτο ὡς μεγάλῳ ποιητέον. ἀλλ' αἱ βαρυκέφαλοι, μόνον πονηραί, καὶ ὅσαι παχὺ τὸ ῥόγχη, καὶ μὴ ἐς ὀξύ, ἀλλὰ ἀθρόως ἀπολήγοντα. Καὶ αὖτη οὕτω δύκέφαλοι. Τὰ δ' ὄμματα ἔστω μεγάλα, μετέωρα, καθαρὰ, λαμπρὰ, ἀπολήγοντα τὸ θεώμενον· καὶ κραδάζεται μὴ τὰ πυρωπὰ, καὶ ὑπεργραπτόντα, οἷα παρδάλεων, ἢ λεόντων, ἢ λυγκῶν· δεύτερα ἐπὶ τούτοις τὰ μέλανα, εἰ τύχοι ἀφαπτόμενά τε καὶ γραφὰ ἰδεῖν· τρίτα δὲ τὰ γλαυκωπά. ὁδὲ γὰρ, ὁδὲ τὰ γλαυκωπὰ φαῦλά ἐστιν, ὁδὲ φαύλων κυνῶν ξύμβολα, εἰ μὴ ταῦτα τύχῃ καθαρὰ καὶ γραφὰ ἰδεῖν.

Scribo, καὶ ἀξυμμέτρους, ὥστε φαυλοτέρας ἂν εἶεν.

sint, ob ſolam magnitudinem minoribus præſtant. Ceterum inter magnos canes vitioſi ſunt, qui membra habent male compacta: iique multo deteriores ſunt parvis, ſi cetera vitia paria iis adſint. Capita habeant levia, & nervoſa: ſed aduncine, an ſimi fuerint, parum intereſt, nec id magni faciendum, ſi fibræ ſub vultu eminean: ii dumtaxat mali ſunt, queis caput ponderoſum eſt, & nares obeſæ, atque illæ non in acumen deſinentes, ſed obruſæ, atque hæc quidem capitis ſpecies optima. Oculi autem magni ſint, elati, puri, lucidi, & qui intuentis aciem præſtinguant: ac potiſſimi quidem ſunt ignei, quique fulguris inſtar, ut pardorum, leonum, vel lyncum oculi, coruſcant: proximi ſunt nigri, ſi quidem aperti fuerint, viſuque torvi: tertio deinde loco ſequuntur cæſii: nam nec cæſii oculi mali ſunt, nec malorum canum indicia; modo & ipſi puri, torvique aſpectu fuerint.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Περὶ τῆς συγγραφέως κυνὸς, οἵα τις ἦν.

CAPUT V.

De auctoris cane, & qualis ille fuerit.

ΕΠεί τοι αὐτὴ ἔτρεφον ἐγὼ κυνίσκα γαρωπὴν, εἴων γαρωποτάτην· καὶ αὕτη ὠκεῖά τε ἦν, καὶ φιλόπονος, καὶ δύψυχος,

NAm & ipſe canem educavi cæſium quantum fieri poteſt maxime: atque is & velox, & induſtrius, & ani-

animoſus, pedibuſque optimus erat: adeo ut dum ætas eſſet integra, ſolus quatuor leporibus ſufficeret. Ceterum manſuetiſſimus eſt (ſupererat enim adhuc cum hæc ſcriberem) & heri amantiſſimus: neque ullus mihi antehac canis fuit, qui me, atque amicum meum & venationis ſocium Megillum tanto amore proſequeretur: nam dum curſu intermiſſo quieſcit, nuſquam a nobis, aut ſaltem alterutro noſtrum divellitur. Sed ſi ego domi ſim, ipſe mecum commoratur, & comitatur prodeuntem, & gymnaſium adeuntem affectatur, corpuſque exercenti aſſidet: & redeuntem præcedit, ſubinde reſpiciens, ut ſciat, num forte de via deflexerim: & ſimul ac me conſpexerit, ablanditus nonnihil rurſum præcedit. At ſi publici negotii cauſa prodeam, adeſt amico meo, idemque erga eum facit. Sin alteruter noſtrum corporis morbo detineatur, nuſpiam ab eo diſcedit; & ſi vel exiguo temporis intervallo videat, libere aſſilit, quaſi ſalutans: & lætabundus ſalutationi teſtandæ voce blanda oggannit: cumque cœnanti adeſt, nunc uno, nunc altero pede contingens, ſibi quoque aliquid cibi tradendum monet: tum vocalis admodum eſt, ut vix credam, me alium unquam vidiſſe vocaliorem: & quacumque re indigeat, voce ſignificat. Cumque tenellus adhuc

καὶ δύπως· ὥστε καὶ τέτταρσιν ἤδη ποτὲ λαγωοῖς ἐφ' ἡλικίας αὐτάρκησεν. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ πρᾶός ἐστι (ἔτι γὰρ μοι ταῦτα ἔγραφον,) καὶ φιλανθρωποτάτη. καὶ ὅπως ἀφῆσεν ἄλλη κύων, ὡς αὐτὴ, ὅτε ἐμὲ ἐπύθησεν, ὅτε τὸν ἑταῖρον τὸν ἐμὸν καὶ συνήθηρον τὸν Μέγιλλον· ἐπειδὴ γὰρ ὁρόμου ἀπεπαύσατο, οὐκ ἔτι ἡμῶν γε, ἢ θατέρου ἀπαλλάττεται. ἀλλά εἰ μὲν ἐγὼ ἔνδον εἴην, ἅμα ἐμοὶ διατρίβει, καὶ συνίσταμαι τοι συνδιαπεμπτέ, καὶ ἐπὶ γυμνάσιον ἰόντι ἐφομαρτεῖ, καὶ γυμναζομένῳ συνδιακαθηται. καὶ ἐπανιόντων συνέπεται, διαμενεὶ ἐπιστρεφομένη ὡς καταμανθάνειν μή πη ἄλλα ἐξεπράπην τὴν ὁδόν. ἰδέσθαι δὲ καὶ ἐπιμειδιάσεσθαι, ὡΐτις αὖ συνέσται. Εἰ δὲ ἐπί τι ἔργον πολιτικὸν ἴοιμι, ἥδε τῷ ἑταίρῳ τῷ ἐμῷ ξυνίεται, καὶ συνεῖναι τὰ αὐτὰ τοῦτο δρᾷ· ὁπότερον δὲ ἡμῶν κάμνοι τὸ σῶμα, ἐκείνου οὐδὲ ἀπαλλάττεται. εἰ δὲ καὶ ὀλίγον χρόνον ἴδοι, ἐπιπηδᾷ ἀτρέμα, ὥσπερ ἀσπαζομένη· καὶ τῷ ἀσπασμῷ ἐπιφθέγγεται, οἷα φιλοφρονευμένη· καὶ δειπνοῦντι ξυνέστι συνάπτεται ἄλλοτε ἄλλῳ τῶν ποδῶν, ὑπομιμνήσκουσα, ὅτι καὶ αὐτῇ ἄρα μεταδοτέον εἴη τοῦ σιτίου. καὶ μὰ πολύφθογγός ἐστιν, ὡς ὅπου ἐγὼ ἰδεῖν μοι δοκῶ ἄλλην κύνα. καὶ ὅσων δεῖται, τῇ φωνῇ

flagro

σημαίνει. καὶ ὅτι σκυλακευομένη μάγιστι ἐκολάζετο, εἴ τις εἰς τοῦτο ἔτι μάστιγα ὀνομάσειεν, πρόσεισι τῷ ὀνομάσαντι, καὶ ὑποπτήξασα λιπαρεῖ, καὶ τὸ στόμα ἐφαρμόζει τῷ στόματι ὡς φιλοῦσα, καὶ ἐπιπηδήσασα ἐκκρέμαται τοῦ αὐχένος, καὶ οὐ πρόσθεν ἀνίησι, πρὶν τῆς ἀπειλῆς ἀποπαῦσαι τὸν θυμούμενον. ὥστε οὐκ ἂν ὀκνῆσαί μοι δοκῶ καὶ τὸ ὄνομα ἀναγράψαι τῆς κυνὸς, ὡς καὶ ἐς ὕστερον ἀπολελεῖφται αὐτῆς, ὅτι ἦν ἄρα Ξενοφῶντι τῷ Ἀθηναίῳ κύων, Ὁρμὴ ὄνομα, ὠκυτάτη καὶ σοφωτάτη, καὶ ἱεροτάτη. Ὦτα δὲ μεγάλα ἔστω ταῖς κυσὶν, καὶ μαλθακὰ, ὥστε ὑπὸ μεγέθους, καὶ μαλακότητος ἐπικεκλασμένα φαίνοιτο. οὕτως ἂν εἴη κράτιστα. οὐ μέν τοι ἀλλὰ καὶ εἰ ὀρθὰ φαίνοιτο, οὐ πονηρόν· εἰ μὴ σμικρά τε εἴη καὶ σκληρά. τράχηλος δὲ μακρός τε ἔστω, καὶ περιφερὴς, καὶ ὑγρός· ὥστε εἰ ἀντιτείνοις ἀπὸ τῶν δέρεων τὰς κυνὰς ἐς τοὐπίσω ἐπικλᾶσθαι δοκεῖν τὸν τράχηλον δι' ὑγρότητα καὶ μαλακότητα. Στήθη τε πλατέα ἀμείνω τῶν στενῶν. καὶ τὰς ὠμοπλάτας διεστώσας ἐχέτωσαν, καὶ μὴ ξυμπεπληγυίας, ἀλλ' ὡς οἷόν τε λελυμένας ἀπ' ἀλλήλων. σκέλη στρογγύλα, ὀρθὰ, εὐπαγῆ. πλευρὰς γενναίας. ὀσφὺν πλατεῖαν, ἰσχυρὰν, μὴ σαρκώδη, ἀλλὰ νεύροις πεπληγυῖαν. λαγόνας ἀνειμένας· ἰσχία μὴ συνδεδεμένα. κενεῶνας λα-

Emendandum è nostro codice, ξυμπεπηγυῖαν. Et mox, πεπηγύαν.

flagro aliquando cæsus fuerit, si quis jam eo fine flagrum dumtaxat nominet, illi obviam procedit, precesque submissus admovet, atque os ori tamquam deosculaturus applicat, & subsiliens inhæret collo, nec ante discedit, quam is qui irascitur, minas ponat: adeo ut nec nomen istius canis prodere me pigeat, qui in posterum extet fuisse aliquando Xenophonti Athenienſi canem nomine Hormen, velocissimum, sapientissimum atque sacerrimum. Aures vero magnæ mollesque sint canibus, ut præ magnitudine, ac mollitie fractæ videantur: illæ enim præstantissimæ sunt: sed nec id malum, si arrectæ appareant, modo ne breves & duræ sint: sit collum longum, rotundum, & flexibile: adeo ut si canes collo ligatos validiori nisu retrahas, id præ nimia flexibilitate, & mollitie infractum videatur. Pectora lata angustis præstant: scapulas disiunctas habeant, non connexas, sed quammaxime a se invicem dissolutas. Crura longa, recta, bene compacta, Latera valida, dorsum latum, firmum, non carnosum, sed nervis innexum. Ventres demissos: coxas non commissas invicem, ilia vacua, caudas exiles, longas, hirsutas, molles & flexibiles:

Rectius, *Ventres solutos, coxendicem non coarta tam, ilia concava.*

caudam extremam pilis ſpiſſioribus obſitam : internodia longa & bene compacta. Si crura poſteriora anterioribus longiora habeat, melius acclivia percurret, ſin anteriora poſterioribus, rectius declivia : ſi utrimque æqualia fuerint, melius planitiem. Verum cum difficilius ſit in loco acclivi a lepore non ſuperari, eo quod lepus longe melius per acclivia currit, illi mihi canes præſtantiores videntur, quibus poſteriora crura longiora ſunt anterioribus. Pedes autem rotundi & firmi, omnium optimi.

γαρὺς. οὐρὰς λεπτὰς, μακρὰς, δασείας τὴν τρίχα, ὑγρὰς, εὐκαμπεῖς, τὸ ἄκρον τῆς οὐρᾶς δασύτερον. ὑποκώλια μακρὰ, εὐπαγῆ. σκέλη δὲ εἰ μὲν τὰ ὀπίσθια ἔχοι μείζω τῶν ἔμπροσθεν, τὰ ὄρθια ἂν μεταθέοι ἄμεινον. εἰ δὲ τὰ ἔμπροσθεν τῶν ὀπισθίων, τὰ κατάντη εἰ δ' ἴσα εἴη ἄμφω, τὰ πεδία· ἐπεὶ δὲ χαλεπώτερον ἐν ὀρθίῳ μὴ ἡττηθῆναι λαγὼ, ὅτι καὶ ὁ λαγὼς τὰ ὄρθια θεῖ ἄμεινον, ἐκεῖναι δοκοῦσι γενναιότεραι αἱ κύνες, ὅσαι τὰ ὄπισθεν μείζονα ἔχουσι τῶν ἔμπροσθεν· πόδες δὲ οἱ περιφερεῖς καὶ στερροὶ κράτιστοι.

CAPVT VI.

De coloribus : nec referre qualeſcumque habeant.

COlores quoſcumque tandem obtineant, parum refert : etiamſi omnino nigri, aut rufi, vel albi fuerint. Nec ſimplicem colorem, ut feritatis ſignum ſuſpectum habeas : ſed quicumque demum fuerit color, nitidus puruſque eſto. Pilus autem canibus, ſive hirſuti generis fuerint, ſive glabri, tenuis, denſus, & mollis ſit. Omnium vero præſtantiſſimi ſunt maſculi, qui in magno & bene compacto corporis habitu flexibili quadam mollitie feminis ſimiles videntur : feminæ autem, quæ generoſo

ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

Περὶ χρωμάτων, καὶ ὡς ἂν ἔχωσι ταῦτα, ὅτι ἀδιάφορον.

ΤΑ δὲ χρώματα οὐδὲν διοίσει ὁποῖα ἂν ἔχωσιν· οὐδ' εἰ παντελοῦς εἶεν μέλαιναι, ἢ πυῤῥαὶ ἢ λευκαί· καὶ οὐδὲ τὸ ἁπλοῦν χρὴ ὑποπτεύειν τῆς χρόας ὡς θηριώδες· ἀλλὰ τὰ ὄντα ἔστω στιλπνὰ καὶ καθαρά· καὶ ἡ θρὶξ, εἴτε οὖν τοῦ δασέος γένους, εἴτε τοῦ ψιλοῦ τύχοιεν οἱ κύνες, λεπτὴ ἔστω καὶ πυκνὴ, καὶ μαλθακή. κράτιστοι δὲ ἄῤῥενες μὲν, ὅσοι μεγάλοι τε καὶ εὐπαγεῖς ὄντες, ὑπὸ ὑγρότητος θηλείαις ἐοίκασι· θηλεῖαι δὲ, ὅσαι διὰ τὸ γενναῖον, καὶ μυῶδες τοῦ σω-

ani-

ματος εἴρεσι. Τ μὲν δὴ σώματος τοῦτο τις αὖ δοκεῖ μοι ἐπισκοπῶν, ἀπογρώντα τεκμήρια ποιεῖσθαι εἰς γνωμικὴν, καὶ τὰ ἀναλκέα τ ἀναλκῆ.

ΚΕΦΑΛ ζ'.

Περὶ τ γνώμης τ κυνῶν, ὁποῖα τούτης τὰ σημεῖα.

Ου μείονα ἢ καὶ ἡ γνώμη τ κυνῶν ἐς ἑκάτερα τεκμηρίοις παρέξει τῷ ὡς χρὴ ὁρῶντι. αὐλίκα ὅσοι σκυθρωποὶ κυνῶν ὡσοὶ ἄπαντας, ἢ γλυκεῖς. εἰ ἢ ἔστιν αἳ δύροις αὖ ὡσὶ μὲν τοὺς ἀγνῶτας χαλεποὶ, τῷ ἢ αὐθαδέφονοι ὡσοφιλεῖς, τ τοῦτο ἀγαθὸν μᾶλλον, ἢ κακόν. ἤδη ἢ ἔγνων κυνὰ, ὅστις οἴκοι μὲν καταφὴς ἦν, καὶ ἡδέως τ πλησιαζόντων ἔχαιρεν· ἐπὶ θήραν δὲ ἐξαγόμενον ὑπερευφραίνετο, καὶ παντὶ τῷ ὡσπαλοῦντι ὡσομειδιῶσα, καὶ ὡσοσαίνουσα, διεδήλου, ὅτι αὐτὸν οἴκοι μένοντα. καὶ τοῦτο ἀγαθόν. Κρεῖττον δὲ αἱ φιλανθρωπότατοι· τ ὅσοις σὺν ἔστιν ξένον ὄψις ἀνθρώπου ἡδεῖα· ὅσοι δὲ ἀνθρώπους δεδίασι, καὶ ὑπὸ ψόφου σκληροῦ, καὶ θορυβώδεις εἰσὶν, καὶ ἐπὶ πολλὰ καὶ εἰκῇ κινοῦνται, τ τοῦτο ἀλόγιστόν ἐστιν, τ σὺν ἔμφρονα· καθάπερ ἄνθρωποι οἱ δειλοὶ τ ἔμφρονες, οὕτω δὲ τ αἱ κυνῶν αἱ τοιαῦται ὅποτε αὖ εἶεν γλυ-

animo, & toroſo corpore maſculos æquant. Atque hæc quidem corporis ſigna ſi quis obſerver, meo judicio ſatis ſuperque ex iis animi præſtantiam, ex contrariis autem contraria colligere poterit.

CAPVT VII.

De ingenio canum, ejuſque ſignis.

Nec minus ex indole canum in utramque partem poterit conjectare, quiſquis recte eam inſpexerit: nam qui promiſcue in omnes ſæviunt, degeneres ſunt: ſi quos acres, & vehementiores erga ignotos, erga nutricium blandos deprehenderis, id quoque bonum potius, quam malum ſignum. Ipſe tamen canem novi, domi quidem triſtem, nec ulli abblandientem, qui ad venandum eductus maxima geſtiebat alacritate, atque omnes blandiſſime adulando ſe invitum domi deliteſcere teſtabatur. Et hoc quidem bonum eſt, ſed omnium præſtantiſſimi ſunt, quibus plurimum adeſt humanitatis, & queis nullius hominis conſpectus novus atque inſolens accidit. At illi qui homines metuunt, & ſtrepitu terrentur, ac tumultus excitant, & ſæpius nullaque de cauſa commoventur, bruti ſunt, parumque animoſi: nam ut homines timidi degeneri canes nequaquam ſunt ani-

mosi. Mali quoque sunt, qui vinculo soluti in aperto campo vocati non revertuntur ad ductorem, sed resiliunt: & qui blande revocantis vocem contemnunt; minitantem vero præ metu accedere non audent. sed canem libere vagantem etiam ex ipso cursu ad venatorem non vocantem reverti oportet, ut ostendat sibi non deesse animum obtemperandi: & si venator non comprehendat, rursum curriculo abit, rursumque redit. Illi vero bene edocti sunt, qui ad venatoris vocem non metu, sed præ amore, atque honore nutricii sui sese submittunt: instar illorum, qui Magnum regem adorant: nec id bonum est, canem vinculo exsolutum in campo quietum subsistere, nisi senio fuerit confectus: id enim ignaviam ostendit. Ceterum generosis canibus hispidum supercilium est, vultuque terribili apparent: incessus quoque levis & creber, & suspenso vestigio; quin & transversis incedunt lateribus, & cervicem, ut equi luxuriantes altius erigunt.

Κυναγωγὸς non est venator, sed magister canum, vel, nutritor canum. Julius Firmicus Astronomicων v, 8. *Similiter & nutritores canum Molossorum, Vertagorum, & qui sunt ad venationes accommodati.*

CAPVT VIII.

Quomodo ex comestione qualitas canum dignoscenda.

CAnum alii avide vorant, alii modeste comedunt: sed modestia generosiorem

ναῖαι. Κακαὶ δὲ καὶ ὅσαι λυθεῖσαι τοῦ δεσμοῦ ἐν χωρίῳ οὐκ ἐπανίασιν ἐπὶ τὸν ἄγοντα καλούμεναι, ἀλλ' ἀποσκιρτῶσι· καὶ ἣν μὲν πράως μετακαλῇς, καταφρονοῦσιν· ἣν δὲ σὺν ἀπειλῇ, δειμαίνουσαι, οὐ προσίασιν. ἀλλὰ χρὴ ἀποσκιρτήσασαν τὴν κύνα καὶ περιδραμοῦσαν ἐπανιέναι ἐπὶ τὸν κυναγωγὸν, εἰ καὶ μὴ καλοίη αὐτὸς, σημαίνουσαν ὅτι οἵατε ὑπακούειν, εἰ ἤδη ἐθέλει· ἔτι δὲ εἰ μὴ λαμβάνοιτο, πάλιν αὖ ἀποσκιρτάτω, καὶ πάλιν ἐπανιτω. πεπαιδευμέναι δὲ ὅσαι φθεγξαμένου τοῦ κυναγωγοῦ ὑποκατακλίνονται, μὴ ὑπὸ δέους, ἀλλὰ φιλοφρονούμεναι τὸν τροφέα καὶ τιμῶσαι, καθάπερ οἱ προσκυνοῦντες μέγαν βασιλέα· οὐδὲ τὸ ἴσταθαι δὲ ἐν πεδίῳ λυθεῖσαν κύνα ἀγαθὸν, εἰ μὴ πρεσβυτέρα τύχοι· ὄκνον γὰρ σημαίνει· ταῖς δὲ γενναιοτάταις καὶ ἐπισκύνιον πρόσεστιν, καὶ σοβαραὶ φαίνονται· καὶ τὸ βάδισρα κοῦφον, καὶ πυκνὸν, καὶ ἄκρον· καὶ μεταβάλλουσι τὰς πλευρὰς, καὶ τὸν τράχηλον ἀνατείνουσιν, καθάπερ οἱ ἵπποι, ἐπειδὰν λαμπρύνωσιν.

ΚΕΦΑΛ η'.

Περὶ τοῦ, πῶς διαγνωστέον ἀπὸ τοῦ ἐσθίειν τὴν ποιότητα τῶν κυνῶν.

ΕΣθίουσι δὲ αἱ μὲν λάβρως, αἱ δὲ κοσμίως. καὶ τὸ κόσμιον γενναιότερον τοῦ ἀκόσμου· ἀγα-

Immo, ὅσαι μὴ κακόσιτοι, melius interpretaberis, *qui non sunt delicati.* Liber scriptus male, καὶ οὐδὲ ὀσμὴ. Scribe, ἄλφιτον.

ἀγαθαὶ δὲ ὅσαι μὴ κακόσιτοι, ἀλλ' ἄρτῳ ἢ μάζῃ χαίρουσι, κράτιστον γὰρ κυσὶν τοῦτο σιτίον. καὶ οὐ δέος, μὴ ὑπερεμπλησθεῖεν ὑπ' αὐτοῦ. ἄμεινον δὲ εἰ καὶ ξηρᾷ τῇ τροφῇ χαίροιεν. εἰ δὲ καὶ ὕδατι καταβρέχοις, καὶ τούτῳ χαίροιεν. οὐ κακόν· καμούσῃ δὲ ἐμβάλλειν ἢ ὕδωρ ἀπὸ κρέως λιπαροῦ, ἢ βοὸς ἧπαρ ἐν σποδιᾷ θερμῇ φρύξαντα, ἔπειτα τρίψαντα καθάπερ ἀλφίτου ἐπιπάττειν. καὶ ταῖς γε σλυλευομέναις ἀγαθὸν τοῦτο ἐς τὸ πῆξαι τὰ μέλη, ἐπειδὰν ἀποπαύσωνται τοῦ γάλακτος· τὸ γάλα δὲ σλυλακεῦσαι κράτιστον ἐς ἔννατον μῆνα, καὶ πορρωτέρω. καὶ καμούσῃ δὲ καὶ μαλακιζομένῃ ἀγαθὸν, καὶ πόμα καὶ σιτίον. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἡ ἀσιτία καμνούσῃ.

canem arguit, quam aviditas: sunt & illi boni, qui malis, spurcisque cibis abstinent, & pane ac maza gaudent: nam hic cibus omnium maxime canibus conducit: nec metuendum, ne nimium illo sese ingurgitent. Optimum autem signum est, si cibo sicco delectentur; neque id malum, si aqua perfusa gaudeant. Cani ægrotanti jus carnis pinguioris exhibendum, cui jecur bubulum sub cinere calido tostum, tritumque farinæ instar inspergatur. Idem quoque catulis id primis prodest ad corroborandos artus, ubi a lacte depelluntur. sed lac catulis enutriendis omnium optimum est in nonum usque mensem, & amplius; ægrotis quoque & infirmioribus in potu ac cibo exhibitum prodest, & cum cibi fastidio laborant.

Verte, *nam hic cibus canibus fortissimus.*

Rectius, *fessis & ægrotis.*

ΚΕΦΑΛ. θ'.

Περὶ τοῦ, μετὰ τίνων, καὶ πῶς κοιταστέον τὰς κύνας.

Οὐδὲν δὲ οἷον εὐνὴ μαλθακὴ καὶ ἀλεεινή· κρατίστη δὲ ἡ μετ' ἀνθρώπου, ὅτι καὶ φιλάνθρωποι ἀποτελοῦνται, καὶ τῷ χρωτὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ χαίρουσιν, καὶ φιλοῦσιν οὐ μεῖον τὸν συνκαθεύδοντα, ἢ τὸν τρέφοντα· καὶ τῶν λυποιούντων τὴν κύνα τις αἰσθάνοιτο, ὡς διψώσῃ τε ἐν νυκτὶ ἐπικουρῆσαι, καὶ ἐπειγομένῃ ὑπὸ τοῦ τῶν ἀναγκαίων. γνοίη δ' ἂν καὶ ὅπως ἀνεπαύ-

CAPVT IX.

Cum quibus, & quomodo canes cubare debeant.

SEd nihil æque juvat ac cubile molle & calidum. Optimum tamen, si cum homine cubent: quod & humaniores evadant, & hominum consuetudine gaudeant: nec minus ament eum, quo cum cubent; quam qui cibum præbet: sentiet quoque si male habeant, ut sitienti noctu potum præbeat: & si quid necessarium desit, curam gerat: sciet etiam, quomodo re-

requiescant; nam si noctem exegerint insomnem, non tutum est eos venatum educere: nec si frequenter inter dormiendum excitentur; vel si quid ciborum evomuerint, quod facile sciri poterit, si quis cum eis cubet. Pessimum id est, si canes cum canibus cubent: at multo peius, si inter cubandum se invicem contingant: nam ubi homo cum canibus cubat, tollit vitia cutis: sed cum canes simul cubant, quibuscumque tandem cutis vitiis mutuo contactu, & calore sese inficiunt: adeo ut scabie ferme semper referti sint, ubi in eodem loco cubant. Idem quoque ex fœtore provenit; quem gravem, atque acrem senties, si locum aliquem ingrediaris, ubi multi canes simul quiescunt.

σατο. Εἰ γὰρ ἀγρυπνήσειεν, ἐξάγειν ἐπὶ θήραν οὐκ ἀσφαλὲς. οὐδ' εἰ ἐπιστάξειεν θαμινὰ ἐν τῷ ὕπνῳ· οὐδ' εἴ τι ἀπεμέσειε τῶν σιτίων. ταῦτα δὲ γνοίη ἂν ὁ σαυαναπαυόμενος. Κακίστη δὲ κοίτη κυνῶν μετὰ κυνῶν· πολὺ πλέον, εἰ καὶ ἐπιψαύουσαι ἀλλήλων ἀναπαύοιντο. ὡς ἄνθρωπος μὲν συγκαθεύδων κυσὶν ἀφαιροῖτο χρωτὸς τὸ ἀνιαρὸν δὲ κύνες ἐν τῷ αὐτῷ ἀναπαυόμεναι ὅτι περ πονηρὸν τοῦ χρωτὸς τῷ πλησιάζειν τε καὶ ἐκθερμαίνειν ἐπάξουσιν· ὥστε ψώρας ἐμπίπλασθαι τὸ πολὺ, ὁπότε ἐν ταὐτῷ ἀναπαύονται. τούτου δὲ τὸ αἴτιον, καὶ ἡ ὀδμὴ, ἐπειδὰν εἰσέλθῃς, οὗ κύνες πολλαὶ ἀναπαύονται, οὕτως χαλεπή τε ἐστι καὶ δριμεῖα.

CAPVT X.

Frictionem canibus prodesse.

MVltum quoque canibus frictio totius corporis prodest, non minus quam equo: utilis enim est ad confirmandos, & corroborandos artus: tum pilum mollem, cutemque nitidam reddit, atque omnia ejus vitia expurgat. Perfricandum autem dorsum & lumbi manu dextera, sinistra interim ventri supposita: ne pressus desuper canis labantibus genubus aliquid mali patiatur: latera autem,

ΚΕΦΑΛ. ι.

Ὅτι ἡ τρίψις τοῖς κυσὶν ὠφέλιμος, καὶ πῶς δεῖ ταύτας ἀποτρίβειν.

ΜΕγα δὲ ὄφελος κυνὶ καὶ τρίψις τοῦ σώματος παντὸς, οὐ μεῖον ἢ ἵππῳ. τά τε γὰρ μέλη πῆξαι καὶ ῥῶσαι ἀγαθή. καὶ τὴν τρίχα μαλθακὴν ἐργάζεται, καὶ τὴν χρόαν στιλπνὴν, καὶ τοῦ χρωτὸς ἀποκαθαίρει ὅτι περ πονηρόν. τρίβειν δὲ τὰ μὲν νῶτα καὶ τὴν ὀσφὺν τῇ δεξιᾷ, ὑποθέντα τὴν ἀριστερὰν τῇ λαγόνι, ὡς μὴ ἐπιθλιβομένην ἄνωθεν τὴν κύνα ὀκλάζουσαν κακοπαθεῖν. τὰς δὲ πλευ-

πλευρὰς ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ, καὶ τοὺς γλωτοὺς μέχρις ἄκρων ποδῶν, καὶ ὠμοπλάτας ὡσαύτως· ἐπειδ' ἂν ἱκανῶς φαίνωνται χειν, ἐπαίρειν τῆς οὐρᾶς λαβόμενον, καὶ ἀνατείναντα ἀφιέναι. ἡ δὲ διασείσεταί τε ἀφεθεῖσα, καὶ δήλη ἔσται, ὅτι ἠγάπησε τὸ πραχθὲν.

ΚΕΦΑΛ. ιά.

Ὅτι ἄμεινον δεδέσθαι τὰς κύνας, ἢ λελυμένας εἶναι.

Δεδέσθαι δὲ κύνα γενναίαν δι' ἡμέρας, ὥσπερ τι ἄλλο ἀγαθόν· εἰ δὲ μή, ἀναγώγους ἀποτελεῖσθαι ἀνάγκη· καὶ εἴποτε ἄρα δεσμοῦ δεηθεῖεν, ἀσχάλλουσιν, καὶ κλαυθμυρίζονται, καὶ ἀπεσθίουσι τοὺς ἱμάντας· ὥστε σιδήρου δεῖν ἐπ' αὐταῖς, καθάπερ ἐπὶ ἀνθρώποις τοῖς κακούργοις. καὶ ἐσθίειν δὲ ἀνάγκη λελυμένην κύνα πᾶν τὸ ἐμπεσὸν· καὶ τὸ ἀκμαῖον τοῦ δρόμου ἀφαιρεῖται αὐτῶν ὁ δι' ἡμέρας περίπατος ἀλλὰ χρὴ τεταγμένα μὲν περιπατεῖν, τὸ πολὺ δὲ ἀμπαύεσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

Περὶ τοῦ, ἐπὶ πόσον τῆς ἡμέρας προακτέον τὰς κύνας· καὶ πόσας, καὶ ποίας ἐν ταὐτῷ λυτέον.

Προάγειν δὲ τὰς κύνας τοὐλάχιστον τετράκις ἐπὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐς ὁμαλὸν χωρίον καὶ καθαρὸν· ἐν ταῦθα ἀφιέναι τοῦ δεσμοῦ, τοῦ τε ἀναγκαίων ἕνεκα,

& clunes utraque manu ad extremos pedes perducendi: eodem modo & scapulæ: ubi satis superque perfrictus videbitur, apprehensa cauda tollendus, eaque extensa dimittendus: at ille dimissus concutiet corpus, & aperte se ea re non indelectatum ostendet.

CAPVT XI.

Præstare vinctos potius canes esse, quam solutos.

IN primis autem conducit canem generosum interdiu vinctum esse: sin minus, necessum est eos feros indomitosque evadere: & si quando vinculis alligentur: tum ægre ferentes ululant, & numellas corrodunt: adeo ut ferreis vinculis improborum hominum instar coercendi sunt. Tum canem solutum omni cibo promiscue vesci necessum est, & diem totum obambulanti currendi vigor perit: sed moderata quidem ambulatio illis permittenda: ut plurimum tamen quiescant.

CAPVT XII.

Quoties producendi canes singulis diebus, & quot, qualesque simul solvendi.

SIngulis autem diebus quater ut minimum in locum planum, liberumque producendi sunt, & vinculo exsoluti ibidem dimittendi, cum ad

ad necessitatem naturæ, tum ut saltu cursuque se recreent: si pigriores post venationem fuerint, sæpius id faciendum; & bini ac bini simul educendi, ut mutuo certamine, ac lusu simul sese & oblectent & exerceant. Plures una eademque vice ne solvas, sæpius enim in se invicem irruentes plurimum damni inferunt: nec robustum & confirmatæ ætatis canem una cum catulo emittas: gravis enim, nec sine noxa ejus concursus: nam ubi insequitur, facile præcedentem occupat, & dum fugit, nullo negotio insequentem a tergo relinquit: adeo ut catulo necessario excidat animus cum utrobique minus valeat: sed nec infensi sibi invicem simul solvendi, ne malo se vicissim afficiant: nam canes quoque mutuas inimicitias exercent: & nonnulli omnem prorsus amicitiam aversantur, sicuti homines; præsertim masculi cum masculis, & feminæ cum feminis: quod invidia plerumque laborent, neque id susque deque habendum.

Melius, *unà cum gravida.*

καὶ ἐς τὸ ἀποσκιρτᾶν, καὶ διαθεῖν. Εἰ δὲ ἀργοῦσαι ἀπὸ θήρας τύχοιεν, καὶ πλεονάκις τ' αὐτὸ τοῦτο δρᾶν· καὶ δύο ἐπὶ δυοῖν ἐν τῷ αὐτῷ, ὥστε ἁμιλλωμένας καὶ παιζούσας, ὁμοῦ μὲν εὐφραίνεσθαι, ὁμοῦ δὲ γυμνάζεσθαι. πολλὰς δὲ μὴ λύειν ἐν ταὐτῷ· ἐμπίπτουσαι γὰρ ἀλλήλαις, ἔστιν ὅτε μεγάλα κακὰ ἐργάζονται· ἀλλὰ μηδὲ σκληρὰν κύνα καὶ πεπηγυῖαν ἅμα τῇ σκυλακευομένῃ λυέτω· βαρεῖα γὰρ αὕτη καὶ ἀνιαρὰ συμφέρεσθαι· καὶ διώκουσά τε αἱρεῖ, καὶ ἀποφεύγουσα ἀπολείπει εὐμαρῶς· ὥστε ἀθυμεῖν ἀνάγκη τὸ σκυλάκιον ἐν ἑκατέρῳ μεῖον φερόμενον. ἀλλὰ μηδὲ ὅσαι διεχθρεύουσιν ἀλλήλαις, μηδὲ ταύτας λύειν ὁμοῦ, ὡς μὴ λυμαίνοιντο ἀλλήλας· εἰσὶν γὰρ τοι ἐχθραὶ ἀλλήλαις, καὶ ἄλλαι ἄφιλαι, καθάπερ ἄνθρωποι· καὶ μάλιστα δὴ οἵτε ἄρρενες τοῖς ἄρρεσιν, καὶ αἱ θήλειαι ταῖς θηλείαις, τὸ πολὺ ὑπὸ φθόνου· καὶ οὐδὲ τούτων ἀμελῶς χρὴ ἔχειν.

Αφιλαι habet etiam codex noster, sed emendo φίλαι.

CAPVT XIII.

Quoties hieme vel æstate canibus præbendus sit cibus.

Hiberno tempore semel canibus cibus præbeatur, idque paulo ante vesperam: nam & dies contractior est,

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

Περὶ τοῦ, ποσάκις δεῖ ἐν χειμῶνι ἢ θέρει σιτεῖσθαι τὰς κύνας.

ΚΑΙ δὴ χειμῶνος μὲν ὥρᾳ ἅπαξ σιτεῖσθαι τὰς κύνας, ὀλίγον πρὸ τῆς ἑσπέρας· ἥτε γὰρ ἡμέρα βραχεῖα, καὶ χρὴ γεγυμνάσθαι

νάσθαι αὐτὰς, ὥστε εἰ δέοι πόῤῥω τῆς ἡμέρας διαπονεῖσθαι ἐν θήρᾳ, τοῦ λιμοῦ ἀνέχεσθαι. θέρους δὲ ἀγαθὸν καὶ ἄρτου ὀλίγον δοῦναι ἐμφαγεῖν, ὡς μὴ ἀποκναίεσθαι ὑπὸ μήκους. καὶ γὰρ εἰ διψήσειαν, ἀλυπότερον ἂν πίνοιεν ἐμφαγοῦσαι. Εἰ δὲ καὶ στέαρ ταριχευόμενον καθείης τῆς κυνὸς, ἀγαθὸν καὶ τοῦτο· εἰ δὲ μέγα τὸ καῦμα ἐπιφλέγοι, ὠὸν ἐμβαλόντα εἰς τὴν χεῖρα, καὶ ἀνατείνοντα τῆς κυνὸς τὸ στόμα καθιέναι, ὡς ἀθρόον καταπιεῖν, καὶ τοῦτο σιτίον τε ἱκανὸν ἔσται αὐτῇ, καὶ ἀναψύξει τὸ ἆσθμα. καὶ ἀναπαύσει τὸ δίψος.

Scriptus, ὠιόν.

ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

Περὶ τοῦ, ποίῳ καιρῷ ἐξακτέον τὰς κύνας ἐπὶ θήραν.

Ἐξάγειν δὲ ἐπὶ θήραν ἦρος μὲν, καὶ φθινοπώρου θαμινά. ἀσφαλέσταται γὰρ αἱ ὧραι αὗται ταῖς κυσίν. θέρους δὲ ὀλιγάκις, καὶ τὸ πολὺ διαπνίγονται, εἰ πνίγος εἴη· οὐ γὰρ ἀνέχονται καύματος αἱ κύνες, ἀλλὰ πολλαὶ ἤδη διώξασαι ἀνὰ κράτος, ἀπεπνίγησαν ὑπὸ τοῦ ἄσθματος. τούτου δὴ ἕνεκα φέρειν χρὴ ὠὰ τὸν κυνηγέτην, ὥστε εἰ ὑπερασθμαίνοι ἡ κύων, καθιέναι ἀθρόα· οὐ γάρ ἐστιν, ὅ, τι μᾶλλον ἀναψύχει τε αὐταῖς τὸ καῦμα, καὶ τὸ ἆσθμα ἀμπαύει. εἰ δὲ πίοι ἀθρόον ὑπερασθμαίνουσα, καὶ τοῦτο οὐκ ἀσφαλές. τούτων δὴ ἕνεκα

& exercitio assuefaciendi sunt, ut si diem integrum venationi foret incumbendum, famem perferre valeant. Æstate præstat iis nonnihil panis præberi, ne diei longitudine segniores fiant; tum si sitiant, minori cum damno post sumptum cibum bibunt: sed & illud bonum est, si adipem sale conditum cani immittas. Verum ubi intensior æstus fuerit, præstat ovum manu capere, & diducto canis rictui ita immittere, ut una vice deglutiat: quod & in victum illi sufficiet, & halitum refrigerabit, & sitim restinguet.

CAPVT XIV.

Quo tempore canes ad venationem educendi.

AD venationem frequentius producendi sunt vere, & autumno: quæ anni tempestates canibus omnium sunt tutissimæ: rarius autem æstate, quia calore suffocati sæpenumero deficiunt: nam canes nullo modo sunt ferendo calori, sed multi dum intentissimis viribus feram persequuntur, suppressa respiratione suffocantur. Quam ob causam venator ova secum deferat, ut si forte respirandi difficultas cani oboriatur, solida immittat: nihil enim æque nimium æstum in canibus refrigerando extinguit, & respirandi difficultatem sedat. Neque id periculo caret, si dum, respiratio difficilior trahitur, nimis avide bibant. Quapropter

propter cavendum, ne nimio calore educantur. Nec hiberno tempore producendi, ſi frigus vehemens fuerit, multo autem maxime, ſi terra fuerit congelata: nam canes in glacie deficiunt; nonnullis quoque ungues pereunt, & pedum plantæ frigore læduntur. Quod ſi animi vehementioris ſint, nimio curſu ipſa quoque pedum oſſa glacie vulnerantur; ſed lepus & levis eſt, & pedes villoſos molleſque habet, ut ſine ulla noxa per glaciem currat.

CAPVT XV.

Quomodo, & quo tempore Galli venentur.

GAllorum opulentiſſimi quique, & voluptatum ſtudioſi ita venantur; Emittunt primo mane ad loca ſuſpecta, qui explorent, ubi lepus deliteſcat: inde aliquis nuntiat, ſi forte lepus conſpectus fuerit; & quot numero fuerint. Deinde ipſi eo progreſſi excitant feram, & canes in eam immittunt: quos ipſi in equis ſequuntur.

CAPVT XVI.

Ex quo intervallo, & quot canes ſimul in leporem immittendi.

SEd quicumque canes egregios habuerit, neque de proximo eos in leporem immittat, nec plures, quam duos: nam etiamſi velociſſimus ſit,

χρὴ φυλάττεσθαι ἐν καύμασιν ἐξάγειν. Καὶ χειμῶνος δὲ μὴ ἐξάγειν, εἰ τὸ κρύος τύχοι χαλεπὸν. καὶ πολὺ δὲ μᾶλλον, εἰ πεπηγυῖα ἡ γῆ τύχοι· ἀπολιμοῦνται μὲν γὰρ ἐν τῷ κρυστάλλῳ οἱ κύνες. καὶ τοὺς ὄνυχας ἔστιν αἷς ἀποβάλλουσι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτῶν ῥήγνυσθαι· εἰ δὲ αὖ ψυχότεροι εἶεν, καὶ θρασύτεροι αὖ ἐπὶ τῷ κρυστάλλῳ τε ὀξέως τῶν ποδῶν ἀφειδῶς θέοιεν· ὁ δὲ λαγὼς κοῦφός τέ ἐστιν, καὶ δασεῖς ἔχει τοὺς πόδας καὶ μαλθακούς· ὥστε ἀλύπως θεῖν ἐν τῷ πάγῳ.

ΚΕΦΑΛ. ιέ.

Πῶς Κελτοὶ θηρῶσι, καὶ πότε.

ΘΗρῶσι δὲ Κελτοὶ, ὅσοι μὴ πολυτελῶς αὐτῶν καὶ τρυφῶσιν· ἕωθεν ἐκπέμπουσιν ἐς τὰ χωρία τὰ ὑποπτεύοντες καθησθῆσθαι, ὅπου τυγχάνει λαγὼς καὶ ἔστιν ὁ ἀγγέλων, εἰ τύχοι ὀφθείς, καὶ ὁπόσοι αὖ τυγχάνουσιν· ἐπεὶτα ἀφικόμενοι μεθιᾶσι τοὺς κύνας, ἐξεγείραντες τὸ θηρίον· αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἵππων ἕπονται.

ΚΕΦΑΛ. ιϛ'.

Περὶ ἀριθμοῦ ἀφ' ὅτου δεῖ τῷ λαγῷ ἐπιλύειν τοὺς κύνας, καὶ πόσους τοὺς τοιούτους.

ΧΡὴ δ' ὅστις κύνας ἀγαθὰς ἔχει, μήτε ἐγγὺθεν ἐπιλύειν τῷ λαγῷ, μήτε πλείους δυοῖν· καὶ γὰρ εἰ πάνυ ὠκὺς τύχοι, καὶ πολλοὺς πολλάκις κύνας ἀφ-

Διὰ τε φυγὰς, ἀλλ' ὅμως ἐξ εὐνῆς ἀναστάντος, καὶ ξυὺ βοῇ, καὶ κυνῶν ἐπικειμένων ἀνάγκη δειλίᾳ ἀνάγκη, καὶ πάσχειν αὐτὸν τὴν καρδίαν. καὶ οὐ τάχα πολλάκις γενναῖοι λαγωοὶ ἀκλεῶς ἀπώλοντο, μηδὲν μήτε δράσαντες, μήτε ἐπιδεξάμενοι μνήμης ἄξιον. Ἐᾶν δὲ ὑποφυγεῖν δεῖ τὸν εὐνῆς, ἐὰν ἀναθαρρήσωσι· ὁ δὲ εἰ τύχοι δρομικὸς, ἐσήρεν οὖν τὰ οὖτα, καὶ μεγάλα ἀπὸ τῆς εὐνῆς πηδήσας· οἱ δὲ καὶ ἀμφὶ ψαύοντες τὰ μέλη, καθάπερ οἱ σκιρτῶντες, τότε ἀπορθωθέντες τὸν δρόμον· καὶ τότε ἄθλα ἐστὶν τὸ θέαμα ἄξιον τῶν πόνων, ὅταν ἐπὶ ταῖς κυσὶν πονῶν ἀνάσχηται.

& multos ſæpenumero canes effugerit, nihilo minus ubi cum clamore ex cubili excitatur, caneſque de proximo imminent, exterreri eum neceſſe eſt, & cor metu percelli: atque in hujuſmodi tumultu non raro generoſi lepores ſine ullo memorabili facinore inglorii pereunt. Quare permittendum eſt, ut profugiat ex cubili, & animum recolligat. Ibi ille, ſi curſu valeat, ſtatim arrigit aures, & magnis paſſibus ſeſe ex cubili proripit: canes autem magna membrorum volubilitate, quaſi ſaltabundi, recta curſum in eum intendunt: ibi demum ſpectaculum dignum tantis laboribus, qui canibus impendendi ſunt, exhibetur.

ΚΕΦΑΛ. ιζ'.

Περὶ λαγωῶν, καὶ τίς ἡ τούτων ἀρετή.

Κράτιστοι δὲ τῶν λαγωῶν, οἱ ἐν τοῖς εὐδιφανέσιν, καὶ ἀναπεπταμένοις ἔχουσι δυνατὰς ἔχοντες· οὐ γὰρ δήπου ἀπὸ κρύπτης σφᾶς αὐτοὺς ἀποκαλοῦσιν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐπὶ κύνας· εἰ δὲ αὐτοὶ ἕνεκα, ἐπειδὰν διώκωσι, οὐκ ἐπὶ τὰς νάπας φεύγουσιν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἄλση, εἰ καὶ πόρρω τυγχάνοι ὄντα, ὥστε δύσκολος ἀφέλεσθαι αὐτοὺς τὸν κίνδυνον· ἀλλ' ἐς τὰ πεδία βιάζονται, ἐρίζοντες ἅμα τοῖς κυσὶν· καὶ εἰ μὲν βραδύτεροι κύνες ἕπονται αὐτοῖς, ποσσόν, ὅσον διώκονται, θέουσιν· εἰ δὲ ὠ-

CAPVT XVII.

De leporibus, eorumque præſtantia.

Præſtantiſſimi autem lepores ſunt ii, qui in apertis ac patentibus locis cubilia ſua habent: nam præ virium fiducia ſemetipſos non abſcondunt; ſed, ut mihi videtur, provocant canes: atque hi, ubi canes perſequendo inſtant, non ad ſaltus, ſilvaſque confugiunt, etiamſi in proximo ſint, ut nullo negotio ſe periculo ſubducere queant; ſed vi ſumma per camporum planitiem curſum intendunt, contendentes cum canibus, & ſi quidem canes tardiores inſequantur, tantum curunt, quan-

quantum premuntur: sin velociores instent, fugiunt quantum possunt. Vnde sæpenumero ubi in apertos campos excurrunt, cum canem insequentem cursu prævalere vident, adeo ut umbra ejus jam tegantur, frequentibus diverticulis, gyrisque illum eludunt, & cursum iterum ad saltus convertunt, sicubi forte latibulum aliquod agnoscant. Atque ex hoc argumento colligendum est canem lepori prævaluisse: nam veri venatores non eo fine canes educunt, ut feram capiant; sed ut cursu cum ea contendant. Quinimo gaudent, si quod perfugium lepori obtingat, & ubi eum ad rubetum aliquod satis rarum, & tenue confugisse, ibidemque delitescere, & certamen jam detrectare vident, revocant canes, præsertim si egregie concertaverint: adeo quidem, ut ego ipse eques non semel currentes assecutus, & capto superveniens, vivum leporem subtraxerim: & retracto, ligatoque cane effugere illum siverim, & si accederem tardius, quam ut servari jam amplius posset, percussi canibus caput, quod tam egregium, & gnavum adversarium interemissent. Et hac una in re nequaquam cognomini mihi Xenophonti assentior: sed id quidem concedo, quisquis hoc animal videat, dum invenitur, & cursu a persequentibus premitur, eum cujusuis rei caræ posse oblivisci. Vbi autem capitur, id ego

κεῖαι, ὅση δύναμις. πολλάκις δὲ ἤδη ἐς τὰ πεδία ἐκτραπέντες, εἰ αἴσθοιντο ἐφομαρτοῦσαν κύνα ἀγαθὴν, ὡς ἐπισκιάζεσθαι ὑπ' αὐτῆς, θαμινὰ ἐν τοῖς ἐξελιγμοῖς διαῤῥίψαντες αὐτὴν, οἵδε τρέπονται αὖ ἐπὶ τὰς νάπας, ἢ εἴπου κατάδυσιν γιγνώσκοιεν· καὶ τοῦτο τεκμήριον ποιητέον, ὅτι ἐκράτησεν ἡ κύων τοῦ λαγῶ· οὐ γὰρ τοι ἐπὶ τῷ ἁλῶναι τὸ θηρίον ἐξάγουσι τὰς κύνας, ἀλλὰ ἐς ἀγῶνα δρόμου καὶ ἅμιλλαν οἵ γε τῇ ἀληθείᾳ κυνηγετικοί. καὶ ἀγαπῶσιν, εἰ ἐπιτυχοι ὁ λαγὼς τοῦ διασώσοντος· καὶ καταφυγόντα ἐς ἀκάνθας ἔστιν ὅτε ὀλίγας, οἱ δὲ καὶ ἰδόντες ἐπτηχότα καὶ ἀπαγορεύοντα, ἀνακαλοῦσι τὰς κύνας· μάλιστα δὴ εἰ καλῶς διαγωνίσαιντο· ὥστε πολλάκις ἤδη ἔγωγε ἐφ' ἵππου ἐφομαρτῶν τῷ δρόμῳ, καὶ ἁλόντα ἐπελθὼν ζῶντα ἀφειλόμην· καὶ ἀφελόμενος καὶ δήσας τὴν κύνα, ἀφῆκα διαφυγεῖν τὸν λαγών. καὶ εἰ ὕστερος ἀφικόμην, ἢ ὥστε διασῶσαι, ἔπαισα τὴν κεφαλὴν, ὅτι ἀνταγωνιστὴν ἄρα ἀγαθὸν ἀπώλεσαν αἱ κύνες. καὶ τούτου μόνου ἕνεκα οὐ ξύμφημι τῷ ἐμαυτοῦ ὁμωνύμῳ, ἀλλὰ εὑρισκόμενον μὲν ὅστις ἴδοι τὸ θηρίον, καὶ διωκόμενον, καὶ μεταθεόμενον, ξυγχωρῶ διότι ἐπιλάθοιτο ἂν εἴ τοῦ

ἐρῴη·

ἐρῴη· ἁλισκόμενον δὲ ἰδεῖν, οὔτε ἡδὺ τὸ θέαμα ἀποφαίνω, οὔτε ἐκπληκτικόν. ἀλλ' ἀνιαρὸν μᾶλλον, καὶ οὐκ ἂν ἐπί γε τούτῳ ἐπιλαθέσθαι ἄν τινα εἴ τυ ἐρῴη. Ἀλλ' ἐκείνῳ γε τῷ Ξενοφῶντι οὐκ ἐγνωκότι ὠκείας κύνας, συγγνωστὸν, εἰ καὶ ἁλισκόμενος λαγὼς μέγα θέαμα ἐφαίνετο. Ἐφομαρτοῦντα δὲ τῷ δρόμῳ ἐπικλάζειν, εἰ καὶ μὴ παρακελευσαίμην, οἶδα ὅτι πολλὴ ἀνάγκη· ὥστε καὶ ἄναυδόν τινα ῥῆξαι φωνὴν, οὐ μεῖον, ἢ, ὡς λόγος, τὸν Κροίσου υἱέα.

spectaculum, nec visu jucundum, nec admiratione dignum esse affirmo, quin potius ingratum, neque tanti, ut cujuscumque tandem rei caræ oblivionem inducat. Verum Xenophonti, qui veloces canes prorsus ignoraverit, ignoscendum, si ipsam leporis capturam spectaculum egregium esse duxerit: id vero maxime necessarium esse scio, ut is qui cursu insequitur, etiam me non cohortante, clamorem edat, adeo ut vel mutus aliquis non secus in vocem prorumperet, quam Crœsi filium fecisse ferunt.

ΚΕΦΑΛ. ιη'.

Ὅτι τὸ ἀνακαλεῖν ἐν ταῖς θήραις τὰς κύνας, ἀγαθὸν ταύταις.

ΚΑΙ τὴν κύνα δὲ ἀνακαλεῖν ἀγαθόν· χαίρουσι γὰρ τὴν φωνὴν τοῦ δεσπότου γνωρίζουσαι, καὶ παραμυθίαν ἴσχουσιν τῶν πόνων τὸ γινώσκειν, ὅτι θεατὴς αὐταῖς παρέστιν, καὶ ὅτι οὐ λανθάνουσιν ἀγωνιζόμεναι καλῶς· καὶ δὴ τὸ ἐν πρώτῳ μὲν δρόμῳ ὁσάκις φίλον, ἀνακαλεῖν οὐ κωλύω· ἐν δευτέρῳ δὲ ἢ τρίτῳ, ὁπότε εἰκὸς διαπεπονῆσθαι τὴν κύνα, κωλύσαι ἄν μοι δοκῶ θαμινὰ ἀνακαλεῖν αὐτὴν ὀνομαστὶ, μήποτε ἄρα ὑπὸ μένους καὶ προθυμίας χαρίζεσθαι τῷ δεσπότῃ θέλουσα ἐπὶ τὰ παρὰ δύναμιν ἐνταθεῖσα, ῥήξειέν τι τῶν ἐντός· πολλαὶ

Contra scripsit capite XXII.

CAPVT XVIII.

Conducere canibus, ut inter venandum inclamando excitentur.

EXpedit etiam canem subinde nomine inclamare, gaudent enim ubi domini vocem agnoscunt, atque id laboris solatium habent, ubi norunt spectatorem sibi adesse, ac conspici se, dum strenue gnaviterque certamen cernunt: nec improbo quin in primo cursu quotiescumque placuerit, voce incites; sed in secundo aut tertio canem jam labore exhaustum eo minus frequenter suo nomine inclamitandum existimo, ne dum animi ardore, & propensa domino obsequendi voluntate nimium vires intendit, ramices rumpat; quod multis ge-

nerosissimis canibus exitio fuit: sed permittendum, tum ut pro suo libitu laboret: nullum enim certamen æque laboriosum ut leporis, & canis, sed ille quocumque velit, cursum dirigit; hic vero aliena vestigia insequitur: ille cursum varians, & canem fuga eludens præcedit: hic variato cursu decipitur; & tantum rursus prævertat, reprehendatque necessum est, quantum cursu exerrarat. Adhæc locorum difficultates multo magis lepori prosunt, quam cani: tesqua, inquam, aspera, & subereta; tum clivosa & iniqua loca: cum & levior sit, nec pedes ob villorum densitatem locorum aspritie lædantur. Illud vero omnem difficultatum sensum tollit, ubi de vita servanda cursu contenditur.

Malim, *aspera, inquam, & Saxosa.* Vide Harpocrationem & Hesychium.

CAPVT XIX.

Canem certamine bene peracto, manu verbisque blandioribus demulcendum.

SI canis præda potiatur, vel alia ratione cursu prævaluerit, oportet ut ab equo descendens manu eum permulceas, verbisque blandiaris, caput deosculeris, auresque diducas, & proprio nomine appelles: recte ô Cirre, recte ô Bonna, pulcre ô Horme: atque ita suo quemque nomine: nam hominum

γὰρ ἤδη οὕτω γε κύνες, καὶ αἱ γενναιόταται διαφθείρονται· ἀλλὰ τὴν ἱκαῦτα ἀφιέναι διαγωνίζεσθαι, ὅπως ἐθέλουσιν· οὐγάρ τοι οὐδεὶς ὡς ἀγὼν λαγωῷ καὶ κυνί· ἀλλ' ὁ μὲν, ὅποι βούλεται, θεῖ· ἡ δὲ ἄλλῳ ἐφομαρτεῖ· καὶ ὁ μὲν ἐξελίξας τὸν δρόμον καὶ διαῤῥίψας τὴν κύνα ἵεται τοῦ πρόσω· ἡ δὲ εἰ διαῤῥιφθείη, πλάζεται· καὶ ἀνάγκη φθάσαντα αὖ μεταθεῖν, καὶ ἀναλαβεῖν ὅσον ἐξηνέχθη τοῦ δρόμου. καὶ αἱ δυσχωρίαι πρὸς τοῦ λαγὼ μᾶλλόν τί εἰσιν, ἢ τῆς κυνός· οἷά τε τραχέα, καὶ οἱ φελλεῶνες, καὶ τὰ σιμὰ, καὶ τὰ ἀνώμαλα· ὅτι καὶ κοῦφός τέ ἐστιν, καὶ οἱ πόδες αὐτῷ ὑπὸ δασύτητος οὐ ῥήγνυνται ἐν τοῖς τραχέσιν. καὶ τὸ περὶ ψυχῆς δὲ θεῖν ἀφαιρεῖται τὴν αἴσθησιν τῶν δυσκόλων.

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

Ὅτι δεῖ τὴν κύνα καλῶς ἠγωνισμένην καταψῶντα ἐπευφημεῖν.

ΕΧουσαν δὲ τὴν κύνα, ἢ καὶ ἄλλως κρατήσασαν τῷ δρόμῳ καταπηδήσαντα ἀπὸ τοῦ ἵππου καταψᾶν χρὴ ἐπευφημοῦντα, καὶ τὴν κεφαλὴν φιλεῖν, καὶ τὰ ὦτα ἀποτινεῖν, καὶ ὀνομαστὶ ἐπιλέγειν· εὖγε ὦ Κιῤῥὰ, εὖγε ὦ Βόννα, καλῶς γε ὦ Ορμή· καὶ ὅτι περ ἄλλο ἑκάστῃ ὄνομα αὖ τοῦτο ἀνακαλοῦντα· χαίρουσιν γὰρ ἐπαινούμεναι, καθάπερ

θάπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ γενναῖοι. ἡ δὲ, εἰ μὴ τύχοι ἀπηγορευκυῖα, πρόσεισιν ἐπιμειδιῶσα, καὶ φιλοφρονουμένη. ἀγαθὸν δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ καλινδεῖσθαι τὴν κύνα, καθάπερ τοὺς ἵππους ὁρῶμεν· δῆλον γὰρ ὅτι μὴ ἀπηγόρευσεν ὑπὸ τοῦ δρόμου· καὶ ἅμα τὸν κάματον παύει αὐτῶν.

ΚΕΦΑΛ κ'.

Ὅπως εἰς κυνηγέσιον ἐξιέναι χρὴ τοὺς μὴ τὸ θήραμα οὗ ἐστιν ἐγνωκότας.

Ὅσοις δὲ οὐκ εἰσὶν οἱ κατοπτεύσοντες, οἱ μὲν αὐτῶν πλείονας συνθήρους συνάγοντες ἐξίασιν ἐφ' ἵππων, καὶ τὰ ὕποπτα ἐπερχόμενοι, ὅπως ἂν τύχῃ ἐξεγερθεὶς λαγὼς, μεθιᾶσιν τὰς κύνας. ὅσοι δὲ ἔτι μᾶλλον αὐτουργοί εἰσιν κυνηγεσίων, πεζοὶ ἐξίασιν· εἰ δὲ τις αὐτοῖς ἐφ' ἵππου ἐφομαρτεῖ, καὶ οὗτος διώκειν τέτακται ἅμα ταῖς κυσίν. Ἐκπεριίασιν δὲ ἐπὶ μετώπου ταχθέντες· ἔπειτα ἐπ' εὐθείας προελθόντες, ὅσον ξύμμετρον διανύσαι, ἐπιστρέψαντες αὖ ἅμα κάμπτουσιν παρὰ τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν, μηδὲν εἰς δύναμιν παραλείποντες τῶν ὑπόπτων. χρὴ δὲ, εἰ πλείους κύνας ἐπάγοιντο, μὴ εἰκῇ τεταγμένας ἰέναι· εἰ γὰρ τοι ἐξεγερθείη τῆς εὐνῆς λαγὼς, οὐκ ἔστιν ὅστις ἀπόσχοιτο μὴ οὐκ ἐφεῖναι τὴν ἑαυτοῦ κύνα· ὁ μὲν ἐπιθυμίᾳ τοῦ θεοῦσαν ἰδεῖν τὴν

nerosorum instar laudibus delectantur: si labore fatiscens prædam non assequatur, adulando, atque abblandiendo accedit: sed bonum est canem sese humi tum volutare, quod equos facere videmus: ita enim nec cursu eum defecisse apparet, eademque opera fessas vires instaurat.

CAPVT XX.

Quomodo ii venatum prodire debeant, qui nesciunt quo loco præda commoretur.

AT quibus exploratores desunt, ii plures simul congregati in equis prodeunt: atque ubi loca suspecta peragrant, simul atque lepus excitatur, ibi canes immittunt: sed qui magis ipsi per se venationis studio incumbunt, illi pedites exeunt, uno equite comitante, cui simul cum canibus feræ insequendæ negotium datur. Circumeunt autem fronte sibi invicem obversi: dein recta ad justum aliquod spatium progressi rursus per eadem loca, eodemque tramite iter flectunt, nullum suspectum locum, quoad fieri potest, inexcussum relinquentes: quod si plures canes eduxerint, non incedant promiscue; nam ubi lepus ex latebris excitatur, nemo est, qui non suum canem emittere gestiat, dum vel suum quisque currentem vi-

dere cupit: vel clamore perturbatus ſui non ſatis eſt compos: atque ita lepus abſque ullo certamine ſolo canum tumultu capitur; & ſpectaculum, maximum operæ precium perit: ſed unus aliquis venationi princeps præficiendus, qui canes binos ac binos conjungat, imperetque ceteris: Si hac lepus ſe proripiat, tu & ille canes immittite: ceteri ne ſolvant: quod ſi illac, tu & iſte. At illi juſſis obtemperent.

CAPVT XXI.

Quomodo Galli venentur.

CEterum Galli dum venantur, canes ſagaces velocibus permiſcent: & illi quidem perveſtigant: ipſi vero aliquantum remoti canes curſu præſtantes manu ducunt, quo potiſſimum lepus curſum directurus videtur, ut canes ad eum prævertendum immittant, idemque canes iſti præſtant, quod Xenophonti retia: ſed hac ratione curſus admodum ſunt confuſi, & lepus quamvis præſtantiſſimus, ut plurimum canum clangore percellitur; & niſi longo intervallo præverterit, ut recolligat animum, nullo negotio ita ſui parum compos capitur. Quicumque igitur recte canem voluerit exſolvere, non immittat eum lepori perturbato, ſed permittat ut primos gyros explicet, & tunc canes immittat: niſi ſpectaculum corrumpere velit.

αὐτὸ ἔκφρον. ὁ δὲ τις ἐκ πολλῆς ἐρρωμένως πρὸς τὸν βολὸν καὶ ἐκφέρων θορύβῳ· ἀλίσκεται τε αὖθις ἀγώνιος ὁ λαγὼς τοῦ θορύβου τῶν κυνῶν, καὶ τὸ θέαμα ὅπως ὄφελον ἀπόλλυσθαι· ἀλλ' ἀρχὴν χρὴ πιτεθάχθαι τὴν θήρας, καὶ ἔτος συνδυάζετω τὰς κυνὰς, καὶ ταῦτα ἐπιτρεπέτω, ὡς εἰ τούτῳ πηδήσειεν, σὺ καὶ σὺ ἐπιλύειν· ἄλλος δὲ μὴ λυέτω. εἰ δὲ ταύτῃ αὖ, σὺ καὶ σὺ· οἱ δὲ ἐμπεδούντων τὸ ταχθέν.

ΚΕΦΑΛ. κϛ'.

Περὶ δὲ, πῶς θηρῶσιν Κελτοί.

ΘΗρῶσιν δὲ Κελτοὶ καὶ αὐτομιγνύοντες τοῖς ἰχνευταῖς κυσὶν ἕως ὠκείας· καὶ οἱ μὲν μαστεύουσιν, αὐτοὶ δὲ διεσταότες μετὰ χεῖρας ἄγοντες ἕως κύνας τὰς ἀγαθὰς, ἔστε μάλιστα εἰκὸς τὸν λαγὼ ἀποδρᾶναι τὸν δρόμον, ὥστε ἐφιέναι τοὺς κυνᾶς, ὅπως ἂν τοι ἐπεχωρῆ· καὶ εἰσὶν αἱ κύνες αὗται, ὅπερ αἱ ἄρκυς Ξενοφῶντι ἐκεῖναι· ἀλλ' ἄτακτοί γε ὄντως γίγνονται οἱ δρόμοι· καὶ ὁ λαγὼς, εἰ καὶ πάνυ ἀγαθὸς ὢν τύχοι, τὸ πολὺ ὑπὸ τῆς κλαγγῆς τῶν κυνῶν ἐκπλήττεται· καὶ εἰ μὴ πρὸ πολλοῦ τύχοι προθέων, ὡς καταστῆναι αὐτῷ τὸν γνώμην, ἁλίσκεται εὐμαρῶς ἔκφρων θορύβῳ. χρὴ δ' ὅτις ἐπιλύσῃ κύνα ἀγαθὸς, μὴ ἐφιέναι τι θορυβουμένῳ, ἀλλὰ ἐκόντα ἐξελιχθῶντα τοὺς ἕλικας τε πρώτους, ὅτῳ μεθιέναι τὸν κύνα· εἰ μὴ ἄρα φθείραι θέλοι τὸν θέαν. KE-

Forte, ἀτακτοί.

ΚΕΦΑΛ. κβ'.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐπιλύειν κύνας νεογνῶν θηράματι.

Νεογνῶν δὲ ἐπιλύειν μὴ θέμις ἔστω· ἀλλὰ χρὴ πειθομένως τῷ ἐμῷ ὁμωνύμῳ ἀφιέναι τούτους τῇ θεῷ· ὥστε καὶ τὰς ἰχνευούσας, εἰ οἷόν τε, πειρατέον ἀνακαλεῖν· κακαὶ δὲ ἀνακληθῆναι αὗται· καὶ δυσπειθεῖς ὑπὸ λιμοῦ· δειναὶ δὲ καὶ καταφαγεῖν τὸν ἁλόντα παντελῶς, ὥστε μόλις ἂν ξύλῳ παίων ἀπαλλάξειας αὐτάς.

Aliud scripsisse videtur cap. XVIII.

CAPVT XXII.

Canes in tenellæ ætatis prædam non immittendos.

VErum nefas esto canes immittere in tenellam prædam, quæ ex consilio cognominis mihi auctoris in gratiam Dianæ dimittenda: adeoque ipsi canes sagaces, si fieri potest, revocentur: quamvis difficiles sint revocatu ob famem qua impelluntur: quinimo prædam integram tanta aviditate devorant, ut vix fustibus cæsos abstrahas.

ΚΕΦΑΛ. κγ'.

Πῶς θηρατέον ἐλάφους, ἢ ἄλλο τι μέγιστον.

Χρὴ δὲ ἔλαφον, ἤ τι ἄλλο ἐς μέγεθος πρὸς τοσόνδε, τόνδε τὸν τρόπον θηρᾶν, ἐφιέντα τὰς κύνας τὰς γενναίας. μέγα τε γὰρ τὸ θηρίον, καὶ θεῖ ἐπὶ πολὺ, καὶ διαγωνίσασθαι οὐκ ἀσφαλές· καὶ ὁ κίνδυνος οὐ σμικρὸς, κύνα ἀγαθὴν ἐκάφου ἕνεκα διαφθαρῆναι· ἀλλὰ τὰς ἐλάφους ἔνθα τὰ πεδία εὐήλατα, ἐν μὲν Μυσοῖς, καὶ ἐν Γέταις καὶ ἐν Σκυθίᾳ καὶ ἀνὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀφ' ἵππων τῶν Σκυθικῶν, καὶ Ἰλλυριῶν διώκουσιν· αὐτοὶ γὰρ ἐλαύνεσθαι μὲν τὰ πρῶτα οὐκ ἀγαθοί· ἀλλὰ κἂν πάνυ καταφρονήσειας ἰδὼν παραβάλλοντας ἵππῳ Θετταλῷ, ἢ Σικελῷ, ἢ Πελοποννησίῳ· διαπονούμενοι δὲ ἐπίπαν ἀντέχουσιν· καὶ τότε ἂν ἴδοις τὸν μὲν ὠκὺν ἐκεῖνον

CAPVT XXIII.

Quomodo cervos, aliasve majores feras venari oporteat.

AT cervum, similisve magnitudinis feram generosissimis canibus hoc modo immissis venari oportet, nam fera magna est, & diu multumque currit, nec satis tuto certamine petitur: & haud leve periculum est, ne egregius canis cervi causa pereat: sed in campestribus locis apud Mysos & Getas, tum in Scythia & Illyrico, Scythicis atque Illyricis equis cervos insequuntur. Equi enim illi principio quidem haud ita facile ad cursum concitantur: quos licet primo adspectu contemnas, si cum Thessalo, aut Siculo, vel Peloponnesio equo compares: resistunt tamen quibusvis laboribus, atque hic mihi celerem aliquem

& magnum equum, qui maximo impetu primum ferebatur, deficere videbis: tenuem vero & ſtrigoſum principio quidem videas alterum antevertere, mox longe a tergo relinquere, tandem feram ipſam aſſequi: qui uſque adeo laborem ſuſtinet, donec cervus deficiat; ille enim curſum remittens, & ore hiante præ languore ſpiritum trahens, tandem reſtat: ut vel de proximo, ſi velis, ſagitra conficere queas veluti pedibus irretitum; vel vivum etiam, ſi id malis, injecto laqueo abducas.

ἵππον καὶ μέγαν, καὶ σοβαρὸν ἀπαγορεύοντα. τὸν δὲ λεπτὸν καὶ ψωραλέον πρῶτα μὲν καταμείονα, ἔπειτα ἀπολείποντα, ἔπειτα ἀπελαύνοντα τὸ θηρίον· ὁ δὲ ἐς τοσοῦτον ἄρα αὐτέχει, ὥστε ἀπαγορεῦσαι τῷ ἐλαφοι· ἀπαγορεύσασα δὲ καὶ χανοῦσα ὑπὸ ἀπορίας ἵσταται· καὶ ἔξεστιν ἤδη, εἰ μὲν βούλοιο, ἀκοντίσαι ἐγγύθεν, ὡς πεπεδημένῳ· εἰ δὲ ἐθέλοις, καὶ ζώσῃ βρόχον περιβαλόντα ἄγειν.

CAPVT XXIV.

Quomodo Afri equites majores ferat capiant.

CEterum in Africa equorum genus eſt, quos Numidas vocant, quod nomen ipſi quoque homines obtinent. Hi in Libycis equis non cervos modo, vel capreolos: (nam nec magnus labor, nec præſtantes equi habentur, qui hujuſmodi animalia prehendunt) ſed aſinos quoque ſilveſtres capiunt, qui & velocitate pollent ſumma, & currendi laborem diutiſſime ferunt. Cum enim Græci, qui Cyrum Darii filium ſequebantur, adverſus Magnum regem proficiſcerentur, cum quibus & Xenophon militabat, refert idem Xenophon, dum Arabiæ planitiem tranſirent, apparuiſſe greges aſi-

ΚΕΦΑΛ. κδ'.

Ὅπως Λίβυες μετ' ἵππων ἀίσσοσι μεγάλα θηρία.

ΕΝ δὲ Λιβύῃ ἀφ' ἵππων Λιβυκῶν, οἱ δὴ Νομάδες καλεῦνται, εἴ τε αὐτοὶ καὶ οἱ ἱππικοὶ ἀπὸ τούτων τῶν ἵππων, μὴ ὅτι ἐλάφους αἱροῦσιν, ἢ δορκάδας. (ταῦτα μὲν γὰρ οὐδὲ μόλις πολλοῦ ἀγῶνος, οὐδὲ ἀγαθοὶ ἵπποι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτόν τι ἐλόντες) ἀλλὰ καὶ τοὺς ὄνους τοὺς ἀγρίους, οἳ δὴ ὠκύτητι διαφέροντές εἰσιν, & τοῦ ἐπὶ μήκιστον αὐτέχειν θέοντες. Ὁπότε γ' οὖν ἐπὶ Μέγαν βασιλέα ἤλαυνον οἱ ἅμα Κύρῳ τῷ Δαρείου Ἕλληνες, οἷς καὶ Ξενοφῶν συνεστράτευσεν. λέγει Ξενοφῶν, & τὰ πεδία τὰ Ἀραβίων ἐξιόντας, ἀγέλας φανῆναι τῶν ὄνων τῶν ἀγρίων,

καὶ

καὶ ὑπὸ ἑνὸς μὲν ἱππέων μήποτε ἁλῶναι ὄνον ἄγριον· διισταμένους δὲ ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἐλαύνειν· τοὺς δὲ πολλοὺς ἀντίσχοντας τελευτῶντας ἤδη ἀπαγορεύειν ὑπὸ καμάτου· οὕτως ἄρα καὶ Κύρῳ τῷ Μεγάλου μὲν βασιλέως παιδὶ, Μεγάλου δὲ βασιλέως ἀδελφῷ, οὐκ ἀγαθοὶ διώκειν ἵπποι ἦσαν. Λιβύων δὲ παῖδες ὀκταετεῖς εἰσιν οἱ αὐτῶν, οἱ δὲ οὐ πολλῷ πρεσβύτεροι ἐπὶ γυμνῶν τῶν ἵππων ἐλάυνουσιν ῥάβδῳ χρώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὅσα Ἕλληνες χαλινῷ, καὶ ἐς τοσοῦτον ἄρα ἐφομαρτοῦσιν τοῖς ὄνοις τοῖς ἀγρίοις, ὥστε τελευτῶντες βρόχον περιβάλλοντες τῷ θηρίῳ ἄγουσιν αὐτὸν, ὁ δὲ ἕπεται ἡττημένος. Οὕτω τοι θηρῶσιν, ὅσοις κύνες τε ἀγαθαὶ καὶ ἵπποι, οὐ πάγαις, οὐδὲ ἄρκυσιν, οὐδὲ βρόχοις, οὐδὲ ἁπλῶς δόλοις καὶ σοφίσμασιν ἐξαπατῶντες τὰ θηρία, ἀλλὰ ἐκ τοῦ εὐθέος διαγωνιζόμενοι. καὶ ἔστιν τὰ θεάματα, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐδέν τι ἐκείνοις παραπλησία· ἀλλὰ τὰ μὲν λῃστείᾳ, ἢ κλοπῇ ἔοικεν· τὰ δὲ πολέμῳ τῷ ἀνὰ κράτος διαπολεμουμένῳ. καὶ οἱ μὲν ὡς πειραταὶ λάθρα ἐπιπλέοντες προσφέρονται πρὸς τὰ θηρία· οἱ δὲ καθάπερ Ἀθηναῖοι Μήδων ἐκράτησαν ναυμαχίᾳ περὶ Ἀρτεμίσιον, ἢ περὶ Σαλαμῖνα, καὶ Ψυττάλιαν, ἢ αὖθις περὶ Κύπρον· οὕτω δὲ καὶ οὗτοι τῶν θηρίων ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς κρατοῦσιν.

norum silvestrium, neque ullum ex iis ab uno equite solo capi potuisse; verum dispositos ex intervallo equites eos excepisse invicem. Asinos autem cum diu restitissent, tandem nimio cursu defatigatos succubuisse: adeo scilicet nec ipse Cyrus Magni regis filius, & Magni regis frater equos habuit, qui eos insequi valerent: sed Afrorum pueri quandoque octennes, quandoque paulo majores natu equis non stratis, quos virga non secus, ut Græci freno, regunt, asinos illos silvestres venantur, atque adeo fuga premunt, ut tandem injecto laqueo feram abducant: quæ victa ductorem sequitur. Atque ita quidem ii venantur, quibus canes & equi boni sunt, ut nec reti, nec plagis, nec laqueis, neque ullis aliis dolis fraudibusque feras decipiant; sed directo certamine adversus eas contendant. Neque ista spectacula mea quidem sententia cum hisce ullo modo comparari possunt: nam illa latrocinio, vel furto; hæc bello virium robore depugnato similia videntur: atque illi quidem ut piratæ clanculum adnavigantes, feras adoriuntur: hi vero quemadmodum Atheni nses Medos pugna navali ad Artemisium, vel Salamina, & Psyttaliam, ac deinde rursus ad Cyprum superarunt; sic & ipsi feras aperto Marte vincunt.

CAPVT XXV.

Qua ætate canes feminæ venatum educendæ.

IUsta canis ætas ad cursum ea est, ut femina quidem post undecimum mensem ad venandum producatur, vel etiam ante a decimo mense, si corpore sit compacto, nec membris nimium teneris, lepus in loco aperto manu dimittatur, & ipsa de proximo immittatur lepori, ut & visum ipsum pascat, & leporem vicinum conspiciens, spe bona laborem perferat: sed mox alius præstantior canis immittendus erit, ne catulus nimio affligatur labore, vel fessus deficiat: sed alter ille leporem crebro & facili cursu antevertens catulo obviam aget: quem cum ceperit, permittendum est, ut dentibus discerptum interimat. Verum cum educendi tempus aderit, primum per vias asperas decurrat: conducit enim hoc exercitium, ut canibus pedes firmi, solidique fiant. Deinde is qui canem ducit, in aperto atque eminentiore loco consistat, nec immittat lepori longiori intervallo jam elapso, quem ipsa canis non viderit: hoc enim Xenophon ille senior monet de canibus, qui ad pervestigandum exercentur: sed si canem velocem lepori non viso immittas, vagus oberrat, exsilit, atque

ΚΕΦΑΛ κέ.

Περὶ τοῦ, ἀφ' οἵας ἡλικίας δεῖ ἐξάγειν εἰς θήραν τὰς θηλείας κυνάς.

Κυνὸς ἡλικία ἐς τὸ θεῖν, θήλειαν μὲν μετὰ μῆνα ἐν δέκατον ἐξάγειν ἐπὶ θήραν· πρόσθεν δὲ ἔτι ἀπὸ δεκάτου μηνὸς, εἰ εὐπαγὴς τύχοι καὶ μὴ ὑγρομελὴς, λαγῷ ἀπὸ χειρὸς ἀφιέναι ἐν χωρίῳ περιφανεῖ, καὶ τὴν μὲν ἐγγύθεν ἐφιέναι τῷ λαγῷ, ὥστε τήν τε ὄψιν αὐτὴν ἐμπίπλασθαι, καὶ ἐγγὺς ὁρῶσαν μετ' ἐλπίδος ἀγαθῆς πονεῖν· κυνὰ δὲ ἄλλην γενναίαν ἐφιέναι ὕστερον, ὡς μὴ ἐπὶ πολὺ κακοπαθῆσαι τὴν σκύλακα, μηδὲ ἀπαγορεῦσαι ὑπὸ καμάτου· ἡ δὲ θαμινὰ καὶ εὐμαρῶς ἐξελίσσουσα τὸν λαγὼ παραδώσει τῇ σκύλακι· ἑλοῦσαν δὲ ἐᾶν σπαράξαι τοῖς ὀδοῦσιν, ἔς τε κατακανεῖν. Επειδ' αὖ δὲ ἐξάγεσθαι ἤδη ὥραν ἔχῃ, πρῶτα μὲν τὰς ὁδοὺς βαδίζειν, ὅσαι τραχεῖαι αὐτῶν· ἀγαθὸν γὰρ τὸ μελέτημα ἐς τὸ πῆξαι τοὺς πόδας ταῖς κυσίν· ἔπειτα ἵστασθαι τὸν ἔχοντα αὐτὰς ἐν χωρίῳ περιφανεῖ καὶ ὑπερδεξίῳ, καὶ φθάσαντι μὲν τῷ λαγῷ καὶ προλαβόντι οὐχ ὁρῶσαν μὴ ἐφιέναι· τοῦτο γὰρ τοι περὶ τῶν εἰς ἰχνείαν ἀσκουμένων κυνῶν παραινεῖ ὁ Ξενοφῶν ἐκεῖνος. κυνὰ δὲ ὠκεῖαν εἰ μὴ ὁρῶσαν ἐπιλύσειας, πλάζεται, καὶ σκιρτᾷ, καὶ ἔκφρων

Scribe, κατακαίνειν. Videsis cap 1.1.

φρων γίγνεται, καὶ ἀνασοβεῖται· καὶ τοίνυν εἴποτε διαφύγοι αὐτὴν τελεωθεῖσαν ἤδη ὁ λαγὼς, οὐκ ἀτρέμα ἔχει ἑαυτὴν, οὐδὲ ἐπὶ τὸν κυναγωγὸν ἐπάνεισιν, οὐδὲ ἀνακαλοῦντος ὑπακούει, ἀλλ' ὑπὸ μελέτης τοῦ θεῖν ἐπὶ μηδενὶ εἰκῇ πλάζεται, καὶ μαινομένῃ ἔοικεν· ἀλλὰ ἵστασθαι μὲν τὸν ἔχοντα τὴν σκύλακα ἐν χωρίῳ, ὁποῖον ἤδη μοι λέλεκται, κρυπτόμενον οὗ μάλιστα τεκμήραιτο ἄν τις, ὅτι πονούμενος ὁ λαγὼς ὑποκάμψας ἥξει· ἰδόντα δὲ διαπεπονημένον ἐγγύθεν ἐφιέναι, μὴ κατὰ στόμα, μηδὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου· ἡ μὲν γὰρ κύων ἐξορμήσασα εὐθὺ ἐξεκχθήσεται· ὁ δὲ λαγὼς ἐξελίξας εὐμαρῶς παραμείψει· τὴν δὲ πολὺ ἀπολειφθῆναι αὐάγκη, καὶ χαλεπῶς ὑποκάμψαι· καθάπερ αἱ τριήρεις εὐθυπλοοῦσαι οὐκ εὐμαρῶς ἐπικάμπτουσιν, εἰ μὴ ἀνεθείη τὸ πολὺ τῆς εἰρεσίας αὐταῖς, πρὶν ἐπιστρέφεσθαι. ἀλλὰ ἐάσαντα παραμεῖψαι τὸν λαγὼν, ἐκ τοῦ πλαγίου χρὴ ἐφεῖναι· ἁλόντος δὲ ἐφομαρτείτω τις σπουδῇ, πρὶν ἐμφορηθῆναι τοῦ αἵματος τὰς κύνας· οὐκ ἐπειδὰν τὰ κρέα ἄρα περὶ πολλοῦ ποιητέον ἀνδρὶ ἐς κάλλος κυνηγετοῦντι· ἀλλ' ὅτι πονηρὸν μάθημα κυνὶ γενναίᾳ λαγωοῦ ἐσθίειν. καὶ ἤδη πολλαὶ κύνες οὕτω διεφθάρησαν, ἐπὶ μακρῷ δρόμῳ ἀσθμαίνουσαι ἐνεπλήσθησαν, ἔπειτα πνιγεῖσαι ἀπώλοντο.

amens sursum deorsum jactatur. Et si quando lepus canem ætatis jam integræ effugiat, nunquam ille quiescit, nec ad venatorem redit, neque audit revocantem, sed currendi studio nulla de re furenti similis temere vagatur. Verum is qui catulum ducit, in loco, qualem jam diximus, consistat; eumque absconsum teneat, quo potissimum lepus defessus converso cursu perventurus videbitur: quem ut oppido fessum viderit, immittat canem de proximo, non fronte adversa, neque ex opposito; nam canis directo impetu nimium proruet: & lepus cursum detorquens facile præteribit: ibi necessum est eum longius a tergo relinqui, & difficulter cursum flectere: quemadmodum triremes recto cursu provectæ haud facile eum convertunt, nisi diu ante quam circumflectant, remigum operæ intermittantur: sed ubi leporem præterire siverit, canis ex transverso immittendus, quem capta præda celeriter aliquis insequatur, ante quam canes sese sanguine ingurgitent; non quod cuiquam honesti oblectamenti causa venanti caro illa magni facienda: sed quod egregio cani assuetudo sit pessima, ubi leporem devorare didicerit: tum quod multis canibus id exitio fuerit, qui cum longo cursu anheli sese implevissent, mox suffocati interierierunt.

Rectius, *magistrum canum*, vel, *nutritorem canum*. Vide cap. VII.

CAPVT XXVI.

Canes masculi qua ætate ad venandum educendi.

CAnis autem masculus non ante expletum biennium ad venationem producatur: masculus enim membra multo tardius solidescunt: nam multi ætate nondum completa laboribus attriti ante tempus perierunt; maxime autem generosissimi quique: hi enim præ animi ardore, quantum possunt, cursum intendunt. Tum & cetera quæ in feminis jam facienda diximus, hic eodem modo observanda. Coitu quoque intra eam ætatem prohibendi sunt: cum nec semen in iis maturum sit, sed tenue ut plurimum & evanidum, quale puerorum esse solet. Ipsi vero prorsus corrumpuntur, ut vitium illud nullo deinceps pacto emendari queat. Verum exacto triennio justa admittendi ætas aderit.

ΚΕΦΑΛ. κϛ'.

Περὶ ἀῤῥένων κυνῶν, ἐφ' οἵας ἡλικίας χρεὼν αὐτοὺς ἐπὶ θήραν ἐξάγειν.

Ἄῤῥενα δὲ μὴ πρόσθεν, ἢ διετῆ γενόμενον, ἐξάγειν ἐπὶ θήραν· πολὺ γὰρ τοι ὕστερον τοῖς ἄῤῥεσι πήγνυται τὰ μέλη· καὶ ὁ κίνδυνος οὐ σμικρὸς, ἀλλὰ πολλοὶ ἤδη πρὶν τελειωθῆναι ἀγωνισάμενοι πρὸ ὥρας ἀπώλοντο, καὶ μάλιστα δὲ ὅσοι γενναιότατοι· ὑπὸ γὰρ μένους, τοσοῦτον ὅσον δύνανται, θέουσιν. Τὰ δὲ ἄλλα ὡσαύτως παραφυλάττειν, ὅσα ἐπὶ ταῖς θηλείαις ἤδη μοι λέλεκται, ὅπως πρακτέον. Φυλάττειν δὲ καὶ ἀπὸ ὀχείας ἐντὸς τῆς δὲ τῆς ἡλικίας· οὔτε γὰρ ἡ γονή πω αὐτοῖς πέπηγεν, ἀλλὰ ἔστιν ἐξίτηλος τὸ πολὺ, καὶ ἀμαυρὰ, καθάπερ ἡ τῶν παίδων· αὐτοὶ δὲ διαφθείρονται πάμπαν, ὡς μηδὲν ἔτι πράττοντα ὕστερον ὀρθῶσαι τὴν ἁμαρτίαν. ἀλλ' ἀπὸ τρίτου μὲν ἔτους ἐφιέσθαι ἐν ὥρᾳ ἂν εἴη τῇ ξυμμέτρῳ.

CAPVT XXVII.

De admißione canum.

Malim simpliciter, q. c. sanguine exp. fuerit.

ADmittantur autem hoc modo: Observandum quando canis menstruo fluore expurgata fuerit, nam semen ante hoc tempus conceptum vix unquam retinent: sanguinis enim eluvio, sicut in mulieribus, expellitur: atque

ΚΕΦΑΛ. κζ'.

Πῶς ἐπὶ ὀχείαν ἀκτέον τὰς κύνας.

Ἐφιέσθωσαν δὲ ὧδε· φυλάξαι χρὴ τὴν κύνα, ἐπειδὰν ἀποκαθαρῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος· πρόσθεν δὲ εἰ παραλάβοιεν τὴν γονὴν, τὸ πολὺ οὐ κρατοῦσιν· ἀλλὰ ἐκκλύζεται ὑπὸ τοῦ αἵματος, καθάπερ ταῖς γυναιξίν· προσεχεῖν δὲ τὸν

νοῦν

νοῦν ἐνταῦθα· βραχὺς γὰρ χρόνος διαγίγνεται, ἐν ᾧ οὐκ ἔτι μὲν φέρει αὐτῇ τὸ αἷμα, ἔτι δὲ φυλάττειν τὴν ἐπιθυμίαν· ἀγαθὴ δὲ τῇ θηλείᾳ ἡλικία ἡ ἀπὸ διετοῦς ἐς ἕβδομον ἔτος.

hic animum advertere oportet, quod cum sanguis fluere desierit, exiguum adhuc temporis spatium coitus desiderium servent: feminis autem ætas integra est a biennio usque in annum septimum.

ΚΕΦΑΛ. κη'.

Ὅτι εἴ τις ὁρῴη τὴν μίξιν τῶν κυνῶν, οὐκ ἐπιτελεῖται γόνιμος.

Κράτιστον δὲ καθεῖρξαι ἐν ταὐτῷ τὸν ἄῤῥενα ἅμα τῇ θηλείᾳ· αὐτὸν δὲ ἀφανῆ εἶναι ἅμα ταῖς κυσίν· αἱ γὰρ ἐν τῷ ἐμφανεῖ ὁμιλίαι οὐ γόνιμοι, εἰ χρὴ πείθεσθαι ἀνδράσιν κυνηγετικοῖς. ὅσα δὲ τοιαῦτα λάθρα ὑπὸ κυνῶν ἐσπουδάσθη, ἐπιτυχῆ γίνεσθαι λόγος· μετὰ ταῦτα δὲ ἐξάγειν μὲν ἐπὶ θήραν· ὁ γὰρ περίπατος ἀγαθὸν ἐς ῥώμην ταῖς κυσί· ἐφεῖναι δὲ αὐτὰς λαγῷ μηκέτι κίνδυνος γὰρ διαφθεῖραι ὑπερκαμοῦσαν, ἢ ὑπερταθεῖσαν· καὶ τὸν ἄῤῥενα δὲ μὴ ἐφιέναι ἐπὶ λαγὼν ὡσαύτως, πρὶν ἀπὸ τοῦ καμάτου ἀμπαύσασθαι καὶ ῥωσθῆναι, ἑξήκοντα ἡμερῶν οὐ μεῖον· ἔπειτα ἐφιέναι ἐς ἀγῶνα οὐδὲν κωλύσει.

CAPVT XXVIII.

Coitum canum infecundum esse, si a quoquam spectetur.

Omnium autem optimum est, masculum cum femina solum includi, nec conspici a quoquam, dum cum feminis rem habet: nam coitus qui in propatulo fiunt, infecundi sunt, si peritis venatoribus credendum. Contra, quæ secreto a canibus patrantur, ea feliciter evenire ajunt. Postea producendæ quidem ad venationem: decursio enim vires canibus auget, sed in leporem non amplius immittendæ: periculum enim est, ne nimis intenso labore corrumpantur. Pari ratione nec masculus lepori immittatur, donec labore exhaustus interquieverit, & ut minimum sexaginta dierum spatio vires recuperarit. Deinde nihil vetat, quo minus ad certamen admittatur.

ΚΕΦΑΛ. κθ'.

Περὶ καιροῦ πρὸς σκυλακείαν ἐπιτηδείου.

Κρατίστη δὲ ὥρα ἐς σκυλακείαν ἡ τοῦ ἦρος· εὐκράτως γὰρ αὕτη μάλιστα ἔχει

CAPUT XIX.

De tempore catulis educandis commodo.

Anni tempestatum educandis catulis aptissima est verna, optimo inter frigus calo-

caloremque temperamento: quemadmodum frigus catulorum nutritioni incommodum, cum propter alia, tum ob inopiam lactis. Æstus vero matribus in nutriendo molestus. Autumnus autem ideo deterior est vere, quod hiems catulis adhuc infirmis supervenit.

CAPVT XXX.

Quomodo canes post partum fovendæ, ut pristinam velocitatem recuperent.

SI autem canem post partum pristinam velocitatem recuperare cupias, ne suos ipsam catulos enutrire permittas, nisi quatenus lactis onere levetur: sed matri subtractos, aliis, & quidem maxime generosis, canibus alendos subjicias: nam lac canum degenerum generosis inimicum est. Si vero canis ipsa in posterum ad cursum minus apta videbitur, præstat eos matri relinqui, nec alteri subrumari. Nam quod & Xenophon ille affirmat, aliena educatio parum auget vires; sed matrum & lac, & spiritus plurimum juvat.

CAPVT XXXI.

Quid Xenophon de canum educatione præcipiat.

ATqui cum catuli jam ipsi oberrare incipiunt, recte eos lacte nutriendos præcipit.

κρύους τε καὶ θάλπους· ὡς τὸ μὲν κρύος τοῖς σκυλακίοις οὐκ ἀγαθὸν ἐς ἀνατροφὴν, ἄλλως τε, καὶ ἀπορίᾳ γάλακτος· τὸ δὲ καῦμα ταῖς μητράσιν χαλεπὸν ἐν τῇ ἀνατροφῇ. τὸ φθινόπωρον δὲ ταύτῃ χεῖρον τοῦ ἦρος, ὅτι χειμὼν ἐπιλαμβάνει τὰ σκυλάκια πρὶν παγῆναι.

ΚΕΦΑΛ. λ'.

Πῶς μετὰ τὸ τεκεῖν ἐπαναληπτέον εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς τὸν δρόμον τῶν κυνῶν.

ΤΕκοῦσαν δὲ εἰ μὲν ἔτι θέλοις ἐπαναλαβεῖν τὴν πρόσθεν ὠκύτητα, μὴ ἐᾷν ἐκτρέφειν αὐτὴν, ὅτι μὴ ἐς ὅσον ἀποκουφίσαι τὸ πολὺ τοῦ γάλακτος· εἶτα δὲ ἀφελόντα ἄλλαις παραδιδόναι κύσιν ἐπιλεγόμενον γενναίαις· τὸ γὰρ τῶν ἀγεννῶν γάλα οὐ ζύμφυλον ταῖς γενναίαις. Εἰ δὲ μηκέτι ἐς δρόμον ἐπιτηδείως ἔχουσα φαίνοιτο ἡ κύων, κράτιστον ἐᾶν ὑπὸ τῇ τεκούσῃ, καὶ μὴ ὑποβάλλειν ὑφ' ἑτέραν κύνα· αἱ γὰρ θεραπεῖαι αἱ ἀλλότριαι, ἥπερ καὶ Ξενοφῶν ἐκεῖνος ἀποφαίνει, οὐκ εἰσὶν αὔξιμοι· τὸ δὲ τῶν μητρῶν, καὶ τὸ γάλα ἀγαθὸν, καὶ τὸ πνεῦμα.

ΚΕΦΑΛ. λα'.

Περὶ ὧν Ξενοφῶν ὑπὲρ ἀνατροφῆς κυνῶν διατάττει.

ΚΑΙ ὁπότ' ἂν δὲ ἤδη πλανᾶται τὰ σκυλάκια, ὀρθῶς ξυμβουλεύει, ὅτι χρὴ γάλακτι

λακτι ἀνατρέφειν αὐτά. καὶ ὅτι αἱ βαρεῖαι πλησμοναὶ τάτε σκέλη αὐτοῖς διαστρέφουσιν, καὶ τοῖς σώμασιν νόσους ἐμβάλλουσιν· καὶ τὰ ὀνόματα δὲ ὅτι βραχέα καὶ εὐανάκλητα θετέον ταῖς κυσὶν, καὶ τοῦτο χρὴ πείθεσθαι αὐτῷ· καὶ ὅσα ἀναγέγραφεν ὀνόματα, τὰ μὲν εὗρων, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ποιήσας δεξιῶς ἀναγέγραφεν. Εἰ δὲ μήπω ἐθέλοις σκυλακεῦσαι, φυλάττειν, ὡς ἀνυτέον ἐπιμελέστατα, τὰς κύνας, ἐπειδὰν τῇ ἀνάγκῃ ταύτῃ χωνται. ἀποπαυσαμέναις δὲ οἱ μαστοὶ σφριγῶσιν, καὶ ὑποπίμπλανται γάλακτος, καὶ τείνεται τὰ ὑπὸ τῇ γαστρί· καὶ ἔστιν τηνικαῦτα οὐκ ἀσφαλὲς ἐπιλύειν κυνὰ ἐπὶ λαγὼν· ῥήγνυνται γὰρ αὐταῖς αἱ λαγόνες· ὥστε οὐδὲ ἐς τὸ σκιρτῆσαι χρὴ λύειν αὐτὰς ἅμα ἑτέρᾳ κυνὶ ἀμιλλώμεναι γὰρ, ἔστιν ὅτε καὶ ὑπὲρ δύναμιν ξυνταθεῖσαι, ἐς ἴσον κινδυνον καθίστανται. ἀλλὰ κράτιστον περιμεῖναι ἔς τε χαλάσαι αὐταῖς τοὺς μαστοὺς· τεκμήριον δὲ, ὅτι ἤδη ἀσφαλὲς, ἐπειδὰν αἱ τρίχες ἀπορρέωσιν ἀθρόαι ἐπαφωμένῳ· τότε γὰρ λύονται, ἐμοὶ δοκεῖ, ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς πρόσθεν.

Noster codex, ἐπιλύσειν. Forte fuit, ἐπιλύσαι.

Scriptus male, ἔστε. Aut servandum, ἔς τε, vel scribe ἐς τέ τὸ χ.

Illud quoque bene monet, nimia ventris repletione crura eorum distorqueri, & corpora infestari morbis. Tum quod nomina brevia & prolatu facilia canibus imponenda esse ait: ea quoque in re ipsi fides habenda, uti etiam ubi nomina partim ab aliis inventa, partim suopte ingenio apte effecta recenset. Sin ipsas canes catulos suos nutrire nolueris, observandum quam fieri possit diligentissime, si quando ea necessitate utgeantur: nam cum nutricatione prohibentur, turgent eis mammæ, & lacte implentur, partesque sub ventre distenduntur: nec tutum est eas tunc in leporem immitti: rumpuntur enim iis ilia, adeo ut nec ad ludendum cum alio cane exsolvi debeant, quia nonnunquam mutua contentione præter vires annixæ in æquale incidunt periculum: sed expectandum potius donec mammæ deturgescant: argumentum autem hoc erit jam sine periculo eas produci posse, cum pili ad contactum confertim defluunt: tunc enim meo quidem judicio priori illa necessitate exsolvuntur.

ΚΕΦΑΛ. λϛ'.

Διαφοραὶ ἄρρενος καὶ θηλείας κυνός.

ΚΑΙ παρίστανται ἤδη ἐς δρόμον, κύων θήλεια μὲν ὠκυτέρα ἄρρενος. ἄρρην δὲ

CAPVT XXXII.

Differentiæ canis masculi, & feminæ.

ET si quidem cursu inter se committantur, canis femina multo velocior est mas-

maſculo: ſed maſculus longe rectius labori ſufficit, quam femina; eoque majori in precio habendus; quod quovis anni tempore currit. Præterea cum multæ feminæ bonæ ſint, maſculum vero generoſum reperire difficile ſit, hoc quoque nomine præſtat. Adhæc boni conſulendum, ſi feminæ in quintum annum velocitatem conſervent; quam maſculi etiam ad decimum uſque integram retinent: adeo ut mea ſententia canis ſit longe precioſiſſima.

ἡλείας ἀφροδισίας ἀμείνων· καὶ ὅτι δὲ ἔτους θεῖ, πολλῷ τινι εὐωνότερον τὸ κτῆμα· καὶ ὅτι ἡλείαν μὲν πολλαὶ ἀγαθαὶ, ἄρρενα δὲ ἧττον ἐπιτυχεῖν ἔστιν ἀνδρὸς, καὶ τοῦτο εὐωνότερον. καὶ ὅτι αἱ ἡλείαι μὲν ἀγαπητὸν, εἰ καὶ ἐς πέμπτον ἔτος ἀφυλάξειαν τὸ ἀκύ· ἄρρενες δὲ καὶ ἐς δέκατον ἀφυλάκτως. ὥστε μέγα μοι δοκεῖ τὸ κτῆμα, ἄρρεν κύων τῇ ἀληθείᾳ γενναῖος.

maſculus vere generoſus res

CAPVT XXXIII.

Venatores Dianæ ſacra facere debere.

NEque is ſine propitio divûm numine venatori obtingit: ſed pro adepto munere Dianæ venatrici ſacra debentur: cui etiam poſt venationem ex voto peractam ſacrificandum, & primitiæ prædarum offerendæ: tum vero canes, & venatores eidem divæ patrio ſacrorum ritu luſtrentur.

ΚΕΦΑΛ. λγ'.

Οὐ δεῖ τὰς κυνηγεσίας θύειν τῇ Ἀρτέμιδι.

ΚΑΙ σὺν αὐτῷ θεῷ ἔστι δύμμειάς τω ἀφικνεῖσθαι ἀνδρὶ κυνηγετικῷ· ἀλλὰ χρὴ θύειν Ἀρτέμιδι ἀγροτέρᾳ ἐπὶ τῷ δεδιττῷ κλήματι· θύειν δὲ χρὴ καὶ ἐπὶ θήραν δυσπάλαιστον, καὶ αὐαλιθέναν ἀπαρχὰς τῶν ἁλισκομένων· τῇ θεῷ γε ἀποκαθαίρειν τοὺς κυνὰς, καὶ τοὺς κυνηγέτας καὶ τὰ πάτρια, ὡς νόμος.

CAPVT XXXIV.

De Gallorum inſtituto, & ære in honorem Dianæ collato.

QVibuſdam Gallis mos eſt quotannis Dianæ ſacra facere, alii ſtipem collatitiam deæ offerunt; & pro lepore quidem duos obolos

ΚΕΦΑΛ. λδ'.

Περὶ τῶν Κελτῶν νόμου, καὶ ὃν ὑπ' αὐτῶν γινόμενον ἐφάνη τῇ Ἀρτέμιδι.

ΚΕΛΤΩΝ ἔστιν οἷς νόμος καὶ συναυσία θύειν τῇ Ἀρτέμιδι· οἱ δὲ καὶ θησαυρὸν ἀποδεικνύασιν τῇ θεῷ· καὶ ἐπὶ μὲν λαγωῷ αὐλόγῳ δύο ὀβολοὺς ἐμ-

βάλ-

βάλλουσιν ἐς τὸν θησαυρόν· ἐπὶ δὲ ἀλώπεκι δραχμὴν, ὅτι ἐπίβουλον τὸ χρῆμα, καὶ τοὺς λαγὼς διαφθείρει· τούτου ἕνεκα πλεῖον ἐμβάλλουσιν, ὡς ἐπὶ πολεμίῳ ἁλόντι. Ἐπὶ δὲ δορκάδι τέσσαρας δραχμὰς, ὅτι μέγα τὸ ζῷον, καὶ ἡ θήρα ἐντιμοτέρα. Περιελθόντος δὲ τοῦ ἔτους, ὁπότ' ἂν γενέθλια ἥκῃ τῆς Ἀρτεμιδος, ἀνοίγνυται μὲν ὁ θησαυρὸς, ἀπὸ δὲ τοῦ συλλεχθέντος ἱερεῖον ᾠνοῦνται· οἱ μὲν ὄϊν· οἱ δὲ αἶγα· οἱ δὲ μόσχον· εἰ οὕτω προχωρεῖ· θύσαντες δὲ, καὶ τῶν ἱερείων ἀπαρξάμενοι τῇ ἀγροτέρᾳ, ὡς ἑκάστοις νόμος, εὐωχοῦνται αὐτοί τε, καὶ οἱ κύνες· τὰς κύνας δὲ καὶ στεφανοῦσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ· ὡς δῆλον εἶναι, διότι ἐπ' αὐταῖς ἑορτάζουσιν.

Salmasius, ad me scribens, malebat. ὁ πίθ' ὤν. Adhuc ἐπέχω.

inferunt thesauro; pro vulpe drachmam, quia animal est insidiosum, & leporum pernicies, idcirco eo ut hoste capto plus conferunt. Pro capreolo drachmas quatuor, quia & animal majus est, & captum plus laudis habet. Inde cum absoluto anni cursu Dianæ natalis venerit, thesauro aperto de collata pecunia victimam emunt: alii quidem ovem, alii capram, nonnulli etiam vitulum, si ad eam summam pecunia adscendat: tum sacris peractis, & victimarum primitiis Dianæ venatrici oblatis, ipsi una cum canibus genio indulgent. Canes autem illo die sertis coronant, ut satis superque constet illorum causa festum celebrari.

ΚΕΦΑΛ. λέ.

Παραίνεσις πρὸς τὸ θύειν τοῖς ἐφόροις τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπιτηδευμάτων.

ΚΑΙ ἐγὼ ἅμα τοῖς συνθήροις ἕπομαι τῷ Κελτῶν νόμῳ, καὶ ἀποφαίνω, ὡς οὐδὲν ἄνευ θεῶν γιγνόμενον ἀνθρώποις ἐς ἀγαθὸν ἀποτελευτᾷ· ἀλλὰ καὶ ὅσοι ναυτίλλονται ἀπὸ θεῶν ἄρχονται, ὅσοις τε τοῦ σώζεσθαι μέλει, καὶ ἀνασωθέντες χαριστήρια θύουσι τοῖς θεοῖς τοῖς θαλαττίοις, Ποσειδῶνι, καὶ Ἀμφιτρίτῃ, καὶ Νηρηΐσιν· καὶ ὅσοι τὴν ἐργάζονται, Δήμητρι, καὶ τῇ παιδὶ αὐτῆς, καὶ Διονύσῳ· οἱ δὲ ἀμφὶ τὰς

CAPVT XXXV.

Admonitio de sacris faciendis diis artium, & professionum humanarum præsidibus.

ATque ego quidem cum sociis venatoribus sequor Gallorum legem, nihilque sine divûm ope mortalibus bene succedere pronuntio. Nam & rem nauticam exercentes a diis faciunt principium, quotcumque suam sibi salutem cordi habent, & ubi salvi evaserunt, diis marinis, Neptuno, Amphitritæ, & Nereidibus gratiis referendis sacra faciunt, ut Cereri, ejusque filiæ, & Baccho quicum-

cumque agriculturæ operam navant: artiumque cultores Minervæ & Vulcano: qui studiis incumbunt, Musis, Musarumque principi Apollini, itemque Mnemosynæ, & Mercurio: qui amori dant operam, Veneri & Cupidini, tum etiam Suadæ & Gratiis; ita qui venationi student, Dianam venatricem minime negligere debent; uti nec Apollinem, nec Pana, atque Nymphas, & viarum præsidem ducemque Mercurium: tum quævis alia montium numina: secus enim, studia ista non satis feliciter succedere, necessum est: læduntur enim canes, claudicant equi, & homines ipsi spe frustrantur.

τέχνας πονούμενοι, Αθηνᾷ, καὶ Ηφαίστῳ· καὶ οἱ ἀμφὶ παίδευσιν, Μούσαις καὶ Απόλλωνι μουσηγέτῃ, καὶ Μνημοσύνῃ, καὶ Ερμῇ· οἱ δὲ ἀμφὶ τὰ ἐρωτικὰ, Αφροδίτῃ, καὶ Ερωτι, καὶ Πειθοῖ, καὶ Χάρισιν· οὕτω τοι καὶ τοὺς ἐπὶ θήρᾳ ἐσπουδακότας οὐ χρὴ ἀμελεῖν τῆς Αρτέμιδος τῆς ἀγροτέρας, οὐδὲ Απόλλωνος, οὐδὲ Πανὸς, οὐδὲ Νυμφῶν, οὐδὲ Ερμοῦ ἐνοδίου, καὶ ἡγεμονίου· οὐδὲ ὅσοι ἄλλοι ὄρειοι θεοί. Εἰ δὲ μὴ, ἡμιτελῆ ἀποβαίνειν ἀνάγκη τὰ σπουδάσματα· καὶ γὰρ καὶ οἱ κύνες βλάπτονται, καὶ οἱ ἵπποι χωλεύονται, καὶ οἱ ἄνθρωποι σφάλλονται.

CAPVT XXXVI.

ΚΕΦΑΛ. λϛ',

Homeri testimonia, quod diis rerum inventoribus sacrificandum, dum quis easdem aggreditur.

Ἐξ Ομήρου μαρτύρια, ὅτι χρὴ θύειν τοῖς τῶν πραγμάτων εὑρεταῖς ἐν τῇ τῶν δὲ μεταχειρίσει.

ATque hoc ipsum Homerus in sua poesi significat, dum Teucrum inter omnes Græcos sagittandi peritissimum in certamine funiculum dumtaxat tetigisse, eumque præcidisse refert; quod nullum Apollini votum fecisset: Merionem vero, sagittandi minus peritum, voto Apollini suscepto, avem jam avolantem percussisse. Item posteros eorum, qui cum Po-

ΚΑΙ τοῦτό γε δηλοῖ καὶ Ομηρος ἐν τῇ ποιήσει. Τεῦκρον μὲν γε τὸν τοξικώτατον Ελλήνων ἐν τῷ ἀγῶνι οὔφησιν τυχεῖν, ὅτι μὴ τῆς μηρίνθου, καὶ ταύτην διακόψαι, ἐπειδὰν μὴ ἐπηύξατο τῷ Απόλλωνι. Μηριόνην δὲ ἄνδρα οὐ τοξικὸν ἐπευξάμενον τῷ Απόλλωνι, ἀποπετομένης ἤδη τῆς ὄρνιθος τυχεῖν. καὶ τοὺς ἐκγόνους δὲ τῶν ἐπὶ Θήβας σὺν Πολυνείκῃ στρα-

στρατευσάντων ἐλεῖν τὰς Θήβας.

Πιθομένους στρατεύεσθαι θεῶν, καὶ Διὸς ἀρωγῇ· ὧν ὃ πατέρας αὐτῶν, οὐδὲν τὰ χείρους ὑπείνων ἐς ἀλκὴν γεγονότας, ἀμαθίᾳ ἐν Θήβαις, ὅτι μὴ ἐπείθοντο τοῖς σημαινομένοις ὑπὸ θεῶν. καὶ τὸν Ἕκτορα οὐ πειθέντα Πολυδάμαντι οὐκ ἐᾶσαι ἐπελαύνειν ταῖς νηυσὶ τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τῷ δράκοντι καταβληθέντι ὑπὸ αἰετοῦ, ὡς οὐ ξὺν κόσμῳ ἐπανελθοντας, ὀλίγον ὕστερον ἔργῳ ἀναδιδαχθῆναι, ὡς οὐκ ἀγαθὸν ἀπειθεῖν τῷ θεῷ. Τούτοις χρὴ πειθομένους, καθάπερ ἐπ' ἄλλῳ τῷ ἔργῳ, οὕτω καὶ ἐπὶ θήρᾳ ἀρχεσθαί τε ὑπὸ θεῶν, καὶ χαριστήρια θύειν, ἀποκρίναντας, καὶ σπένδειν, καὶ σύμμισγειν καὶ στέφανοῦν, καὶ ἀπαρχὰς τῶν ἁλισκομένων ἀναθείναι, οὐ μεῖον, ἢ ὁ τῇ νίκῃ πολέμου ἀκροθίνια.

lynice ad Thebas militarant, Thebas expugnaſſe.

Freti auxilio Iouis, auſpiciiſque deorum; cum patres eorum virtute neutiquam inferiores ob neglecta deorum auſpicia ad Thebas occubuiſſent. Hectorem quoque cum fidem denegaſſet Polydamanti irruptionem in Græcorum naves diſſuadenti, quod ex dracone ab aquila projecto nulla cum laude ſuos reverſuros videret, paulo poſt re ipſa probaſſe, malum eſſe numini non obtemperare: hiſce exemplis perſuaſos, ut omni alio in opere, ita etiam in venatione a diis incipere, & re bene geſta, iiſdem gratitudinis ergo ſacra facere oportet: his libandum; hi prædicandi: his coronæ, hymni, & prædarum primitiæ offerendæ, non minus quam adepta victoria belli manubiæ iiſdem conſecrantur.

ΤΕΛΟΣ. FINIS.

P HEN-

HENRICI STEPHANI V. CL. ad Xenophontis junioris; ſive Arriani librum De Venatione quædam Schediaſmata.

Libri Quarti.

SCHEDIASMA.

De eo genere canum venaticorum qui ab uno ex tribus Xenophontibus, (Athenienſi & ipſo) Vertragi Celtico nomine vocantur: quum Vertagos *Martialis quoſdam appellet.*

XENOPHON quidam, quem mea ſoler Bibliotheca tertium appellare, quod quum duo jam cogniti mihi eſſent à quibus aliquid literis mandatum foret, accedens ejus notitia, tertia fuerit (quamvis alioqui fieri poſſit, ut ille eum quem ſecundum voco, ætate præceſſerit, nondum a me facta hujus rei inquiſitione) canum quæ à Celtis *Vertagri* ſuæ ætate appellarentur, mentionem facit: et nonnulla de illis ſcribit, quæ vix apud ullum alium inventum iri exiſtimo: quum ne mentio quidem ulla earum alibi (quod Sciam) quam apud Martialem exſtet, *Vertagos* tamen non *Vertragos* appellantem: hoc in diſticho,

Non ſibi ſed domino venatur Vertagus acer,
Intactum leporem qui tibi dente refert.

Quod ſi tamen illa quæ affertur nominis hujus etymologia fidem meretur, ut *Vertagus* dictus ſit quaſi *Fertrahus*, ex eo nimirum quod *feram trahat ad dominum*, litera *g* locum literæ *h* accipiente, (ſicut *tragulam* nomen a *trahendo* habere Grammatici affirmant) rectius profecto ab illo Xenophonte tertio *Vertragum* quam a Martiali *Vertagum* appellari fatendum fuerit. Verum, præterquam quod ille Xenophon Celticam eſſe vocem ait, quæ in afferendo nominis illius etymo de hoc canum genere dicuntur, feram ab eo trahi ad dominum, quis peculiaria illi eſſe dixerit? Minus quidem certe cum aliis commune illud habere dici poſſet, quod intactam etiam feram ad dominum trahat: ut ait Martialis,

Intactum leporem qui tibi dente refert.

Quamobrem ſi quis defendere illam hujus nominis notationem adverſus Xenophontem, advocandam fortaſſe ſibi Gratii auctoritatem putaret *Vertraham* vocantis, hoc verſu,

Et pictam macula Vertraham delege falſa.

Niſi

Nisi forte *Vertrahum* scripsisse illum magis credibile alicui futurum sit. Sed utrocunq; nomen hoc scriptum fuisse dicamus, verendum est ne magis hujus poëtæ obsit quam prosit auctoritas, etymum illud tueri volentibus: quod mediam corripi syllabam in eo videamus. Fateor alioqui, id quod ab illo tanquam epithetum datur huic cani, quum *pictam macula* dicit, (nam *falsa* non adiicio, quod esse corruptum suspicer, convenire cum eo quod inter cetera ab illo Xenophonte scribitur: quum & ipse quasdam earum ποικίλας fuisse tradat, sicut quasdam ἁπλὴν χρόαν habuisse. utor autem genere fœminino, eum scriptorem sequens, qui non in hujus tantum generis canum descriptione, sed aliorum etiam, illo, non masculino, utitur. Et vero fœmininarum a primo itidem Xenophonte mentionem passim fieri videmus, & a poëtis quoque præsertim Græcis, earum in venando operam fideliorem existimari. Hinc illud Sophoclis in principio Aiacis Flagelliferi.

——— εὖ δὲ σ' ἐκφέρει
Κυνὸς λακαίνης ὥστις εὔρινος βάσις.

Quum alioqui & λάκωνος lex versus dicere permitteret.

Sed jam tempus est ut eum illius Xenophontis novi (lectoribus quidem certe plurimis, si plurimi hujus Schediasmatis lectores erunt, novi futuri) locum proponam. Scribit igitur, ex canibus Celticis eas quæ sunt ποδώκεις, appellari Celtum sermone οὐερτράγους: non ab ulla gente, sicut Creticas, aut Caricas, aut Laconicas: *sed quemadmodum* (inquit) inter Creticas αἱ διάπονοι appellantur ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν: & ἰταμαὶ ἀπὸ τοῦ ὀξέως καὶ αἱ μικταὶ ἀπ' ἀμφοῖν itidem istæ ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. Eum enim locum sic legimus, (haud scio an satis fideliter a librario in cujus manum incidi scriptum) ἀλλὰ ὡς τῶν Κρητικῶν αἱ διάπονοι, ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν, καὶ ἰταμαὶ (nisi forte αἱ ἰταμαὶ scripsisse ipse auctor credendus est, ut præcedit αἱ διάπονοι) ἀπὸ τοῦ ὀξέως καὶ αἱ μικταὶ ἀπ' ἀμφοῖν οὕτω δὴ καὶ αὗται ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. Sed post ὀξέως non tantum infinitivi modi verbum, verum & quædam alia vocabula deesse crediderim, quæ inter ὀξέως, & illa, καὶ αἱ μικταὶ, interjecta essent: & unum ex illis fuisse appellationem, quæ his quas μικτὰς ἀπ' ἀμφοῖν vocat, daretur. Fortasse vero & ἰταμαὶ cuipiam non immerito suspectum fuerit. Cap. III.

Addit porro, *canes hac rem esse pulchram aspectu, & quod ad oculos attinet, eas quæ sunt præstantissimæ, & quod ad totum corpus, necnon ad pilos & colorem.* Deinde ad illud veniens in quo ei cum Gratio convenire videri potest (uti dixi) addit, οὕτω ταῖς τε ποικίλαις ἐπανθεῖ τὸ ποικίλον καὶ ὅσαις ἁπλῆ χρόα ἐστὶν, ἀποστίλβει καὶ αὐτὴ *adeo* (inquit) *ut sit spectaculum viro venationis Studioso jucundissimum.* Hæc enim est illi hujus de isto canum genere Sermonis clausula, καὶ ἐστιν ἥδιστον θέαμα ἀνδρὶ θηρευτικῷ. Ideo autem quod περὶ τῆς ποικιλίας scribit, conveniens cum eo quod apud Gratium legitur, *pictam macula*, posse videri ajo, quoniam *maculosæ* a Latinis quædam fetæ dictæ sunt, quæ a Græcis ποικίλοι. Scio tamen a Gratio non

dici ἁπλῶς, *pictam macula*, Sed addi *falsa*: verum esse mendosum hoc vocabulum, persuasum habeo, sicut & antea indicavi. Nec absimile vero mihi est, a voce ista sedem alicujus epitheti occupari quo ἀποστίλβουσα significaretur: Ut Xenophontis hujus verbo utar. Quem etiam observandum est, quum dixisset ἐπανθεῖ τὸ ποικίλον, statim post de colore quem ἁπλοῦν vocat, (ita distinguens ἀπὸ τοῦ ποικίλου) dicere ἀποστίλβει, tanquam unum vocabulum vice alterius fungi queat.

SCHEDIASMA II.

De alio canum genere, quas idem ille Xenophon Egusias *appellatas, nomine a quadam Celtica gente deducto, scribit.*

IDem Xenophon novus, vel potius altero duobus Xenophontibus Xenophonte Grylli posterioribus, (quem mea bibliotheca *tertium* appellare Xenophontem ea quam dixi de causa solet) de alio quodam Celticarum canum genere verba facit, quæ *Egusiæ* nominarentur, nomine a quadam Celtica gente deducto, ubi primum & natas & celebres fuisse (vel, in pretio fuisse) existimat. Ac de his cum alia scribit, tum vero *celebrari apud Celtas quendam, qui illas cum iis, qui per vicos mendicant comparaverit. Vocem enim illis gemebundam & miserabilem esse: neque, tanquam ipsi feræ irascentes, clamorem edere dum investigant, sed velut misericordiam moventes & rogantes.* Sed ipsamet ejus verba audiri, (ut conferri cum mea interpretatione possint) volo. Postquam igitur δασείας & πονηρὰς ἰδεῖν esse scripsit, & quidem (quod ut mirabile, ita notabile est) quæ sint inter ipsas γενναιόταται, easdem & πονεροτάτας esse: addit ὥστε εὐδοκιμεῖ ἐν Κελτοῖς ὁ ἀπεικάσας αὐτὰς τοῖς ἀνὰ τὰς ὁδοὺς πτωχεύουσι. Et rationem hujus comparationis statim subjungit, καὶ γὰρ φωνὴ αὐταῖς γεγέρα τε καὶ ἐλεεινή ἐστιν καὶ οὐχ ὡς θυμούμεναι ἄρα πρὸς τὸ θηρίον, ἐπικράζουσιν ἐν τῇ ἰχνείᾳ, ἀλλὰ ὡς οἰκτιζόμεναι καὶ λιπαροῦσαι.

Cap. III

Sed quum has canes *Egusias* vocari tradat, sumta ex nomine cujusdam Celticæ gentis appellatione, quanam esse hanc dicemus? Non dubito equidem quin de ea ipsa intelligendum hoc sit quam *Accusios* appellar videmus: quorum *Accusiorum* coloniam esse ajunt, quæ Gratianopolis dicta fuit: (unde nostrum *Grenoble* depravatum esse constat: quum prius fortasse *Gratianople* aut saltem *Grenople* diceretur, sicut & *Constantinople* haud dubium est quin dictum initio fuerit) Sed an *Accusias* itidem, non *Egusias*, vocare illas oportuerit, an contra *Egusias* scribere debeamus ubi Accusias legimus, viderint qui talia Scrutari gaudent.

Libri Quinti.

SCHEDIASMA XVI.

Gallos jam olim venandi *non minus* peritos, *quam studiosos fuisse, teste Xenophonte: altero videlicet ex posterioribus Xenophontibus.*

XEnophon ille cujus a me allatus fuit antea quidam locus (non Grylli filius, sed eo posterior, & illorum alter, qui illi homonymi & posteriores illo fuerunt, itidemque aliquid monumentis literis mandarunt) nostros Gallos jam olim, id est, ante suum seculum fuisse venandi non minus peritos, quam studiosos ostendit: Si quæ de illis scribit considerentur. Sæpe enim & commemorat & probat illorum *venatorias* (ut ita loquar) *artes*. Inter cetera autem narrat, *eos qui divites sunt, ac quorum voluptaria & delicata est vita, mane exploratores mittere, qui renuntient, ub leporem aut lepores viderint: ipsos autem eo venire, & immissis canibus equitantes sequi.* Ejus verba sunt, Θηρῶσι δὲ Κελτοὶ, ὅσοι μὲν πλουτοῦσιν αὐτῶν καὶ τρυφῶσιν, ἕωθεν ἐκπέμποντες ἐς τὰ χωρία τὰ ὕποπτα τοὺς κατοπτεύοντας ὅπου τυγχάνει ἀναπαυόμενος λαγώς. Καὶ ἔστιν ὁ ἀγγέλλων εἰ τύχοι ὀφθεὶς, ἢ ὁπόσοι ἂν τύχωσιν. ἔπειτα ἀφικόμενοι μεθιᾶσι τὰς κύνας, ἐξεγείραντες τὸ θηρίον, αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἵππων ἕπονται. Tertia autem ab hinc pagina de iis loquitur, quibus non sunt quos exploraturos mittant. *Horum alii* (ut scribit) πλείονας συνθήρους συνάγοντες, ἐξίασιν ἐφ' ἵππων, καὶ τὰ ὕποπτα ἐπερχόμενοι, ὅπως ἂν τύχοι ἐξεγερθεὶς λαγὼς, μεθιᾶσι τὰς κύνας. *Alii autem, & quidem qui sunt magis* αὐτουργοὶ τῶν κυνηγεσίων (quod loquendi genus observatione dignum est) *pedibus proficiscuntur. Deinde si quis illos equitans comitetur,* καὶ οὗτος διώκειν τέτακται ἅμα ταῖς κυσίν. Atque alia nonnulla, quæ ab illis fiant, suam venandi rationem servantibus, commemorat. Rursumque non multo post, Θηρῶσι δὲ Κελτοὶ καὶ ἀναμιγνύοντες τοῖς ἰχνευταῖς κυσὶ τὰς ὠκείας· καὶ οἱ μὲν μαστεύουσιν, αὐτοὶ δὲ διίστανται, μετὰ χεῖρας ἄγοντες τὰς ἀγαθὰς οὗπερ μάλιστα εἰκὸς τὸν λαγὼ ἀπευθύναι τὸν δρόμον. Ubi videtur *canes* vocare τὰς ἀγαθὰς, quas τὰς ὠκείας appellavit.

Cap. XV.

Cap. XX.

Cap. XXI

SCHEDIASMA. XVII.

Non Gallicas canes *tantum, sed & alias Gallicis pares Xenophonti priori ignotas fuisse: ideoque existimari ab hoc, posteriorum uno, dixisse quod alioqui nequaquam dixisset, sed potius contrarium.*

Cujates canes *cognitæ Xenophonti fuerint.*

MIrum est, ideoque relatu dignum mihi visum, quod idem ille Xenophon scribit Xenophonti sibi homonymo, *non solum ignotas canes Celticas fuisse* (cujus rei rationem reddit, ἄγνωστα γὰρ ἦν τὰ ἔθνη τῆς Εὐρώπης ὅσα ταύτῃ
Cap. II. ᾤκισται ὅτι μὴ τῆς Ἰταλίας ὅσα Ἕλληνες κατέσχον, ἢ ὅσοις κατ' ἐμπορίαν διὰ θαλάσσης ἐπεμίγνυον) *Sed ne aliud quidem canum genus notum fuisse, quod ad Celticarum velocitatem accederet.* Atque hoc argumento utitur, quod dicat ille, quicunque a canibus lepores capiantur, vel illis capi præter naturam coporis, vel aliquo fortuito casu. *Nam si* (inquit) *cognitæ illi canes Celticæ fuissent, illud idem de canibus dicturus fuisse mihi videtur, quoscunque lepores non capiant canes, eorum vestigiis insistendo, præter naturam corporis accidere canibus, ut eos non capiant, aut aliquo casu fortuito id fieri. Nam quæcunque valido sunt corpore & generosa, has nunquam lepus queat effugere.* Deinde quomodo τύχῃ χρησάμεναι videri queant ostendit. Sed ipsa ejus verba totius loci afferam. ὡς δὲ (inquit) οὐδὲ ἄλλο γένος κυνῶν ἐγίγνωσκεν ὃ ἂν κατὰ ὠκύτητα ἐοίκοι τῷ Κελτικῷ τεκμαίρεσθαι ὑπάρχει ἀπὸ τῶν δὲ· λέγει γὰρ ὡς ὅσοι ἁλίσκονται λαγωοὶ ὑπὸ κυνῶν, παρὰ φύσιν σώματος ἁλίσκονται ἢ τύχῃ χρησάμενοι. εἰ δέ γε ἠπίστατο τὰς κύνας τὰς Κελτικὰς (videtur autem hic subaudiendum ex præcedentibus, ἢ ἄλλό τι γένος κατὰ ὠκύτητα ἐοικὸς τῷ Κελτικῷ) ταὐτὸν τοῦτο δοκεῖ μοι ἀποφήνασθαι περὶ τῶν κυνῶν. ὡς ὁπόσους λαγωοὺς οὐκ αἱροῦσιν κύνες κατὰ πόδας, παρὰ φύσιν σώματος οὐκ αἱροῦσιν ἢ τύχῃ χρησάμεναι, ὡς ὅσαι γε ἀγαθαὶ τὸ σῶμα καὶ τὸν θυμὸν γενναῖαι, ταύτας δὴ οὐκ ἄν ποτε διαφύγοι λαγώς, εἰ μή τις δυσχωρία ἐμπωδὼν γένοιτο· ἢ ὕλη ἀποκρύψασα, ἢ κατάδυσις τῆς γῆς κοίλη καὶ βαθεῖα ἀφελομένη, ἢ τάφρος διαδραμεῖν ἐκ τῷ ἀφανεῖ παρασχοῦσα. Adeundus est autem Xenophontis prioris locus, ut quod ab hoc posteriori de illo dicitur, plene intelligatur.

Sed *cujates* cognitas fuisse Xenophonti *canes* dicemus? *Caricarum* tantum & *Cretensium* notitiam illi tribuere posterior ille Xenophon vide-

detur, ad leporum venationem quod attinet. Aliqui *cervorum venationi* audimus priorem illum Xenophontem jubentem *canes Indicas* adhiberi: aprorum autem, *Indicas*, *Cretenses*, *Locrenses*, *Lacænas*. *Cretenses* autem seu *Cressas canes* fuisse & *cervorum venationi* adhibitas etiam versus ille docet,

Κρῆσσα κύων ἐλάφοιο κατ' ἴχνιον ἔδραμε γοργῶς.

Ubi observa, *fœminæ* itidem, non *masculi*, mentionem fieri, sicut ab utroque Xenophonte. Qua de re & in quodam libri præcedentis Schediasmate dictum fuit.

SCHEDIASMA XVIII.

Quod spectaculum venanti *Xenophon prior magnam afferre voluptatem dixerit, hunc posteriorem* esse voluptati *negare.*

HOnorifice semper aut modeste saltem de priori Xenophonte posterior hic Xenophon loquitur, non idem Solum nomen sed eandem quoque patriam habens, ut ipse profitetur: quinetiam, quod majus est, ἀμφὶ ταυτὰ ἀπὸ νέου ἐσπουδακώς, (non male autem, ut opinor, ante κυνηγέσια distinguetur, ut ταυτὰ non minus ad sequentia duo, quam ad illud referatur) κυνηγέσια, καὶ στρατηγίαν καὶ σοφίαν. Ac modestiam hanc ostendit, vel quod in proxime præcedente Schediasmate retuli. Nam ibi ita reprehendentem illum audimus, ut simul excuset. Sed permittit tamen sibi ab illo prorsus dissentire de quadam re, *cujus spectaculum summam ille voluptatem afferre* ait. Nam quum ille scribat de lepore, *tantam esse hujus animalis gratiam ut nemo sit, qui si eum videat dum vestigatur, dum invenitur, dum canes eum persequuntur, dum capitur, non obliviscatur ejus rei quam amet:* hic *cetera quidem jucundum esse spectaculum fatetur, sed videre eum capi, triste potius quam jucundum esse.* Veruntamen & hic illum excusat, addens, *Sed ille Xenophon* (sæpe autem de eo loquens, dicit ἐκεῖνον τὸν Ξενοφῶντα) *quum veloces canes minime cognitas haberet, veniam meretur, si, videre leporem capi, magnum spectaculum esse existimabat:*

Cap. V. & XVII. Cap. I. Cap. XVII.

Ceterum huic ejus a Xenophonte dissensioni consentanea sunt, quæ paulo ante scribit de illis, quos τῇ ἀληθείᾳ κυνηγετικοὺς appellat, *eos non ideo canes educere, ut ipsum animal capiatur, sed ut cursu certetur.* Ideoque (inquit) ἀγαπῶσιν εἰ ἐπιτύχοι ὁ λαγὼς τοῦ διασώσοντος. *Quinetiam revocari canes interdum ab illis dicit:* illis verbis hæc subjungens, καὶ καταφυγόντας εἰς ἀκάνθας ἔστιν ὅτε ὀλίγας, οἱ δὲ καὶ ἰδόντες ἐπτηχότα καὶ ἀπαγορεύοντα, ἀνακαλοῦσι τὰς κύνας, μάλιστα δὴ εἰ καλῶς διαγωνίσαιντο.

Quis vero non miretur, quod de se addit, *captivo lepori interdum libertatem suam restituente,* ὥστε πολλάκις ἤδη ἔγωγε ἐφ' ἵππου ἐφο-

μαρτῶν τῷ δρόμῳ καὶ ἁλόντα (nisi potius ἁλὸν Scribendum est) ἐπελθὼν ζῶον ἀφειλόμην καὶ ἀφελόμενος καὶ δήσας τὴν κύνα, ἀφῆκα διαφυγεῖν τὸν λαγών. καὶ εἰ ὕστερος ἀφικόμην ἢ ὥστε διασῶσαι, τὴν κεφαλὴν, ὅτι ἀνταγωνιστὴν ἄρα ἀγαθὸν ἀπώλεσαν αἱ κύνες. Ubi observandus ille mos *feriendi capitis in indignatione*. His porro illud de sua dissensione a sibi homonymo Xenophonte adiicit.

EPICTETI
STOICI PHILOSOPHI
ENCHIRIDION,

Ex interpretatione

HIERONYMI WOLFII.

NICOLAUS BLANCARDUS
Græca recenſuit, varias Codicum lectiones, & paucas animadverſiones adjecit.

Accedunt notæ

H. WOLFII, ET MERICI IS. F. CASAUBONI.

Item

PARAPHRASIS GRÆCA,
quam idem Caſaubonus primus vulgavit, vertit, & notis illuſtravit.

Subiiciuntur

EPICTETI ENCHIRIDION AB ANGELO POLITANO E GRÆCO VERSUM.
DENIQUE, EPICTETI APOPHTEGMATA E STOBÆI ECLOGIS, ET FRAGMENTA QUÆDAM E M. AURELIO ANTONINO ET AGELLIO COLLECTA.

PERILLUSTRI. AC. REVERENDISSIMO.
IN. CHRISTO. PATRI.

DOMINO. HENRICO.

PERMISSIONE. DIVINA. EPISCOPO. LONDINENSI. SERENISSIMO. POTENTISSIMO. QUE CAROLO. SECUNDO. MAGNÆ. BRITANNIÆ. FRANCIÆ. HIBERNIÆ. ETC. REGI. A. SANCTIORIBUS. CONSILIIS. NICOLAVS. S. F. N. N. S. P. BLANCARDUS. BELGA. LEIDENSIS. EPICTETI. STOICI. PHILOSOPHI. ENCHIRIDION. NOBILE. VIVENDI. INSTRUMENTUM. LUBENS. MERITO. CONSECRABAT. FRANEKERÆ. EX. ILLUSTRI. ACADEMIA. KALENDIS. SEPTEMBRIBVS. ANNO. SALUTIS. M. DC. LXXXI.



ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

EPICTETI ENCHIRIDION.

ΚΕΦ. ά.

Τῶν 3 ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. 4 ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, 5 ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. 7 οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, 8 ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί. καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

CAP. I.

RES quædam in poteſtate noſtra ſunt, quædam non ſunt. In noſtra poteſtate eſt opinio, appetitio, deſiderium, averſatio, & ut uno complectar verbo, quælibet noſtræ actiones. Noſtri arbitrii non ſunt corpus, pecunia, gloria, imperia: ad ſummam, ea quæ ipſi non agimus, omnia.

1 ENchiridion inſcribitur, quod pugionem ſignificat, quia ut pugio militibus, ita hic libellus iis, qui rectè vivere ſtudent, in promptu eſſe perpetuò debeat. Fecit idem magnum patriæ noſtræ lumen Eraſmus, inſcriptione iſtius libri, quo Chriſtianum militem depinget. Eſt vero titulus hic ab Arriano; qui, delectis ex Epicteti diſſertationibus locis philoſophiæ Ethicæ, maximè neceſſariis, & animos vehementiſſimè permoventibus, hunc libellum ceu epitomen diſputationum Epicteti in lucem emiſit. *Snecanus.*

3. Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν. *Res quædam in noſtra poteſtate ſunt.*) Cum ſententiarum Epicteti bona pars pendeat ab intellectu diſtinctionis eorum, quæ ſunt in noſtra poteſtate, & quæ non; operæ pretium fuerit attendere quid intelligat author per hanc phraſin, *eſſe in poteſtate noſtra*, aut *non eſſe*. Quod Simplicii verbis explicabitur. Sic itaque ille. In noſtra poteſtate ea eſſe dicit, quæ nec ab alio habemus, nec ab ullo alio impediri poſſunt: cujuſmodi ſunt motus animorum, qui intrinſecus ſuopte judicio & arbitratu cientur. Voluntas enim extrinſecus moveri non poteſt, *id eſt, objectis forinsecus advenientibus ſic moveri, ut neceſſario permoveatur, nec libertate ſua, quæ illi inſita eſt fruatur.* Quamvis enim id quod expetitur, extrinſecus ſit: ipſe tamen motus ad illud, intrinſecus eſt: velut, hoc illove modo ſentire de rebus; ut, divitias aut mortem, aut aliud ejus generis, vel bonum vel malum,

vel

vel neutrum esse. Huic etiam phrasi enucleandæ est quod dicit Simplicius: Nec enim idem est *voluntarium*, & id quod *in nostra potestate* est. sed voluntarium est id quod præcipuè expetitur; in nostra potestate verò, quod amplecti possumus, sive propter se, sive propter mali gravioris fugam. Ὑπόληψις est id quod de unaquaque re sentimus; ut, fugiendum esse flagitium, philosophiam mederi animis. *Opinionem* non malè reddidit interpretes. Possis & vertere *apprehensionem*. Eam Simplicius cap. 11. φαντασίας nomine venire censet. Ὄρμὴ Cicero alias *appetitionem*, alias *appetitum*, alias *motum animi* interpretatur. Ἀφορμὴ hujus contrarium est, videlicet *aversatio*; nempe Stoica, qui peculiari quadam ratione hisce vocibus utuntur; non verò ea, quæ communiter in usu est; cujus exemplum est cap. 10. *Idem.*

4. Ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὑπόληψις. *In nostra potestate est opinio.*) Negat hoc Homerus, quam, Cicerone interprete, scribit:

Tales sunt hominum mentes, quali Pater ipse
Iuppiter auctifero lustrârit lumine terras.

Homeri versus sic habent:

Τοιὸν γὰρ νόον ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed hunc scrupulum Simplicius eximit. *Wolfius.*

5. Ὄρμὴ ὄρεξις.) Nolim ego de verbis istis cum quoquam acrius contendere, cum certum sit aliter Ciceronem, aliter Senecam, aliter alios veteres rediisse. Wolfii tamen inconstantiam, aliis quoque notatam, in versione probare non possum, qui cum hic ὁρμὴν *appetitionem* (ex Cicerone) vertat: ὄρεξιν autem *desiderium*, (ex Seneca:) paulò post, (ut cap. 6.) ὄρεξιν *appetitionem*, Latinè sonare maluit. Sed nec viris summis assentior, qui Senecam ὄρεξιν *adpetitionem*; ὁρμὴν autem *impetum* semper reddere affirmant. Nos aliter observavimus: cum per ὄρεξιν intelligitur *appetitus* naturalis, qualis hominibus bestiisque communis est, ut est appetitus cibi, potus, &c. tum Senecam verbo *desiderium* uti: cum autem *appetitus* qui rationis imperio subjacet, tum *appetitionem* verbum potius usurpare. Nos quidem scrupulosi non sumus. Quæ tamen ab aliis adferuntur, quæque nos observavimus ipsi, diligenter expensis, ita statuimus; ὁρμὴν, *impetum*; ὄρεξιν *appetitionem*, tutissimè reddi: quod semel monuisse sufficiat. *Casaubonus.*

6. Ὅσα ἡμέτερα ἔργα. *Quæcunque nostræ actiones.*) ἔργον Ciceroni est aliàs opus, aliàs res, aliàs opera, aliàs difficultas. Ego hic ἔργον intelligo, non munus officii, τὸ καθῆκον, in qua significatione sæpe accipitur: sed ἐνέργειαν, actionem, id quod aut animis agitamus, aut ministerio corporis agimus, sive bonum, sive malum: ut cùm agimus prudenter, justè, fortiter, temperatè: contrà ve libidinosè, effœminatè, injustè, temerè: cùm philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lavamus, scribimus, legimus, & id genus alia, quæ homo suapte naturâ, suoque arbitratu facere potest aut non facere, nisi morbo aut externa vi impediatur. Quod cùm fit, actiones illæ in potestate nostra esse desinunt, opinor: & opinio tantùm, appetitio & desiderium, horumque contraria declinatio & aversatio, nobis relinquuntur. Cùm autem morbi sint, qui animum etiam tentent, ut phreni-

tis,

nitis, melancholia, veternus, apoplexia, epilepsia, vulnera capitis, cerebri læsiones, similesque pestes: etiam illa, nisi fallor, evanescunt, quæ sola in nostra potestate esse affirmat Epictetus. Sed loqui Stoicos de natura integra, & non impedita, probabile est, quæ tamen quandiu talis permansura sit, constare nemini profectò potest. Consideret ergo quisque secum, veriúsne ista dicantur, an magnificentius? Animi tamen bona dotibus corporis, & fortunæ muneribus præstare, ac diuturniora esse, extra controversiam esse arbitror. Quicquid tamen egeris, nunquam id consequeris, ut à Fortunæ tyrannide sis immunis: hoc est, ut Deus ea tibi non auferre possit, quæ largitus est. Valeat ergo Thrasonica illa vox, & inter Stoicas hyperbolas numeretur, προκατείλημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν ἀφήρημαί σου τὴν παρείσδυσιν. hoc est, Anteverti tibi Fortuna, & quasi vallo firmissimo opposito, omnes tibi aditus, omnes cuniculos interclusi. Prudentius ille, qui distichon illud per se insolens, picturæ hominis mortui adscripsit: cui, si in CHRISTO servatore obdormierit, verè convenit:

Ἐλπὶς καὶ τύχη μέγα χαίρετε. τὴν λιμέν' εὗρον,
Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν. παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

Inveni portum, spes & fortuna valete.
Nil mihi vobiscum: ludite nunc alios.

Neque enim spe sua frustrabitur, neque timebit quicquam, mortuus in Domino, ab omnibus fortunæ injuriis & ludibriis immunis, atque in portu tutissimo securus & beatus conquiescet. *Wolfius.*

7. Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί. *In nostra potestate non sunt, corpus, possessio.*) Nemo negabit opinor, non esse nostri arbitrii, ut perpetuò valeat, nec ullo incommodo afficiatur corpus. Nam alioqui ægrotaret, mutilaretur, moreretur nemo. Etsi enim quidam apud Plinium sponsionem cum Fortuna fecisse legitur, si unquam ægrotasset: nihilominus tamen lapsu scalarum interiit. Masinissam & Cyrum, robustissimos reges, longa ætas exstinxit. Jam si divitiæ, gloria, imperia, cæteraque nobis in manu essent: quis egeret, malè audiret, serviret? Quis cara uxore, liberis, amicis orbaretur? Hoc igitur extra controversiam est, non esse ista nostri juris. Illud verò cui persuaderi potest, cum nostra non sint, ne jacturam illorum molestissimè feramus? Ne iis ereptis, vim & injuriam nobis esse factam opinemur? Tanta est inconstantia & perversitas. Occurritur autem Epicteto, Natura nobis esse insitum talium rerum amorem; nec posse fieri, quin iis amissis doleamus. At vicissim rogabit Epictetus: Annon illud etiam natura ferat, ut sæpe illa amittamus? an repugnare in eo naturæ, fit viri boni & sapientis? Frustra præsertim, & ultro augere sibi molestias, quæ animi æquitate minuendæ erant? Opponimus scilicet philosophis non firmiores rationes, sed affectus nostros & pravam consuetudinem: pro quibus tanquam pro aris & focis, & monumentis majorum pugnamus: majoréne stultitia dicam, an calamitate? Quod si dies adimit hominibus ægitudinem: recta ratio cur non adimat? Cur exempla vulgi, quam virorum fortium & sapientum sequi malumus? At id quoque Natura fert, ut ipsa assuetudo molestiam leniat. Unde poëta:

Χρό-

Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβάσκει κακόν.

Malum viget jam lenietur tempore. Esto: sed cur non, ut servulo Comico, ita & nobis meditata omnia mala nostra sunt, ut ne quid animo sit novum? Nam & hoc docet Epictetus, & docuerunt olim multi, nec obtemperasse quenquam pœnituit. Annon & divus Paulus monet ita esse utendum mundo, quasi non utamur? Nec habitandi, sed commorandi locum hic nobis esse datum? Sed hæc alibi commodius. Illud non alienum fuerit, verba quæ obscuriora videntur, quæque subinde recurrunt in hoc Opusculo, declarare. ὑπόληψις est opinio, sententia, persuasio, judicium, id quod de quaque re sentimus: ut, mortem & morbum esse malum, divitias & voluptates expetendas esse, fugiendum esse flagitium & dedecus, philosophiam mederi animis. ὁρμὴν Cicero aliàs appetitionem, aliàs appetitum seu appetitionem animi, aliàs motum animi interpretatur. Politianus conatum vertit. ὄρεξιν appetitum. ἀφορμὴ hujus contrarium est, aversatio, cum animus abhorret à re aliqua. Hinc ὁρμᾶν καὶ ἐφορμᾶν, appetere, inclinare animo ad aliquid: ἀφορμᾶν, aversari, abhorrere. Peculiarem enim hæc verba usum habent apud Stoicos. Est & ὄρεξις appetitus: sed Cicero βούλησιν, εὔλογον ὄρεξιν exponit, voluntatem quæ quid cum ratione desideret. Quare ὄρεξιν (ne vocabulorum numerus imminueretur) desiderium verti. ἔκκλισιν idem, declinationem à malis, declinationem laboris & periculi, dixit. Simplicius hunc ordinem tradit: Cum quid bonum aut malum judicemus, omnino commoveri declinationem aut appetitionem: subsequi verò ὁρμὴν, quam animi concitationem, approbantis aut improbantis, prosequentis aut aversantis aliquid, definit. αἵρεσις est optio vel appetitio, cum Cicero τὸ αἱρετὸν optabile & rem expetendam vertat. προαίρεσιν Simplicius ἄλλου τινὸς αἵρεσιν esse dicit, cum alia aliis præferuntur. Quo uno verbo commodè queat exprimi,

Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

Barbari præelectionem, alii delectum, alii propositum, alii institutum, alii voluntatem, alii consilium interpretantur. Nos, ut quimus, quando ut volumus non licet. Omnino difficile est cum Græcis, præsertim Stoicis, certare verborum copia & proprietate. Quare veniam ab æquis lectoribus impetratam velim, sicubi Epicteto & acerrimis eorum judiciis non satis fecerimus. Sæpe enim eruditis scriptoribus facile est varia vocabula congerere: sed eadem distinguere, grammatico aut interpreti non perinde promptum. Imò (si, quod sentio, dicendum est) ipsi auctores sæpe riderent & grammaticos & interpretes, qui earum rerum distinguendarum solicitâ curâ tenerentur, quas ipsi aut ostentandæ copiæ, aut rei inculcandæ gratiâ congessissent. *Wolfius.*

Hæc ab Epicteto pronunciata tam firmissimis absolutissimæ veritatis fundamentis innituntur, ut à nemine unquam refelli queant. Quocunque enim modo hominem, sive in statu naturæ ante institutionem Reip. sive sub imperio consideramus, illud pro æterna veritate erit habendum, *corpus, possessionem, gloriam & imperia in nostra potestate non esse.* Nam præterquam quod humano corpori perpetuis aëris incom-

commodis expoſito, cum vario morborum genere, qui ei vires quacunque ætate adimunt, tandemque vitalem ſpiritum extinguunt, ſit pugnand m: tamen ſub utroque ſtatu nemo ſibi, licet fortiſſimus, tam ſecurum vitæ degendæ genus excogitare aut formare valet, ut ab infirmiſſimo quoque non poſſit aut vi aut dolo de medio tolli. Rex & ſubditus, dominus & ſervus, parentes & liberi hoc reſpectu in eodem ſtatu conſtituti ſunt. Quot Monarchæ, licet nocte dieque armatorum ſatellitum turba conſtipati, à ſubditis interfecti ſunt? Adeo ut verum ſit illud Juvenalis,

Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte Tyranni.

Quot ſervi in dominorum corpora imperium exercuerunt? Et quot etiam parentibus, apud Romanos quondam in liberos vitæ ac necis poteſtate fruentibus, mortem filii intulêre? Quid dicam de poſſeſſionibus, quas licet in ſtatu naturæ omnibus communes, viribus pollentior ab infirmiori invidia aut malevolentia auferre poteſt? Numquid etiam conſtituta civitate, in qua leges aliena abripere prohibent, fures reperiuntur, qui inſcio & invito domino poſſeſſiones auferunt? Si publici commodi cauſa publica foſſa ſit ducenda fodiendaque, an non præſtat partem prædii, ſumma poteſtate eam exigente, propenſo animo exhibere, quam cum Nabotho lapidibus obrui, atque ita corpus certe ac minimè dubiæ morti objicere? In omni enim Republica ſive Chriſtiana, ſiva alia ſit, hæc regula valeat: *Civem unumquemque ſuorum bonorum non tam abſolutum eſſe dominum, ut Reipublicæ dominium in eadem bona poſſit excludere.* Cives quidem in bona ſua proprium dominium habent, quod cæterorum civium jus excludit: Verum ſi ſummæ poteſtatis jus & imperium in eadem excluderetur, protegere cives non poſſet, neque ab hoſtibus externis, neque ab injuriis mutuis. Quocunque igitur modo hanc Epicteti ſententiam vertis, ſemper remanebit illa veritas, corpus & poſſeſſiones in noſtra poteſtate non eſſe.

Eodem prorſus modò ſe res habet cum *gloria* & *imperio*. Vox illa δόξα hic non ſignificat opinionem de aliqua re, quæ in nobis libera, noſtraque poteſtate eſt: ſed hoc vocabulo Epictetum indicare exiſtimo gloriam ſive honorem, qui conſiſtit in cogitatione interna honorantis, nempe in opinione, quam de potentia & bonitate quiſque habet illius quem honorare affirmat: Ergò, quia aliorum hominum opinionem liberâ noſtræ voluntatis inclinatione ad nos honorandos & colendos flectere non poſſumus, verum manebit illud Epicteti, gloriam & honorem in noſtra poteſtate non eſſe. Et idem nobis quoque cum Epicteto de imperio ſtatuere licet, Hæc non poſſunt intelligi de ſtatu ante inſtitutionem Reip. nam in tali ſtatu, unuſquiſque imperii æqualitate gaudens, nullum reperitur imperium. Præterea in tali ſtatu nemo poteſtatem habet imperium ſive ſocietatem civilem erigendi; quia oritur ex juſta hominum unita multitudine, qui ſimul jus in omnia, quod poſſident, in unum hominem ſive cœtum conferunt, & ad propellendos hoſtes idonei ſunt. Unuſquiſque verò medium illud civitatem conſti-

ſtituendi quidem in ſe habet, ſed aliorum arbitrium ad eam rem inclinare, unicuique in poteſtate non eſt. Et quandoquidem in conſtituta Republica aliorum plerumque ſuffragiis & votis hunc vel illum ad ſupremam majeſtatem promoveri videmus, rectè quoque dicitur illud in noſtra poteſtate non eſſe; quia ſors a Deo eſt. Quumque præterea in hoc negotio maximè facit ex his vel illis parentibus originem duxiſſe, ut ad imperii faſtigium eveharis, affirmandum eſt ab unoquoque, neminem id in ſua poteſtate habere. Beata igitur erit talis vitæ conditio & ſtatus in quo corpora noſtra, à terrenis hiſce ſordibus purgata, nullis aëris injuriis, nullis morborum generibus, nec ipſi morti obnoxia, in ſecula ſeculorum cœleſtem illam κλῆσιν poſſidebunt, ubi honorem & gloriam tribuent illi, cum quo tanquam reges & Monarchæ in mortem, diabolum & infernum imperium exercebunt.

8. Ἡ κλῆσις] Wolfius hic *pecunia*: Politianus, *poſſeſſio*: quod magis generale eſt, & ut puto, præferendum. *Caſaubonus.* Atqui Wolfius pecuniæ nomine *poſſeſſionem* intellexit. Sic enim in capite notæ præcedentis, verba iſta, οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὄν, τὸ σῶμα, ἡ κλῆσις, interpretatur, *in noſtra poteſtate non ſunt, corpus, poſſeſſio.*

β'.

1 Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα. τὰ δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτά, ἀλλότρια.

CAP. II.

Ac ea quidem quæ nobis parent, libera ſunt naturâ ſuâ nec prohiberi ab ullo, nec impediri poſſunt. In quæ autem ipſi jus nullum habemus, ea ſunt infirma, obnoxia ſervituti, obnoxia impedimentis, aliena.

1. Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν.] Verba hæc interpres transtulit: *ac ea quidem quæ nobis parent*, ſenſum potius ſecutus quam verba; quæ κατὰ πόδα ſonant, *Ea quæ in nobis ſunt.* Quod nihil eſt aliud, quam, quæ in noſtra poteſtate vel noſtri arbitrii ſunt. Hæc enim in unoquoque eſſe dicimus, quæ non ab alio habet, quæque ab alio impediri nequeunt. Id quod ſignificat Epictetus, cum dicit, quæ ejus generis ſunt, eſſe ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα, quibus opponuntur, quæ contra ſe habent; quæ aliena rectè nominat, iis videlicet obnoxia, & ab illis pendentia, qui ea vel præbere vel prohibere poſſunt. Quæ verò in noſtra poteſtate non ſunt, noſtra non ſunt: ſed partim corporis, quod pro inſtrumento vult haberi, ut patet cap. 24. partim pecuniæ aut gloriolæ; quæ etiam longius ab animo remotæ ſunt quam corpus. *Snecan.*

γ'.

1 Μέμνησο οὖν, ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, παραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότριον, 2 οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, 3 ἄκων πράξεις οὐδὲ ἕν, οὐδείς σε βλάψει, 4 ἐχθρὸν οὐκ ἕξεις. 5 οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

CAP. III.

PRoindè memento, ſi ea quæ natura ſerviunt libera putaris, & aliena pro tuis habueris, fore ut impediaris, lugeas, perturberis. Deos hominesque accuſes. Sin id ſolum tuum exiſtimaris, quod tuum eſt; aliena vero, ut ſunt, aliena: te nemo coget unquam, nemo impediet, neminem accuſabis, neminem criminaberis, nihil ages invitus, nemo te lædet, inimicum non habebis. Neque enim ullam calamitatem accipies.

1. Μέμνησο οὖν. *Proinde memento.*] Hoc caput nihil eſt niſi conſectarium duorum præcedentium. Id quod nititur iſto axiomate: *Contrariarum cauſarum contraria ſunt effecta.* Snecanus.

2 Οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε. *Te nemo coget unquam.*] Ad verbum nemo tibi neceſſitatem imponet, aut te neceſſitate conſtringet ad aliquid faciendum, quominus plenius libertate fruaris, ſiſque tuarum actionum dominus.

3 Ἄκων πράξεις. *Invitus ages.*] In quibuſdam editionibus pro πράξεις peſſimè legitur πρᾴξας, quod vocabulum lingua Græca non agnoſcit, niſi in ſecunda perſona ſingul. Aoriſt. prim. optat. activi, verbi πράσσω. Sed non eſt hujus loci.

4 Ἐχθρὸν οὐκ ἕξεις. *Inimicum non habebis.*] Quicunque enim inimicus erit tibi, ſi tu non in eum inimico eris animo, is in ea poterit nihil quæ tua tantum ſunt: quæ hiſce quatuor vocibus cap. 1. complectitur, videlicet ὑποληψεως, ὁρμῆς, ὀρέξεως, ἐκκλίσεως. Siquid in reliqua valebit, ea extraria ſunt & aliena: iis itaque te ſpolians, propriè te non læſerit. *Snecanus.*

5 Οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.] Politiani verſio hæc non agnoſcit, & videntur ſupervacanea, cum jam præceſſerit οὐδείς σε βλάψει. Melius tamen, (ut ego cenſeo,) paraphraſis, quæ hæc poſteriora exhibet, expunctis illis. *Caſaubonus.*

Οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ. *Neque enim ullam calamitatem accipies.*] Ad verbum: Non enim noxium quid patieris. Id quod ex ſuperioribus ſatis liquet, quomodo ſit accipiendum. *Snecanus.*

δ'.

1 Τηλικούτων ὂν ἐφιέμενον, μέμνησο ὅτι σὲ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἄπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφίεναι παντελῶς, 2 τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. 3 ἐὰν δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς θέλῃς, 4 καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, 5 τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, 6 διὰ δὲ τὸ καὶ τῶν πρότερον ἐφίεσθαι πάντως γε μὴν 7 ἐκείνων ἀποτεύξῃ δι' ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται.

CAP. IV.

CUm igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus; atque alia penitus relinquenda, alia in præsentia omittenda censeas. Quod si & illas desiderâris, & magistratus etiam atque opes appetieris, & tuos florere volueris: fortasse ne hæc quidem assequeris, propter earum, quas ante diximus, cupiditatem: iis certe omnino excides, per quas solas felicitas & libertas comparatur.

1 Τηλικούτων ὂν ἐφιέμενον, μέμνησο ὅτι σὲ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἄπτεσθαι αὐτῶν. *In tantarum igitur appetitione rerum, sic eas suscipiendas esse memento, ut prorsus omni vaces animi perturbatione.*] Rectius Simplicii Commentarius: τηλικούτων ὂν ἐφιέμενον, μέμνησο ὅτι σὲ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἄπτεσθαι αὐτῶν. Quum igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, at sis non mediocriter incitatus. Quam lectionem & Politianus est secutus. De pluribus locutus est: ergo τηλικούτων. Serio suscipiendam monet philosophiæ studium. ergò σὲ δὲ redundat, quod quatuor reliqui codices habent: à quibus deceptus, verteram: Ut prorsus omni vaces animi perturbatione. quæ sententia etsi cum ἀπαθείᾳ Stoicorum convenit, philosophiæ tyroni tamen haudquaquam convenit, quem incredibili cupiditate sapientiæ inflammatum esse vult, adeo ut illud ex Euangelio desumptum ei dici possit:

Ἓν μαργαρίτην τίμιον,
Ἀπόδος ἅπαντα, λάμβανε.

Unam margaritam pretiosam omnibus opibus tuis emito. *Wolfius.*

2 Τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. *Alia in præsentia omittenda censeas.*] Malim, *differenda*; id enim significat verbum ὑπερτίθεσθαι. Differri verò eas res externas jubet, Simplicio interprete, quæ prudenter tractatæ bonis animi non officiunt: cujusmodi sunt, parare domum & servitium, legitimæ nuptiæ, ingenuorum liberorum procreatio, justus magistratus, aliquando etiam rerum necessariarum curatio. Hæc omnia & id genus alia in præsentia esse differenda monet vir-

tu-

tutis studiosos, idque meritò: quod nullis omnino rebus eos distrahi oporteat, & à studio virtutis atque exercitatione abstrahi, qui eam perfectè consequi cupiant. *Snecanus.*

3 Ἐὰν δὲ καὶ ταυτ' ἐθέλῃς. *Sin & has volueris.*] Scilicet, τὰ ἐκ φιλοσοφίας περιγινόμενα. Ea quæ Philosophia præstat. *Wolfius.*

4 Καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν. *Et imperare & esse dives.*] Politianus addit, Domesticos dirigere. Legit fortasse, τοὺς οἰκείους εὐθύνειν, quod perperam scriptum fuisse reor, pro εὐθυνεῖν, necessarios tuos florere. Volumus autem in primis nobis bene esse, mox etiam nostris & aliis. Discrimen τοῦ εὐθύνω καὶ εὐθυνέω, vel pueris notum est. *Wolfius.*

Ἄρχειν καὶ πλουτεῖν.] Latina Wolfii auctiora sunt hic verbis: *& tuos florere*: quæ ille, ut in notis docet, solà conjectura fretus, ex Politiani versione sumpsit. Conjicit autem Politianum in suis codicibus reperisse, καὶ οἰκείους εὐθυνεῖν: quæ cum neque Simplicius, neque Paraphrasis agnoscant, nos adulterina censemus. Si quid in Græcis desideratur, hoc potius, ex Simplicio, fuerit, καὶ τὰ οἰκεῖν εὐθύνειν. (quemadmodum & Politianum reperisse, ex ipsius versione, *& domesticos dirigere*: credibilius est) quod oppositum fuerit τῷ ἄρχειν, & τῷ πλουτεῖν. Sed minime opus est, & melius opinor, absint, cum in istis, ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα (propria bona scil.) καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, (externa:) manifesta sit oppositio. *Casaubonus.*

5 Τυχὸν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ. *Fortassis nec hæc ipsa assequeris.*] τῶν ἀρχῶν τε καὶ τοῦ πλούτου. Nec magistratus nec opes assequêris. *Wolfius.*

6 Διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. *Eò quod priora quoque desiderat.*] Ea scilicet, quæ philosophia confert, libertatem, tranquillitatem animi, securitatem. Significat animum in duas partes distractum, nec fortunæ muneribus, nec philosophiæ bonis potiri: quòd altera cura impediat alteram, nec tantam esse patiatur, quanta sit opus. Sed hoc intelligatur de philosophiæ tyrocinio. Nam præcepta rebus gerendis prælucent, & illustrantur usu vitæ, & crebris virtutis actionibus, si probè intellecta & animis infixa fuerint. Philosophandum est igitur ab ineunte ætate, animo aliis curis libero, ut quæ tum cognita perceptaque fuerint, ad parandas & tuendas opes, ad omnes denique vitæ casus ferendos accommodentur. τὰ πρότερα, priora dicit: vel τὰ πρότερον εἰρημένα ea quæ ante exposuit, quæque rectum judicium sequuntur: non autem τὰ πρὶν φιλοσοφῆσαι, ea quæ desiderâris ante philosophiam, ut voluptates, honores, divitias: vel τὰ σπουδαιότερα, præstantiora. Nam tranquillitas animi, verumque judicium, utique divitiis & honoribus præstant. *Idem.*

7 Ἐκείνων ἀποτεύξῃ. *Illis excides*] τῶν προτέρων, prioribus & potioribus: Carebis animi tranquilitate, si avarus & ambitiosus fueris. *Idem.*

ε'.

Εὐθὺς ἔν πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις. πρώτῳ δὲ τούτῳ, καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. καὶ ἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, ὅτι οὐδὲν πρὸς σέ.

CAP. V.

ITaque viſo cuivis aſpero, ſtatim ſic ut reſpondeas operam dabis: viſum id eſſe, nec planè id quod videatur. Poſt, in exquirendo, eas adhibeto regulas, quas habes, eamque cum primis ac potiſſimum, Utrum id viſum in rebus verſetur noſtræ poteſtati ſubjectis, an vero alienis. Quod ſi in alienis; in promptu ſit, illud ad te nihil attinere.

1. Εὐθὺς ἔν πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ.] Nulla in verbis difficultas, in re, maxima, ſi ad cruciatus & tormenta coporis extendas: quorum acerbitatem ſola opinione niti, & ad animum per ſe non pertinere, haud facilis perſuaſio eſt. Non defuere tamen hac etiam ætate celebres medici, qui hoc ipſum (referente Thuano, quorum libros eos quoque vidimus) tuerentur: nec ulla ætate defuerunt exempla cujuſcunque profeſſionis & ſectæ tum virorum tum mulierum, qui ſola animi *obſtinatione*, & quam vocant alii παρρησίᾳ muniti, diriſſima quæque, quæ ab iratiſſimis excogitari poterant, ſumma conſtantia ſine ulla doloris ſignificatione, toleravere. Martyrum priſci temporis, quamvis *obſtinationem* & illis iſtius ævi ethnici iniquiſſimè & imperitiſſimè, ut alibi oſtendimus, objicerent; alia longè ratio. Sed nos id nunc non agimus. *Caſaubonus.*

Πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ. *Cuivis viſo aſpero.*] τὸ τραχείᾳ nonnulli codices non habent, & meo judicio rectius omittitur: etſi φάρμακον σοφὸν adhibet Simplicius. Sunt enim φαντασίαι non tantum τραχεῖαι, aſperæ: ſed etiam λεῖαι, hoc eſt, leves & blandæ. Sed quia verba hæc minus exercitatis obſcura videntur, exemplo declaranda ſunt. φαντασίαν (quod viſum, aut viſionem Latini dicunt) appellat eas cogitationes, quæ ex rebus objectis oriuntur: ut ſi adoleſcenti ſtudioſo & pauperi formoſa & dives mulier deſpondeatur, phantaſia hæc ſtatim in eo excitatur, rem eſſe præclaram, paucis ſui loci atque ordinis talem offerri occaſionem: non igitur eſſe negligendam. ſpecies præclara eſt, incautumque facile decipit. Sed ſi idem paulo cordatior, ſecum reputet, Mulieres formoſas atque divites, laſcivas, ſuperbas, faſtidioſas, imperioſas eſſe: opes non ſine magna ſolicitudine conſervari: ſe deſpectui & deriſui fore affinibus, aut certè inviſum: ſi morem gerere velit uxori, aut læſurum valetudinem, aut alia graviora toleraturum:

ne-

neglecturum esse studia literarum: mulierculæ denique non tam amantis, quam prætextum libidinum suarum quærentis, fore mancipium: fortassis intelliget, id quod Epictetus dicit, dotatam & formosam mulierem non summum esse bonum, sed plane φαντασίαν & falsam speciem: Hesiodiæ Pandoræ instar, pyxidem malis omnibus refertam, secum afferentem. Idem esto judicium de phantasiis imperii, honoris, aliarumque rerum, quæ sæpius inani specie blandiri, quam revera beare solent. Eadem fere ratio est rerum tristium & adversarum, ut putantur, quæ sæpe in recessu multum boni habent, quod prima fronte nequaquam pollicentur: ut paupertas sobrios, modestos, industrios plerumque facit: opulentia luxuriosos, arrogantes, ignavos. *Wolfius.* τραχείας tamen φαντασίας habet Simplicius, quem vide.

2 Ἐστί.] Lege, ἐσί. *Wolfius.*

ϛ'.

Μέμνησο 1 ὅτι ὀρέξεως μὲν 2 ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς ἐκεῖνο, ὃ ἐκκλίνεις. Ὁ μὲν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίσει 3 περιπίπτων, δυστυχής. ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς 4 τὰ κατὰ φύσιν τὰ ἐπὶ σοί, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις περιπεσῇ. 5 νοσον δὲ ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις.

CAP. VI.

APpetitionis eam esse pollicitationem memento, fore ut consequatur id quod appetat: Aversationis, ne in id incidat quod aversetur. Is porro quem appetitio frustratur, infortunatus est: qui in id incidit quod aversatur, calamitosus. Itaque si ea solum aversêre, quæ eorum naturæ, quæ in tua potestate sunt, repugnant; in eorum, quæ aversaris, nihil incides: At si morbum averseris, aut mortem, aut inopiam; calamitatem subibis.

1 Ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία. *Appetitionis pollicitationem esse.*] Est prosopopœia quædam Cupiditatis cum homine colloquentis. Rudibus apertior esset oratio, si ita locutus esset: Cum aliquid appetis, fore speras ut id consequaris, & voti compos fias, & reliqua. *Wolfius.*

2 Ἐπαγγελία.] Cum Suidas ex vetere nescio quo ἐπαγγέλλειν pro αἰτεῖσθαι: & ἐπαγγέλλεσθαι ea notione (pro *poscere, cupere*;) ab omnibus agnoscatur: quis dubitet quin ἐπαγγελία hoc loco sit potius *postulatio*, quam *pollicitatio*? Certè, tantum abest, ut quæ cupiant homines, semper sibi polliceantur; ut non pauci præ desperatione animi & impotentia, ne vivere quidem sustineant. *Casaubonus.*

3 Παραπίπτων.] περιπίπτων legendum videtur, idem quod ἐμπίπτων. undè περίπτωσις, & περιπέτειαι τύχης. *Wolfius.*

4 Τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοι. *Quæ naturæ eorum, quæ in tua potestate sunt, adversantur.*] His adversantur utique, falsa opinio, pravus & corruptus appetitus, omnes animi perturbationes, quas in hominis esse potestate volunt Stoici: non ita fortassis, ut non exsistant (id enim Dei cujusdam potius quàm hominis fuerit) sed ut rationi obediant. *Idem.*

5. Νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυςυχήσεις. *At si morbum averseris, aut mortem, aut inopiam; calamitatem subibis.*] Ita optimè habebat Wolfiana editio, & ante eam utraque Veneta, Naogeorgiana, & Plantiniana. In Casauboniana legitur: Νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, θάνατον, ἢ πενίαν, δυςυχήσεις Sed operis id σφάλμα imputandum.

ζ'.

Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ 1 μεταθὲς ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν· τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἂν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἀτυχεῖν ἀνάγκη· 2 τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὐδὲν οὐδέπω σοι πάρεστι. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ, κούφως μὲν τοι 3 καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

CAP. VII.

AVersationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus, quæ in nobis sitæ non sunt: atque in eas transferes quæ naturæ eorum, quæ nostri arbitrii sunt, repugnant. Appetitionem autem hoc tempore prorsus auferto. nam si ea, quæ nostri arbitrii non sunt, desideraris, frustrari necesse erit. Ea vero quæ nobis parent, quatenus rectè possint expeti, nondum es assecutus. Sed eo tantum utitor motu animi, quo vel accedas ad eas res, vel ab iisdem recedas: verum leviter, & cum imminutione, & remisse.

1 Μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. *Transfer in ea quæ naturæ illorum repugnant, quæ in nostra potestate sunt.*] Videntur & hæc rudioribus obscura quæ dilucidiora essent, si scripsisset: Aversare falsas opiniones, stultas & pravas cupiditates, turpitudinem & dedecus. Hæc enim ut fugere, ita etiam effugere poteris. *Wolfius.*

3 Καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως.] Politianus, cum supputatione: Naogeorgus, cum exceptione. Sed quia Simplicius interpretatur, μετὰ τοῦ ἐνδιδόναι τι ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἄκρον ἐπιτείνειν, cedendo & laxando pau-

paululum, non ad ſummum intendendo: ego verti, cum imminutione. Etſi hæc tria, κούφως leviter, ἀνειμένως remiſſe, μεθ' ὑφαιρέσεως cum imminutione, ſynonyma fortaſſe ſunt ὑφαίρεσις certè ſignicare id poteſt, cum paulatim aliquid affectui ſubtrahitur. Si quis autem intelligere mavult, cum exceptione: ſenſus erit, ut opinor. Eâ conditione res vel appete vel averſare, ſi expetendæ fugiendæve ſint. Vult enim Epictetus, tirones philoſophiæ interdum Academico more ἐπέχειν καὶ διασκέπτεσθαι, cohibere aſſenſum, & amplius deliberare: & in ea ἐποχῇ, ἐλλείπειν μᾶλλον ἢ πλεονάζειν. hoc eſt, potius citrà reſiſtere, quam ultra progredi, ut monet Iſocrates. *Wolfius.*

Μεθ' ὑφαιρέσεως.] Wolfius, *cum imminutione*. Pridem autem eſt, cum non Wolfium quidem melioris vitæ compotem; (qui, quæ ſunt inſignis ejus eruditio, pari modeſtiâ juncta, ſtatim eum adaſſet, & gratias monentibus egiſſet: ſed Lugdunenſium Notarum auctores noſtris in Antoninum Notis publicè monuimus, *cum exceptione*, (non *imminutione*) veram eſſe interpretationem. Nam quod aliquis Simplicii auctoritatem hic objiciat; philoſophum agnoſco inſignem, de Epicteto, & Epicteti Lectoribus optimè meritum: ſed quia tamen in nonnullis à philoſophia remotioribus pueriliter hallucinatur: ut in iſtis, αὐδρίαντας θελαμβάνειν (num. LVII.) pluribus oſtendemus: ubi iterum Notarum iſtarum Lugdunenſium par in errore teſtatiſſimo pertinacia. Seneca de Benef. IV. 34. *Sapiens ad omnia cum exceptione veniet: ſi nihil inciderit quod impediat: ideo omne illi ſuccedere dicimus, &c. Imprudentium iſta fiducia eſt, fortunam ſibi ſpondere, &c. Exceptio autem ſine qua nihil aggreditur, & hic illum tuetur.* Antoninus idem cum ſæpe inculcet, ὑφαιρέσεως verbo, ut in hac re ſolenni & uſitato, ſemper utitur. Lib. IV. ὁρμᾷ μὲν (ſapiens, ſive recta ratio: πρὸς τὰ ἡγούμενα μεθ' ὑφαιρέσεως· τὸ δὲ ἀνθρωπαγόμυρον, &c. plenius & diſertius lib. ſeq. ὁρμῆς καὶ διαθέσεως ἡ γίνεται ἐμπόδια διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ τὴν ἀθεωρησίαν, &c. Idem lib. VI. Καὶ μέμνησο ὅτι μεθ' ὑπεξαιρέσεως, ὅτι τῶν ἀδυνάτων ἐκ ὀρέγε. idem lib. XI, ex Epicteto: Τέχνην ἔφη πρὸς τὸ συλλογίζεσθαι εὑρεῖν, καὶ ἐν τῷ πρὸς τὰς ὁρμὰς τόπῳ ἵνα μεθ' ὑφαιρέσεως, &c. Omitto quæ vir diligentiſſimus, Henr. Stephanus, ex aliis ſuper hac voce. *Cupiditatum diminutio*, & ſi quæ ſunt ejus generis, in Seneca aliiſve, alio pertinent, & hic prorſus ἀπροσδιόνυσα, ut ex inſpectis locis cuivis liquere poteſt. Politianus verterat, *cum ſupputatione*: quod Wolfius meritò mutandum credidit. *Caſaubonus.*

η'.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν ὁποῖόν ἐστι,

CAP. VIII.

SIngulis in rebus, quæ vel delectant, vel uſui ſerviunt, vel diliguntur, memento conſiderare cujuſmo-

ἀρχόμενος. 1 ἂν χύτραν στέργῃς, ὅπ χύτραν στέργεις. καταγίσῃς γὰρ αὐτῆς, ὑ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον σαυτῷ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς. ἀποθανόντος γὰρ αὐτῷ ὑ ταραχθήσῃ.

di ſint; exorſus à minutiſſimis. Si ollam diligis, te ollam diligere: nam ea confracta non perturbaberis. Si filiolum, aut uxorem, hominem à te diligi: nam eo mortuo, non perturbaberis.

1 Ἂν χύτραν στέργῃς. *Si ollam diligis.*] Etſi Epictetus, ut contemptor divitiarum, vilium rerum exempla profert, ut balnei, ut lactucarum, & aliorum id genus: tamen Simplicius aptius, ut opinor, verbum habet, ἂν χύτραν σείῃς, ὅπ χύτραν σείεις· Si ollam tractas, aut agitas, te ollam tractare: hoc eſt, rem fragilem, & agitationis atque alliſionis impatientem, ut & vitrum. Unde Mimographus: *Fortuna vitrea eſt: quæ cum ſplendet, frangitur.* Fortaſſis alluſit ad dolium Diogenis. *Wolfius.*

Wolfius in Notis lectionem profert ex Simplicio, quam aptiorem cenſet, ἂν χύτραν σείῃς, ὅπ χύτραν σείεις. Fortaſſe in aliqua parte Simplicii obiter iſta: proprio certè loco, id eſt, in hoc Epicteti caput, ut exhibet editio Salmaſii, nihil tale reperio: imò, ni me fallunt oculi, planè contrarium: οἷον ἐπὶ τῆς χύτρας διὰ τὴν χείαν ἀγαπωμένης; quod quid eſt quam στεγομένης? non certè, σειομένης paraphraſtes etiam, ἂν ποτήριον στέργῃς, ἂν χύτραν. In Arriano fortaſſe, aut aliquo vetere Codice ita repererat Wolfius, & fraudi fuit ei memoria (ut paſſim vel doctiſſimis) feſtinanti. Quare autem aptiorem iſtam lectionem crediderit Wolfius, non dicit, ſed eſt manifeſta, ſi quis obſervet, ratio, ex ipſo contextu petita. Statim enim initio, quæ chara cunque habent homines, trifariam diviſerat τὰ ψυχαγωγοῦντα· τὰ χρείας παρέχοντα· & τὰ στεργόμενα; id eſt, quæ naturali quadam ratione, ſeu inſtinctu diliguntur: ut Simplicius pluribus exequitur. Atqui χύτρα & ſimilia non poſſunt eſſe τῶν στεργομένων ſimpliciter & propriè, ſed ad ſecundum genus pertinent. Quod cum videret Simplicius, (qui tamen nihil objicit) ἐν χείᾳ & διὰ τὴν χείαν, quo ad ſecundum genus iſta pertinere intelligeremus, prudenter addidit. In tanto tamen veterum codicum conſenſu; confirmantibus etiam tum Simplicio, tum paraphraſeos (ut vidimus) auctore: nihil mutandum cenſeo: & quicquid hic eſt ἀκυρολογίας, ab ipſo eſſe Arriano. Sed nec τὸ σείειν adeò hic aptum ut mihi quidem videtur. Cum igitur hæc editio Lugdunenſis, quam fideliter exhibere nos profeſſi ſumus, τὸ σείειν, nulla reddita ratione, niſi quod Wolfii Notæ ſub alieno nomine totidem verbis apponuntur, exhiberet; nos quod in omnibus aliis (etiam Salmaſiana) nobis viſis, invenimus, revocandum cenſuimus. *Caſaubonus.*

θ.

Ὅταν ἄψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν λουόμενος ἀπίῃς, ὡσὰν ἐκχέῃ σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ. 1 τοὺς ἀποῤῥαίνοντας, 2 τοὺς ἐκπεσόμενους, τοὺς λοιδορεῖσθαι, τοὺς κλέπτοντας· καὶ ὅτως ἀσφαλέστερον ἄψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι, ἐνθὺς λούσασθαι θέλω, καὶ τηρῶ ἐμαυτὸν κατὰ προαίρεσιν καὶ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. καὶ οὕτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου, ὅταν γὰρ, ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμποδὼν προθύμως ἔσται, 3 διότι οὐ τοῦτο ἠθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τηρῶ ἐμαυτὸν κατὰ προαίρεσιν καὶ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα

CAP. IX.

OPus aliquod aggreſſurus, ipſe tibi ſubjicito, cujusmodi ſit illud opus. Si lavatum abieris, ea tibi proponito quæ fiunt in balneo: alios perfundi, alios loco pelli, alios convicia facere, alios furari. Sic tutius rem aggredieris, ſi ipſe tibi dixeris: Et ſtatim lavabo, & meum inſtitutum naturæ congruens conſervabo. Eodèmque modo in unoquoque negotio. Sic enim, ſi quid impedimento lavationi tuæ fuerit, in promptu erit: Equidem non hoc ſolum volui, ſed & inſtitutum meum, naturæ conſentaneum, tueri volui. Neque verò tuebor, ſi ea quæ fiunt, ægrè tulero.

1 Τοὺς ἀποῤῥέοντας. *Alios perfundentes.*] Id eſt, deſtillantes. Alii legunt, ἀποῤῥαίνοντας, ſeſe perfundentes: eodem ſenſu. *Wolfius.*

2. Ἐγκεκυλῖσθαι. *Loco pelli.*] Id eſt, ἐκκεκυλῖσθαι, quibus negotium faceſſitur. Alii ἐκκεκοιλῖσθαι, id eſt, ὠθεῖσθαι; eos qui premuntur, aut loco pelluntur. *Wolfius.*

3 Διότι οὐ τοῦτο.] Lege: Διότι ἀλλ' οὐ τοῦτο. Idem.

ι.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ 1 τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα, 2 οἷον θάνατος οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ

CAP. X.

HOmines perturbantur, non rebus, ſed iis quas de rebus habent opinionibus. Verbi cauſa: Mors non eſt malum; alioqui enim & Socrati ita viſum eſſet: ſed opinio de morte, quæ

θα-

θανάτου, ὅτι δεινὸν ἐκεῖνο, τὸ δεινόν ἐστιν. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, 4 ἢ ταραττώμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτοὺς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. 5 ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς. ἠργμένου παιδεύεσθαι, 6 τὸ ἑαυτῷ· πεπαιδευμένου, 7 τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

malum eam facit. Cum igitur impedimur, aut distrahimur: non alios culpemus, sed nosmet ipsos, hoc est, nostras opiniones. Alios accusare in calamitate sua, hominis est ineruditi: se ipsum, ejus qui eruditi cœpit: nec se, nec alium eruditi.

1 Τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. *Decreta de rebus.*] Et huic paradoxo mederur, ut potest, Simplicius. Consistere certè nullo modo potest, nisi aut graviora mala nos vitare, aut majora bona consequi putaverimus. Nam alioqui ista unica, misera illa quidem, & nescio quam efficax in casibus acerbissimis consolatio relinquitur, quæ apud Homerum exstat:

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Ζώειν ἀχνυμένους καὶ ἀτερπέα θυμὸν ἔχοντι.

Sic voluere dii, miseris mortalibus ævum
Esset ut & mœstum, & dura illætabile cura.

2 Οἷον θάνατος. Rectius Salmasiana, cum articulo, οἷον ὁ θάνατος.

Οἷον θάνατος οὐδὲν δεινόν. *In morte nihil est mali.*] Si aut anima cum corpore exstinguitur, aut in locum meliorem transfertur. Sed si pœnæ scelerum dandæ sunt, periculosæ plenum opus aleæ, ni veræ pietatis clypeo sis munitus. *Wolfius.*

4 Ἢ ταραττώμεθα, μηδέποτε.] Non facile divinare possum, unde Salmasius hanc lectionem hauserit, ἢ ταραττώμεθα, ἢ λυπώμεθα μηδέποτε, &c. Nullibi sanè sic legitur, & istius editionis præfectus τὸ λυπώμεθα insuper habuit.

5. Ἀπαιδεύτου ἐστίν. *Ineruditi est.*] Id est, ejus qui non consideret, quæ sui, quæ alieni juris sint: qui omnia suo arbitratu fieri postulat; id quod fieri neque potest, neque fortasse debet. *Wolfius.*

Ante vocem ἀπαιδεύτου Simplicius conjunctionem collocandam existimat. Τοῦτο συνεχὲς τῷ πρὸ αὐτοῦ ἐστιν· καὶ εἴπερ εἶχε τὴν, γὰρ, σύνδεσμον, ὡς λέγειν. ἀπαιδεύτου γὰρ ἐστιν ἔργον τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν. Hoc est: *Cohæret hoc cum superiore; sique conjunctione addita legeretur: Nam eruditi munus est, &c.*

6. Τὸ ἑαυτῷ. *Teipsum.*] Agnoscit enim culpam suam, simulque in id intentus est, ne denuo ad eundem lapidem impingat: hoc est, ne alienarum rerum jus sibi arroget. Nam in eo quod præcedit, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς, voces (ἄλλοις, & αὐτὸς) suam habent

habent ἔμφασιν. Dilucidius alio loco dicit, Per alium re non magis in calamitate esse posse quam in vitio: hoc est, eum solum esse calamitosum, qui malè sentiat & vivat: non eum, qui negligatur, aut malè tractetur ab iis. *Wolfius.*

7 Τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.] Salmasiana habet: Τὸ μήτε ἄλλῳ, μήτε ἑαυτῷ. Melius tamen aliæ editiones.

ιά.

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἄν, ὅτι καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. Σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. Τί οὖν ἐστι σόν; 1 χρῆσις φαντασιῶν. ὥσθ' ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῆς, τηνικαῦθα ἐπαρθήσῃ. 2 τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

CAP. XI.

NUlla aliena præstantia efferaris animo. Si equus semet jactans diceret, Sum pulcher: ferendum esset. Tu verò cum insolenter gloriaris, te pulchrum equum habere: scito, equo te bono superbire. Quid igitur est tuum? Usus visorum. Quapropter cum in usu visorum ita moratus fueris, quemadmodum natura postulat, tum effereris. Tum enim aliquo tuo bono lætaberis.

1. Χρῆσις τῶν φαντασιῶν. *Usus visorum.*] Obscuriora videntur hæc minus assuetis. Sed perindè est ac si diceret: in omnibus rebus non appetitum aut popularem opinionem, sed rationis judicium sequendum. Visis enim rectè uti, quid est aliud, quam de rebus omnibus rectè judicare, & rationi parere, non affectui? *Wolfius.*

2. Ultima hujus sectionis verba Salmasius hoc modo edidit: τῷ τε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. An bene? Judicet lector.

ιβ'.

1 Καθάπερ ἐν πλῷ τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστι, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι, ἢ βολβάριον. 2 τετᾶσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, 3 μήτοιγε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ.

CAP. XII.

QUemadmodum in navigatione, subducto navigio, si aquatum exieris, obiter fortassis etiam cochleolam colliges, aut bulbum: animo autem in navigium intento esse oportet, ac continenter sollicito, ne gubernator vocet ac tum il-

καὶ

καὶ τότε πάντα συνεῖναι ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα· ὅπως καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν δέδοται ἀντὶ βολβίου ἢ κοχλιδίου γυναικάριον ἢ παιδίον, ἐδὲν κωλύσῃ· ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς σκεῦνα πάντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος· ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῆς ποτὲ ἀπὸ πλοίου μακρὰν, ἵνα μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς.

la omnia relinquere, ut ne vinctus, tanquam oves in navim conjiciaris: ita etiam in vita, ſi tibi vice cochleæ aut bulbi, detur uxorcula & puer: nihil impediet. At ſi gubernator vocarit, curres ad navim, relictis illis omnibus: neque reſpicies. Quod ſi ſenex es, cave unquam à nave recedas longius; ne quando vocatus, deficias.

1 Καθάπερ ἐν λιμένι.] Melius in aliis, ut Plantiniana, Καθάπερ ἐν πλῷ: quod & Wolfius in verſione expreſſit. Paraphraſtes, ἐν πλοίῳ, non malè: ſed illud tamen magis probo. *Caſaubonus.* ἐν πλῷ, una è Venetis, Naogeorgiana, & Scheggiana, expreſſerunt.

Καθάπερ ἐν λιμένι τῷ πλοίῳ καθορμισθέντος. [Rectius hæc verba tranſtulit Salmaſianæ editionis præfectus, nempe: *Quemadmodum in navigando, in portum ſubducto navigio.*

2 Τεταμένος ἢ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον. *Animo in navigium intento.*] Aliter legitur, τάπεδαν δέ σε, ordinate vel componere te. Sed prius eſt ἐμφαλικώτερον: ſignificat enim illam animi propenſionem ſive extenſionem, qua in rem aliquam quaſi rapimur, aut extendimur. *Snecanus.*

3 Μήτοιγε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ.] Ita complures excuſi codices. Salmaſius legit; μήποτε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ. Si mei arbitrii res foret, legerem; μήτοι σε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, quod Wolfius pro varia lectione ſuæ editioni adjunxit.

4. Τρέχε.] Ita unaniter omnes, Salmaſiana vero peſſimè habet, τρέχειν.

5 Μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς. *Ne forte eo vocante deficias.*] politianus attexit. *Inque id vinctus conjiciaris. Qui enim volens non ſequitur, neceſſitate hoc patietur.* Quæ appendix nec in excuſis codicibus habetur, & eſt ſupervacanea. Loquitur enim non de externa vi, ſed de imbecillitate virium: quæ quo major ſit ingraveſcente ætate, eo paucioribus rebus animum eſſe occupandum: quod & iis vacare, & parere philoſophiæ ſit difficilimum. Homo cœlebs (ſi cætera paria ſint) & in vita paucioribus eſſe contentus, & æquiore animo diſcere e vita poteſt. marit um & patrem, tam viventem quam morientem, magis ſolicitant uxor, liberi, familia, quam ipſius ſalus. In hanc ſententiam ſcribit Cicero, tranquillitatem animi atq; ſecuritatem eo faciliorem eſſe philoſophis, quominus pareant multa in eorum vita, quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egeant: & quia, ſi quid adverſi eveniat, tam gra-

graviter cadere non poſſint. Navem, ſive philoſophiam, ſive vitæ inſtitutum intelligo: gubernatorem verò, Deum: cui qui vocanti non pareat, aut pro mancipio tractetur, aut planè deſeratur. *Wolfius.*

Politianus addit in verſione: *inque id vinctus conjiciaris. Qui enim volens non ſequitur, neceſſitate id patietur:* quæ ex meliore aliquo codice ab ipſo prompta eſſe, utut aliter cenſeat & diſputet Wolfius, fidem facit paraphraſis noſtra. Totidem enim & illa verbis: καὶ δεδεμένῳ βληθῇς· ὁ γὰρ ἑκὼν μὴ ἑπόμενῳ ἀνάγκη ταῦτα πείσεται. *Caſaubonus.*

ιγ'.

1 Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις. 2 νόσος, κώλυμά ἐστιν ἐμποδίου· ϖροαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. 3 χώλανσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, ϖροαιρέσεως δὲ οὔ. καὶ τοῦτο 4 ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε. εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ὂν ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, ϭ σοῦ δὲ οὔ.

CAP. XIII.

NE poſtules, ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri; ſed ſi ſapis, ita fieri quæque velis, ut fiunt. Morbus eſt corporis impedimentum; inſtituti non item, niſi ipſe velis. Claudicatio, pedis eſt impedimentum; inſtituti non item. Quod ſi ſingulis in rebus, quæ incidunt, conſideraris; invenies eas alterius cujuſpiam rei, non tui, eſſe impedimentum.

1. Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι, ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὖ ϖοιήσεις.] Argentinenſis codex paulò aliter, ἀλλὰ θέλειν, ὡς τὰ γινόμενα γίνεται. ut ſit, ζήτει θέλειν, id ſtude ut velis: quaſi dicat, Voluntatem tuam facilius mutabis, quam naturam rerum. καὶ εὖ ποιήσεις, verti, Si ſapis. quod ſi diſplicet, repone, & rectè facies. Eſt enim idem quod καλῶς ποιεῖν, approbandi formula hoc loco. εὖ ποιῶ σε, bene de te mereor: & εὖ ϖράττω, facile agito, benè mecum agitur: non ſunt hujus loci. *Wolfius.*

Salmaſiana & aliæ hunc locum hoc modo habent: Μὴ ζήτει τὰ γενόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις. Ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις. Hæc ita vertuntur: *Ne poſtules ea quæ fiunt, ita fieri ut tu vis: ſed ut fiunt, ita velis ea fieri: Sic omnia ſecunda tibi accident.*

Virum doctum ſuum judicium mirè diſtituit, cùm pulcherrimam & acutiſſimam ſententiam aliena verborum iſtorum καὶ εὖ ποιήσεις (*ſi ſapis*) verſione, non parum hebetavit ſimul & obſcuravit. politianus ante illum non malè, *& proſper eris*, Confirmat paraphraſis, καὶ ἀλύπως διάξεις. Imo totam hanc ſententiam felicius & argutius,

pro

pro argumento, Politianus: *Ne velis quæ fiunt, fieri ut vis: ſed velis quæ fiunt, ut fiunt, & proſper eris.* Multi veteres, qua Græci, qua Latini, verbis & ipſi rotundiſſimis, hunc ſenſum expreſſêre; quorum ſententiæ nobis alibi collectæ. Origeni (contra Celſum) haud abſimili concinnitate verborum, Hominis τελειότης, ἀπρεπῶς ἀβλέπειν καὶ γίνεσθαι ἐν οἷς εἴλετο. Ἓν ποιεῖν igitur hic, quod aliis ἓν πρόσπλεον. In editione quam ſequimur, invenimus ἐυρήσεις· ut & Salmaſiana: ex qua, ni fallor, huc derivatum. Aliter omnes aliæ, quas vidimus, veteres & recentiores. Sed nec in Plantiniana, quæ varias lectiones exhibet, reperitur. Quare nobis meritò ſuſpectum eſt: & vereor ne ex Simplicio petitum ſit, potius quam ex ſcripto Codice. Nec tamen inde ſequitur, ita reperiſſe Simplicium in Enchiridio, ſed ad vitandam ambiguitatem, quæ Wolfium in errorem induxit, conſultò, quod in Enchiridio repererat, τῷ, ἐυρεῖν, expreſſiſſe. Non laudo; cum ſic pereat acumen non contemnendum, quod in ambiguo verborum ſenſu latet. Quo alluſit & Ariſtoteles his verbis, ἀδύνατον τῷ μὴ τὰ καλὰ προέπεσθαι, καλῶς πρόπλειν. Hic quoque igitur faciendum duximus, ut vulgatam lectionem revocaremus: quamvis in Simplicio iterum in cap. LXXVIII. τὸ ἐυρήσεις. *Caſaubonus.* Vide tamen Gatakerum, Notis ad Antonini librum IV, 34.

2 Νόσος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον προαιρέσεως ἧττον.] Multa Stoicorum *paradoxa*, quæ prima facie ridicula, commodam tamen interpretationem admittunt: qualia, *Stultos omnes inſanire: ſapientes, ſolos eſſe divites: liberos:* addant & *formoſos*, (ſi velint:) & id genus alia. Sed quod hic aſſerit Epictetus, & alii paſſim Stoici; morbos corporis ad animum mentemve nihil pertinere, nec per illos obſtare, quin ſapiens ſua fælicitate, id eſt, plena ſolidaque mentis ſanitate fruatur: id ab omni ratione, & communi uſu tam remotum mihi videtur, ut non tam in eorum genere quæ *paradoxa* (ſeu ut Cicero vertit, *admirabilia*:) vocantur ponendum; quam fatuum & ridiculum videatur. Aut dicant & probent ſuos illos ſapientes febribus & deliriis nunquam tentare ſolitos: aut ſi à rabido cane morderentur, diris tamen affectibus animi non obnoxios fuiſſe, quibus alios paſſim corripi videmus. Quid quod vir ſummus Ariſtoteles, & rerum naturæ ſine exemplo (quicquid obſtrepent nonnulli: ſcientiſſimus; viros in quocunque genere præſtantiſſimos, domi foriſque laudatiſſimos; politicos, milites, (quorum exempla adfert, Herculem, Lyſandrum, Ajacem, Bellerophontem, Empedoclem, &c.) *atrabiliarios* pleroſque fuiſſe & furori, ſeu mentis alienationi, præter alios in quibus nihil non vulgare, obnoxios? Hic igitur excuſent Stoicos, quo poſſunt: ego nullum colorem video. *Idem.*

3. Χώλανσις σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον προαιρέσεως ἧττον. *Claudicatio pedis eſt impedimentum, non inſtituti.*] At dices, inſtituto conficiendi itineris (præſertim ſi jumentum aut vehiculum deſit) obſtat claudicatio. Reſpondebit Epictetus: Si præceptis meis parueris, non inſtitues iter, quod conficere non poſſis. Sic quo plura & majora fuerint impedimenta corporis eo magis appetitum contrahes, paucioraque ſuſcipies. At iſtud ipſum, inquis, eſt inſtituti impedimen-

mentum, eoque moleſtiſſimum. Negat Epictetus eſſe impedimentum nihil temere & fruſtra appetere: ſed id philoſophi proprium eſſe munus affirmat. Illud certe vel ſtultus intelligit, præſtare appetitum rationi obedientem præbere, quam irritis cupiditatibus æſtuare. At eſt factu difficile. Sic Deo viſum, cui, niſi ultro feceris, parebis invitus. Illud tamen Epictetus (ut ea quæ ſequuntur, docent) non vetat, quo minus commodis tuis, quatenus & natura poſtulet, & honeſte poſſis, conſulas. *Wolfius.*

4 Ἐφ' ἑκάστῳ.] Ita omnes editiones, excepta Salmaſiana, quæ habet: ἐφ' ἑκάστων.

5 Ἄλλα τινὸς ἐμπόδιον, σὸν δὲ οὔ. *Id alterius cujuſpiam rei, non tui eſſe impedimentum.* Si concederet, pedem eſſe partem corporis (neque vero negat) corpus vero hominis partem eſſe (quod negare videtur) impedito pede, corpus: corpore impedito, homo ipſe, ex parte ſaltem, impediretur. Quod ſi corpus inſtrumentum eſt hominis (qua de re plura ex Simplicio afferemus) negari certe non poterit, quin mutilato inſtrumento, imperfectior & incommodior futura ſit actio. Male pugnabis gladio, cui vel capulus vel mucro defuerit. Sed hæc differantur.

6 Σῇ δὲ οὔ.] Ita in variis editis codicibus reperitur. Aſt in Salmaſiana & aliis: σὸν δὲ οὔ.

ιδ'.

Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν φαινομένων, μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν· ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλῷ, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. 1 ἐὰν πόνῳ προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν· ἂν λοιδορίαν, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν· καὶ ὅταν ἐθιζόμενόν σε, 2 ὃ συναρπάζουσιν αἱ φαντασίαι.

CAP. XIV.

QUidquid inciderit, in eo memento, ad te converſus, inquirere, qua facultate ſis ad uſum ejus inſtructus. Si quem formoſum, formoſamve videris; ad eam rem temperantiæ facultas in promptu erit. Si labor objectus fuerit, tolerantiam reperies: Si convicium, patientiam invenies. Quod ſi te ira conſuefeceris, viſis non obtemperabis.

1 Ἐὰν πόνῳ προσφέρῃ.] *Si labor objectus fuerit.* Maluiſſem, *dolor*: cum jam olim Ciceroni obſervatum fuerit, Græcos πόνον pro *dolore* uſurpare: & ita paſſim apud Poëtas, alioſque. Quod autem Græcis objicit alicubi Cicero, carere eos voce quæ *dolorem*, ut à *labore* diſtinguitur, exprimat: quanquam multa opponit Jul. Scaliger, de Hiſt. animalium: non tamen ſine ratione eſt, cum ſæpiſſime in li-

me in libris Græcorum communi appellatione confundantur. *Caſaubonus.*

2 Οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι. *Viſis non obtemperabis.*] Hoc eſt, neque voluptati, neque dolori ſuccumbes: ſed pravas cupiditates atque affectiones, ſapientiæ virtutumque præſidio ſuperabis. *Wolfius.*

Οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.] Wolfius *viſis non obtemperabis.* Idem cap. XXII. μή σε ἡ φαντασία ζωναρπάσῃ, *ne te viſum illud moveat.* Cap. XXIV. μὴ ζωναρπάζέτω σε ἡ φαντασία, *ne te viſum illud moveat*: & ita paſſim (frequens in Epicteto vox:) his aut ſimilibus verbis, quæ vim Græci non ſatis exprimunt. Eſt enim in verbo συναρπάζειν τῆς ὀξύτητος (*velocitatis*) ut Arrianus lib. II. XVIII. exprimit: vel τῷ ἀιφνιδίῳ *ſubitis & repentini*: ut Simplicius alicubi, ſignificatio. Multum autem in eo ſitum eſt, ut intelligamus φαντασίας (ſive oblatas rerum ſpecies:) ut quæque ſe res oculis aut auribus offert, non ante munitos animos invadentes & occupantes, ſola celeritate prævalere. Eſt autem prudentis & cauti, ſubita ſemper ſuſpecta habere; cum vera ſapientia temporis & deliberationis ſit filia. Præterea, veræ libertatis amans animus, omnem vim tam quæ animo, quam quæ corpori infertur, non poteſt non abhorrere; & quocunque modo *rapi*, ſervile putare. *Dromo, Dromo, ſublimen hunc intro rape, quantum potes. Rape, inquam.* Plane ita phantaſiæ, ſi quis ſe illis præbeat, & rectam rationem, tanquam Ajacis clypeum, non opponat. Huc facit & Ariſtotelis obſervatio, *tarditatem*, generoſitatis & μεγαλοψυχίας indicem ſtatuentis. Hæc eo pluribus, ne Wolfium ſine cauſa reprehendere, aut de verbis, re caſſis, litem illi temere movere voluiſſe videremur. Præſtat igitur *corripi* verbo, cum Politiano; *vel tranſverſum agi*, cum aliis; vel alio quocunque verbo, quod aliquam velocitatis cum vi conjectæ ſignificationem habeat, exprimere. *Caſaubonus.*

Ad verbum, *non corripient te viſa*, quæ εἴδωλα vocant Græci communiter. *Snecanus.*

Salmaſius legit: ἐχ' ἁρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

ιέ.

Μὴ δέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. Τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; ἒκ ὧν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. Τί σοι μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπήτησε; μέχρι σὺ

CAP. XV.

NUmquam te quicquam perdidiſſe dicito, ſed reddidiſſe. Filiolus obiit? redditus eſt. Prædium eſt ereptum? an non id quoque eſt redditum? At improbus eſt qui eripuit. Quid id tua refert, per quem, is qui dederat, abs te repetierit? Sed

σὺν

ἂν δίδῳ, ὡς ἀλλοτρίῳ αὐτὸ ἐπιμελοῦ, ὡς τὸ πανδοχεῖον οἱ παριόντες.

quamdiu conceſſerit, tanquam alienum id curato, ut cauponam viator.

1 Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀποδοῦ.] Salmaſiana editio hoc loco auctior, habet: Τὸ παιδίον ἀπέθανεν: ἀπεδόθη· ἡ γυνὴ ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. Τὸ χωρίον, &c. Sed hujus editionis præfectus, cum multis in locis à Wolfiana verſione abeat, illam verborum appendicem in Latinum non tranſtulit.

2 Διὰ τίνα σε ὁ δὲς ἀπήτησε.] Salmaſiana, διὰ τί σε ὁ δὲς, &c. Hanc lectionem quoque Wolfius agnoſcit.

ιϛ'.

Εἰ προκόψαι θέλεις ἄφες τοὺς τοιούτους λογισμούς· ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, ἐγὼ ἔξω ἀφροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸν παῖδα, πονηρός, ἔσται. 1 κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γινόμενον, ἢ ζῆν σὺ ἀφθόνοις περιεστόμενον· κρεῖττον δὲ, τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σὲ κακοδαίμονα.

CAP. XVI.

SI quid proficere ſtudes, iſtiuſmodi cogitationes miſſas facito: Si mëa neglexero, non erit undè vivam: Niſi puerum caſtigaro, malus erit. Præſtat enim perire fame, timoris ac moleſtiæ expertem; quàm copiis omnium rerum circumfluentem, animo vivere perturbato. Et puerum malum eſſe præſtat, quàm te infelicem.

1 Κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γινόμενον. *Præſtat enim emori fame, ubi doloris & timoris expers evaſeris.*] Quæri non injuria poſſit, tantane conſtantia cadat in fragilitatem humanam, ut Saguntina (quod ajunt) fame non afficiatur? Deinde quod de puero dicit, niſi ita intelligatur, ut tum demum ejus cura abjiciatur, cum neque verbis neque verberibus quicquam profeceris: videbitur plena inhumanitatis oratio, & Timone μισανθρώπῳ quam homine philoſopho dignior, qui & ipſe aliquid ſtudii atque operæ ad conſociationem civilem afferre debet. Equidem exiſtimo ἀπερίσκεπτος eſſe, nimiæ ſolicitudinis reprimendæ cauſa uſurpatas. Quod ſi cavillari libeat, hypotheticam eſſe dices propoſitionem, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γινόμενον, ubi & dolorem & metum propulſaris: tum enim nec fame dolebis, nec mortem metues. ſed quando id fiet? Pauciſſima certe in omnibus hiſtoriis exſtant exempla; & quæ exſtant, ut Socratis, Anaxarchi, Diogenis, Demonactis, Lælii, Catonis, & aliorum, dubitari poteſt an ſint Græcorum ingeniis ornata vehementius, & ſupra veri fidem amplificata. *Wolfius.*

ιζ'.

Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπτεται οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία. προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται 1 μὴ ὑπακοῦσαι. καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις. 2 καὶ οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, 3 τό σε μὴ ταραχθῆναι.

CAP. XVII.

A parvis igitur auſpicare. Oleum effunditur? villum ſurripitur? Subjice tibi: Tanti vænit tranquillitas, tanti conſtantia: gratis autem nihil acquiritur. Cum vero puerum vocas, fieri poſſe cogita, ut præſto non ſit: &, ut ſit, nihil agat ex animi tui ſententia. Neque vero ei tam bene ſit, ut tuarum perturbationum habeat ille poteſtatem.

1. Μὴ ὑπακοῦσα.] Wolfius, *non præſto eſſe*: Politianus, *non audire*. Fortaſſe, μὴ ὑπωκ. pro παρακοῦσαι, id eſt, *non intellexiſſe*. Caſaubonus.

2 Καὶ οὐχ' οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς. *Neque vero ei eam benè ſit.*] Videtur potius ἔστω *vel* εἴη legendum; ut ſit ſententia, contemni potius puerum oportere, quam ejus ſive contumacia ſive inſcitia commoveri. Abſit, inquit, ut tu commovearis, cum ſtultus & improbus puer, ſive ex inſcitia, ſive de induſtria, peccaverit. *Wolfius.*

In aliis editionibus legitur: Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς. Et pro ἐστὶν αὐτῷ, Caſaubonus habet ἔστω αὐτῷ, Et benè monet Wolfius ita eſſe legendum.

3 Τό σε μὴ ταραχθῆναι.] Caſauboniana editio habet: τό σε ταραχθῆναι. Rectius apud Stobæum XCII. τὸ ἐμὲ ταραχθῆναι.

ιη'.

1 Εἰ προκόψαι θέλεις, 2 ὑπόμεινον, 3 ἕνεκα τοῦ ἐκτὸς 4 ἄνους δόξαι, καὶ ἠλίθιος. 5 μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. 6 κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. Ἴσθι γὰρ, 7 ὅτι οὐ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ κατὰ φύ-

CAP. XVIII.

SI quid proficere vis, ne recuſa, quo minus ob res externas amens & fatuus habearis. Ne quid ſcire videri velis. Quod ſi quis aliis eſſe videaris: ipſe tibi diffidito. Scito enim, facile non eſſe inſtitutum tuum in eo ſtatu, qui ſit naturæ conſentaneus,

σιν

σιν ἔχουσιν φυλάξαι, καὶ τὰ ἀλλότρια· ἀλλὰ [8] τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη.

conſervare, & res externas amplecti: ſed aliter non poſſe fieri, quin is, alterum qui curet, alterum negligat.

1 Εἰ προκόψαι θέλεις. *Si proficere vis.*] Scilicet, in philoſophia & animi cultura. Eam enim προκοπὴν ſeu profectum intelligit, qua tranquillitas animi & libertas augeatur. *Wolfius.*

2 Ὑπόμεινον ἕνεκα τοῦ ἀλλοτρίους ἄνους δόξαι. *Ne recuſa propter externa videri amens.*] Qui enim voluptates, opes, honores minus curat, præſertim ſi illa conſequi liceat; vulgo ſtultus habetur. *Idem.*

3. Ἕνεκα τοῦ ἀλλοτρίους.] Scrib. τῶν ἀλλοτρίων, ut in Salmaſii editione. Paraph. ἀλλὰ τοῖς ἀλλοτρίοις, non male. Qui dicanturiu N. T. ſed & Ethnicorum libris, οἱ ἀλλότριοι, Chriſtianus lector non (opinor) docendus. Optimus ſic quoque ſenſus. Sed obſtat huic lectioni, quod hoc iterum capite, τὰ ἀλλότρια; ubi iterum Paraphr. τοῖς ἀλλοτρίοις ἀρέσκειν. Sed eodem res redit. Externas enim res ament neceſſe eſt, qui vulgo hominibus placere aut probare ſe ſtudent. Hinc eſt, quod avari, & cumulandis per fas & nefas opibus intenti, ſoli ſapientes apud vulgus audiunt. *Caſaubonus.*

4 Ἄνους δόξαι.] Salmaſius legit cum aliis, ἀνόητος δόξαι.

5 Μηδὲν βέλτιον.] Wolfius & Salmaſius legunt: Μηδὲν βέλτιον.

6 Κἂν δόξῃς πισὶν εἶναί τις.] In quibuſdam codicibus reperitur: Κἂν δόξῃς τινὸς εἶναί τισι. Sed tum deeſſe videtur ἄξιος, *dignus aliquo*: ſed non eſt opus, ſi, ut cæteri codices habent, pro τινὸς, τὶς legatur. *Wolfius.*

7 Οὔπω ἑῴδιον.] Male in Salmaſiana: ὡς ἑῴδιον.

8 Τὸν ἑτέρου.] Ita omnes editiones præter Salmaſianam, quæ habet: τοῦ ἑτέρου.

ιθ'.

[1] Ἂν θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου [2] πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ· τὰ γὰρ μὴ ἐπί σοι, [3] θέλεις ἐπί σοι εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ· [4] θέλεις γὰρ τὸν κακίαν, μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό τι. ἂν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυ-

CAP. XIX.

SI in id ſtudes, ut liberi tui, uxor, amici, perpetuo vivant & floreant, ſtultus es. Nam quæ in tua poteſtate non ſunt, ea in poteſtate tua eſſe vis, & aliena eſſe tua. Sic etiam, ſi puerum peccare non vis, ſtultus es. Id enim poſtulas, ut vitium non ſit vitium, ſed quiddam aliud. At ſi eo quod

χαίνειν, τοῦτο δυνάσαι. ς τοῦτο ἓν ἄσκει, ὃ δυνάσαι.

appetis, fruſtrari non vis: hoc quidem potes. Ergo, quod potes, in uſum voca.

1. Ἂν θέλῃς.] Salmaſiana, ἐὰν θέλῃς. Et infra, ἐὰν ᾖ θέλῃς, quæ lectio aliis præferenda videtur.

2 Πάντοτε ζῆν.] Wolfius, *perpetuo vivant & floreant*: ex aliquo, [ut conjicio ego, Manuſcripto, quamvis in nullo editorum mihi repertum. Sed nec Simplicius in ſuo Codice reperiſſe videtur; ita tamen & Paraphraſis: πάντοτε ζῆν καὶ ὑπερέχειν. *Caſaubonus.*

3 Θέλεις.] Quidam codices male: Ἐὰν θέλεις. *Idem.*

4 Θέλεις γὰρ τὸν παῖδα μὴ εἶναι παῖδα. *Id enim poſtulas, ut vitium non ſit vitium.*] Innuit opinor, pueros & omnes mortales natura eſſe vitioſos: nec vitia propulſari, niſi per philoſophiam, cujus non ſatis capax ſit tenera & rudis ætas: quæ ut caſtiganda ſit, non tamen ſit abjicienda. *Wolfius.*

5 Τοῦτο ἓν ἄσκει, ὃ δύνασαι.] In editionibus quas ego cunque vidi Wolfianis, ut & Salmaſiana, & Plantinianis, omiſſa eſt horum verborum verſio Latina. Quæ hic addita eſt, Wolfii ſit, an alterius, neſcio. Non eſt tamen quod Græca ſuſpecta Lector habeat, cum in omnibus editis, mihi viſis, exemplaribus reperiantur. *Caſaubonus.*

κ'.

1 Κύριος ἐκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελωμένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ προσποιῆσαι ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φοβείτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μή, δουλεύειν ἀνάγκη.

CAP. XX.

CUjuſque dominus is eſt, qui ea quæ ipſe vult, aut non vult, poteſtatem habet vel conſervandi, vel eripiendi. Quisquis igitur liber eſſe volet, neque cupiat quicquam, neque averſatur eorum quæ penes alios ſunt. Sin minus, ſervire neceſſe erit.

1 Κύριος ἐκάστου ἐστὶν ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου. *Cujuſque dominus eſt is, qui cupiditatum ejus.*] Quam multos ergo Fortuna dominos nobis impoſuit? Quanto plures ipſi nobis imponimus, inſatiabili caducarum rerum cupiditate? *Wolfius.*

κά.

Μέμνησο, ὅτι [1] ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατά σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν γένηται κατά σε. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχάς, οὕτω πρὸς πλοῦτον, καὶ ἔσῃ ποτὲ [2] ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ [3] παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως [4] θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

CAP. XXI.

Memento, sic in vita esse versandum, tanquam in convivio. Si quid circumferendo ad te pervenerit, porrecta manu partem modeste capito. Præterit? Ne detine. Nondum adest? Ne longe appetitum extendito: sed expecta, dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, sic erga conjugem, sic erga magistratus, sic erga divitias si affectus fueris; aliquando dignus eris convivio Deorum. At vero si oblata etiam non acceperis, sed despexeris, non conviva Deorum modo, sed & imperii consors, eris. Sic enim cum facerent, Diogegenes, Heraclitus, & similes, merito divini ut erant, ita & dicebantur.

1 Ὡς ἐν συμποσίῳ.] Addit Paraphrasis οὕτως ἐν βίῳ, quod sententia requirit, & cujus defectus Politianum à vero sensu abduxit, ut verteret, *Memento oportere te in convivio versari*: Wol. autem ex ingenio, an vetere aliquo manuscripto libro suppleverit, incertum mihi. Mox pro κάτεχε Paraphrasis, κατάτρεχε: Sed nihil opus. *Casaubonus.*

2 Ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. *Diis dignus compotor.*] Significat, Externarum rerum despicientiam divinum esse quiddam, & reddere Deo similem. *Wolfius.*

3 Παραθέντων σοί. *Ubi tibi apposuerint.*] Simplicius, παρατεθέντων, appositis: Sed & alterum ἐλλειπτικῶς ferri potest, si intelligas, τῶν μαγείρων τὰ σιτία, si coqui vel ministri fercula tibi apposuerint. *Idem.*

4 Θεῖοί τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο. *Divini ut erant, ita & dicebantur.*] Insolenter utique & imperite. Quam enim infinito intervallo vel præstantissimus homo ab extrema umbra divinitatis abest? *Idem.*

Ὑπερβολικῶς dicitur. *Snecanus.*

κβ.

κϛ'.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς πινα 1 ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότος τὰ ἑαυτοῦ, ϖροσέχε, μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ, τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαχώρισον ϖρὸς σεαυτόν, 2 καὶ λέγειν ἔσω ϖροσχείρου, ὅτι, τοῦτον ϑλίβει, ἀ τὸ συμβεβηκὸς, 3 (ἄλλον γὰρ ἀ ϑλίβει) ἀλλὰ τὸ δόγμα 4 τὸ ϖερὶ τούτων. 5 μέχρι μὲν τοι λόγου μὴ ὀκνῇ συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν ἄρα τύχῃ, συνεπιστενάξαι. ϖροσέχε μέντοι, μὴ ἔσωθεν 6 συνεπιστενάξῃς.

CAP. XXII.

CVm ejulantem quempiam videris in luctu, ſive peregre profecto filio, ſive rebus amiſſis: cave ne te viſum illud moveat ut exiſtimes verſari eum in malis ob externa: ſed ſtatim ipſe tecum diſtinguito, ſitque in promptu ut dicas: Iſtum affligit non caſus ille (alium enim non affligit) ſed concepta de eo opinio. Ac oratione quidem tua ejus perturbationi ſubſervire, ne dubita; atque adeo, ſi res ita tulerit, congemiſcere. Cavebis autem, ne intrinſecus etiam congemiſcas.

1 Ἐν πένθει.] Id eſt, *moerenti filio*: aut alio quoquam de chariſſimis: ut ſunt, uxor, parentes, liberi. Ita enim vox πένθος propriè hic accipienda eſt: quod neque Politianus neque Wolfius videntur advertiſſe. Simplicius optime: Ὅταν ἴδῃς, φησὶ, κλαίοντα ἴδῃς ἢ ὡς ἀποδημοῦντος αὐτοῦ τέκνου, ἢ ὡς ἀπολωλεκότος τὰ αὐτοῦ. Nec multo aliter Duviarius, vir doctiſſimus, non eodem quamvis ordine: *Si vous voyez quelqu'un en deuil qui pleure, ou pour ce que ſon fils s'en eſt allé voyager, ou bien eſt mort, &c.* Sed planior & dilucidior Epicteti oratio fuiſſe (qualem ſi reperiſſent viri docti, aliter haud dubie quam fecerunt vertiſſent:) ſi ex Paraphraſte reſcribamus, ἐπὶ πένθει; non ἐν πένθει. *Caſaubonus.*

2 Καὶ λέγειν ἔσω ϖροσχείρου.] In Salmaſiana legitur: καὶ ἔσω ϖροσχείσον, abſque verbo λέγειν. Nec aliter apud Stobæum ſermone. CCLIIII.

3 Ἄλλον γὰρ ἀ ϑλίβει.] ἔστι ἄλλα ἃ οὐ λυπεῖται. Alium non angit: quia non tangit. *Facile omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. Tu ſi hic ſis, aliter ſentias.* Alterius vulnera & cædem ſpectare ſine dolore corporis poſſumus, ſed ipſi non ſine acerbiſſimo doloris ſenſu vulneramur & cædimur. Byzantinum incendium, peſtis, terræmotus, ſeditio, bellum, te Romæ degentem non angit, quia non tangit. At vero,

Et tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Sed

Sed hæc eorum querela est scilicet, quibus persuaderi non potest, corpus, opes, uxores, liberos, non esse ipsorum, sed juris alieni. Secus Hiob, qui opibus & liberis amissis laudavit Deum, qui ea quæ dedisset, abstulisset. *Wolfius.* Stobæus pro τοῖς ἐκτὸς scribit ἀνθρώπου. & ista διαίρει παρὰ σεαυτῷ prætermisit: ὡς ἐν κακοῖς ὄντος ἀνθρώπου. ἀλλ' εὐθὺς πρόχειρον ἔστω, ὅτι τοῦτον θλίβει, οὐ τὰ συμβεβηκότα (ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει) ἀλλὰ τὰ δόγματα. Recte.

4 Τὸ περὶ τούτων.] Ita Wolfius & Casaubonus: sed Salmasius habet: τὸ περὶ τούτου.

5. Μέχρι μὴ τοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, *Verbotenus illi te accommodare ne dubita.*] Sententia est. Ne dubites illius affectui & verbis & suspiriis subservire, ac dolorem præ te ferre. Remittit hic aliquid Epictetus de Stoica severitate καὶ ἀπαθείᾳ, vel potiùs ἀσυμπαθείᾳ, qua vehementer offenduntur ii, qui in malis sibi esse videntur: nec simulationem improbat. *Idem.*

6 Συνεπιστενάξῃς.] Stobæus, quem sequitur Salmasiana editio, στενάξῃς.

κγ'.

Μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, 1 οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος. ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακροῦ. ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστι τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου.

CAP. XXIII.

Actorem esse fabulæ talis, qualis magistro probata fuerit, te memento: si brevis, brevis; si longa, longæ. Si mendicum agere te voluerit; fac eam quoque personam ingeniosè repæsentes Ita si claudum, si principem, si plebeium. Hoc enim tuum est, datam personam benè effingere: eam autem eligere, alterius.

1 Οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος. *Qualem voluerit magister.*] Hoc est, ὁ ποιητὴς, εἴτε κωμῳδοποιὸς, εἴτε τραγικός· poëta, sive Comicus, sive Tragicus Sic in vita Sophoclis, ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκή Edidit fabulas centum & viginti tres. Quod ad rem ipsam attinet, idem Epigramma Græcum docet.

Σκήνη πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν.
Τὴν σπουδὴν μεταθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

Vita quid est? jocus & ludere disce
Curis sepositis: vel cruciare miser.

Nazianzenus idem fere significat, sed majore gravitate & pietate, his versibus, dignis qui memoriæ mandentur:

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάμπαν,
Μηδέ σε νικήσῃ ὧδε κακότητα δάμας.
Τοῦτος μὲν βίοτος. ὁ δ' ὄλβιος, ὡς ἐν ὀνείρῳ
Τέρπεται· ἀλλοίη δ' ἄλλον ἔκυρσε τύχη.
Μίμνας ἢ ζωῆς καθαρῆς βίοτον ἔμπιδος αἰεὶ,
Καὶ πολύς, ὃν ζώειν ἐσθλὸν ἀρειότερον.

Mens age ſuſpice, terrenas age deſpice ſordes,
Corporis à vitiis neu ſubigare cave.
Quam brevis eſt hæc vita? beatos ſomnia ludunt.
Sors vaga ſic alios, ſic alioſque rotat.
Vita diu durat, nullo peritura ſub ævo,
Sancta: labor fructu non caret ille ſuo. Wolfius.

1 κδ'.

CAPVT XXIV.

2 Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον 3 κεκράγῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει σεαυτὸν, καὶ λέγε, ὅτι, τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τοῦ σωματίου μου, ἢ τοῦ κληδονίου μου, ἢ τοῦ δοξαρίου, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί· ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν, ὠφεληθῆναι ὑπ' αὐτοῦ

SI corvus inauſpicatum crocitarit, ne te viſum illud moveat, ſed ipſe tecum divide ſtatim, & dic: Nihil iſtorum mihi portenditur; ſed aut corpuſculo meo, aut reculæ meæ, aut exiſtimationi, aut liberis, aut uxori: mihi autem fauſta omnia portenduntur, ſi ego voluero. Quicquid enim iſtorum acciderit, ex eo penes me eſt, fructum ut capiam.

1 Cenſet Simplicius caput vigeſimum quartum ante vigeſimum tertium eſſe collocandum. Verba ejus: Τοῦτο οἶμαι τὸ κεφάλαιον τῷ προτέτακται ἂν τάξιν, εἰ προὐχώρησεν ἔχειν τῇ προσηκούσῃ εἰρμοῦ ἐτέτακτο μετὰ τὸ πρὸ αὐτοῦ, ἧς ἀρχὴ, ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ πένθει.] Hoc eſt: *Caput hoc, meaquidem opinione, ſi præpoſitum ſuperiori fuiſſet, ſuum locum tenuiſſet, poſt id quod præcedit, cujus initium eſt: Cum ejulantem quempiam videris in luctu.*

2 Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ. *Si corvus inauſpicatum crocitarit.*] Auguriorum & auſpiciorum loco nos Aſtrologiam habemus: quæ ſi ex annuis revolutionibus & ſiderum progreſſionibus incommoda & pericula minitabitur, Epicteti conſilio, & piis precibus adjunctis, utamur. *Wolfius.*

3 Κεκράγῃ.] Sola Salmasiana, κράξῃ.

4 Καὶ λέγε, ὅτι, τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται. *Et dic: Nihil istorum mihi portenditur.*] Hic apertè in hortos platonis digreditur, qui animam tantum volebat esse hominem. *Snecanus.*

5 Ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ. *Fructum ex eo ut capiam.*] Quia.

Omnis commoditas sua fert incommoda secum:

& contra. Extrema vero mala, & omni consolatione majora, ut ferenda sint, Arrianus docet. *Wolfius.*

6 Ἀπ' αὐτοῦ.] Salmasius & alii ὑπ' αὐτοῦ.

κέ.

1 Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπί σοι νικῆσαι.

CAP. XXV.

Invictus esse potes, si in nullum certamen descendas, quod vincere, tui arbitrii non est.

1 Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι. *Invictus esse potes.*] Pendet & hoc dictum è divisione rerum initio facta. Vincuntur, qui res alienas expetunt: hoc est, eas quæ ad corpus pertinent, & in manu fortunæ sunt. Vincunt, qui pravas opiniones & cupiditates oppugnant, modo legitime certent. *Wolfius.*

κϛ'.

Ὅρα μήποτε ἰδὼν τινα προτιμώμενον, ἢ μεγαλοδυναμούμενον, ἢ ἄλλως εὐδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, 1 ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. 2 ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ, οὔτε ὁ φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει. Σὺ δὲ αὐτὸς οὐ στρατηγὸς, οὐ πρύτανις, ἢ ὕπατος εἶναι θελήσεις, ἀλλ' ἐλεύθερος. μία δὲ ὁδὸς 3 πρὸς ταῦτα, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐπ' ἡμῖν.

CAP. XXVI.

SI quem eximiis honoribus affectùm, aut ampla potestate præditum, aut alioqui florentem, videris; vide ne quando beatum illum prædices, visorum impetum secutus. Nam si in rebus nostræ potestati subjectis vis tranquillitatis constiterit, nec invidia nec æmulatio locum habebit; tuque ipse non imperator, non senator, non consul esse voles, sed liber. Ad eam autem rem via unica est; eorum, quæ in potestate nostra non sunt, contemptio.

1 Ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. *Visorum impetum Secutus.*] priores omnes quas vidi edit. Veneta, antiquior; Plantiniana, recentior aliæ; συνεπαρθείς exhibent: Salmasiana, (ex codice, an conjectura incertum:) ut hic συναρπασθείς: quod quidem quia quasi solemne in hoc argumento verbum Epicteto, (proximo quoque capite repetitum;) aliisque; & confirmat etiam Paraphrasis, verius esse crediderim. *Casaubonus.*

2 Ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ. *Nam si in rebus nostræ potestati subjectis, vis tranquillitatis constiterit.*] ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς, idem quod αὐτὴ ἡ ἀπάθεια, quam (Ciceronem secuti) vel indolentiam (etsi ea potius ἀναλγησία est) vel vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita sit, vel vacuitatem ab angoribus & perturbationibus, appellemus licet. Sententia est, etsi verbis oscurioribus more Stoico prolata: Eum qui bona omnia à seipso petat, animo esse tranquillo: qui tranquillo animo sit, eum nec invidere, nec æmulari. Cum enim ἀπάθεια perturbationes omnes excludat: invidiam utique & æmulationem etiam excludere. Sin hi affectus in aliquo dominentur: ex eo plane colligi, procul eum ab animi tranquillitate abesse, nec philosophiæ præceptis obtemperare. Sed cum apud Arrianum hujus quoque libelli, Simplicio si credimus, auctorem, nunquam τὴν οὐσίαν τοῦ ἀπαθοῦς me legisse meminerim: rectius id arbitror, quod ibi crebro habetur ἡ οὐσία τἀγαθοῦ. *Wolfius.*

Ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ.] Satis miror doctissimum Wolfium, non hujus tantum Enchiridii, sed Arriani, & Simplicii interpretem, non vidisse corruptum hunc esse locum, & pro τοῦ ἀπαθοῦς (cui non est hic locus) τοῦ ἀγαθοῦ scribendum esse Poterat, ut rem ipsam omittamus, sufficere Simplicii authoritas; cujus hic verba: εἰ γὰρ τὸ ἀνθρωπινὸν ἀγαθὸν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἐστίν, &c. Paraphrastes etiam: Ἐὰν τε γὰρ διὰ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ, &c. Sed ut etiam contentiosis (sunt enim quibus etiam certissima, si qua possunt, eludere, dulcis labor:) fiat satis: apponemus aliquot Arriani, sermonum Epicteti collectoris, loca, quæ quod volumus, evincant l. 1. c. 20. Οὐσία δ' ἀγαθοῦ, χρῆσις οἷα δεῖ φαντασιῶν. Ibid. cap. 29. Οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ, προαίρεσις ποιά· & iterum eodem cap. de Socrate; Ποῦ οὖν ἡ οὐσία αὐτῷ τοῦ ἀγαθοῦ; lib 11. caput octavum totum ejus argumenti; cujus inscriptio: τὶς οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ. & in ipso capite non semel, οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ lib. 111. cap. 23. aliis 24.) τὴν δ' οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, &c. lib. 11. cap. 10. Ἡ δ' οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, &c. Denique capite extremo, verbis ultimis: ταύτην οὐσίαν ἔχω τοῦ ἀγαθοῦ. σὺ δ' ἀλλὰ, &c. Poteram & Simplicii locos apponere: sed vereor ne nimia sedulitas lectoribus ingrata & fastidiosa sit. Quis autem dixerit, οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς, nondum observavi. Quid quod Gallici interpretes, primus & secundus vel ita in suis codicibus repererunt, vel ex ingenio, rebus ipsis eo ducentibus, ita correxerunt? *Car si la substance du bien est es choses qui sont en nous:* ita primus, verbum verbo reddens: quod doctissimus & politissimus Duviarius, *Car si le vray bien ne consiste qu'es choses qui sont en nostre puissance:* multo melius, & elegantius. Sed & Wolfius in Notis (quod his scriptis,

ſcriptis, poſtea animadverſum eſt à nobis : veram ſcripturam tandem ſubodoratus eſt. *Caſaubonus.*

Certe Wolphiana editio, Coloniæ anno MDXCVI excuſa, & Cantabrigiæ anno MDCLV. ad prælum revocata, hunc locum ita exhibet : ἡ ἐσία τῦ [ἀγαθῦ] ἀπαθὲς ἦ. Animadvertebat enim tunc temporis vir doctus hunc locum in mendo cubare, uti ex textu & notis obſervare licet.

3 Πρὸς ταῦτα.] Lege, πρὸς τῦτο. Quam ſcripturam et I. Schegkius & H. Wolfius inter variantes annotarunt.

κζ'.

Μέμνησο, ὅτι ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τῦτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν ἓν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ἠρέθισε. τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, 1 ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι· ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνον καὶ ἀμετεβλήτης τύχῃς, ῥᾴων κρατήσεις σεαυτῦ.

CAP. XXVII.

Memento, non eum qui convicietur aut verberet, auctorem eſſe contumeliæ : ſed opinionem de eis, tanquam contumelioſis, conceptam. Cum igitur te quiſpiam irritarit, opinione tua te irritatum eſſe ſcito. Quapropter imprimis operam dato, ne viſa tibi aſſenſum extorqueant. Nam ſi ſemel tempus & moram impetraris : facilius ipſe tibi imperabis.

1 Ὑπὸ τ᾽ φαντασίας μὴ συναρπασθῶμ.] Ita Veneta (cui Simplicius adjunctus) Wolfiana, Salmaſiana, Caſauboniana. Cæterum altera Veneta, Naogeorgiana, Scheggiana. Plantiniana, ὑπὸ τῇ φαντασίᾳ μὴ συναρπασθῶμ.

κή.

Θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, περὶ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν· μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ ὐδὲν ὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, 1 ὅτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

CAP. XXVIII.

Mors & exilium, & omnia, quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie verſentur : omnium verò maximè mors. Sic nihil unquam humile cogitabis, nec impensè cupies quicquam.

1 Οὔτε

1 Οὔτι ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός. *Neque quicquam vehementer appetes.*] Syracides, cogitationem mortis & divini judicii, peccando deterrere affirmat. Quod si facit: multo magis æquo animo res adversas ferre, secundasque contemnere docet, ob brevem scilicet earum & dolorem & fructum. Sic Cicero: *Omnis* (inquit) *voluptas pro nihilo putanda est, quod cum præterierit, perinde sit, ac si nulla fuisset.* Sed in magnis corporis cruciatibus & angoribus animi, una hora toto anno videtur longior, & unus dies multis sæculis. *Wolfius.*

κθ'.

Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι, ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ, πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; 1 σὺ δὲ ὀφρῦν μὲν μὴ σχῇς. τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος 2 εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σου πρότερον, οὗτοί σε ὕστερον θαυμάσουσιν. ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

CAP. XXIX.

Sapientiæ studium suscipere cupis? Statim te para, quasi futurum sit, ut deridearis: ut multi te subsannent: ut dicant, te subito philosophum extitisse: ut rogent, unde supercilium istud? Tu autem supercilium ne habeto: ea vero quæ optima tibi videbuntur, sic teneto, quasi à Deo sis in ea statione collocatus. Cæterum memento, te, si in eodem statu permanseris, iis tandem admirationi fore, qui te prius deriserunt. Sin eis succubueris, dupliciter fore deridendum.

1 Σὺ δὲ ὀφρῦν μὲν μὴ σχῇς. *Tu autem supercilium ne habeto.*] Vultum cogitabandum, tristem severitatem, ac fastum, per supercilium intellige. Hanc autem fuisse philosophorum habitum e Menandri dicterio apparet: εὐρετικὴν (inquit) εἶναι φασὶ τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες: *Meditationi aptam esse ajunt solitudinem, ii qui supercilia erigunt* Wolfius.

2 Εἰς ταύτην τὴν τάξιν] Uterque codex Venetus exerte τὴν τάξιν. Nec aliter Basileensis anni MDLIIII, nisi quod ad oram libri posuit χῶραν. Græcum exemplar Naogeorgi habuit χῶραν, ideoque in textum recepta hæc scriptura. Wolfiana & Plantiniana hujus lectionis etiam meminerunt: quarum ista uncis inclusit, hæc asterisco notavit. Habet vero parilem significationem, hoc quidem in loco, τάξις & χώρα. Sic Thucydides lib. IV. αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινὰ χώραν βιαζόμενοι, pro, Stationem suam vel locum relinquere. Ibidem,

κτ

καὶ χώραν μένουσι ἐπὶ τῇ Πύλῳ. Et libro II. quum dixiſſet, χώραν μὴ λείποντες, ſubjicit, ἢ ἄν τίς σοι ταχθῇ. Sed de his alibi.

λ'.

1 Ἐὰν ποτέ σοι γένηται ἔξω τραφῆναι, ὡς τὸ βελτίωσι δόξαι τινί, 2 ἴσθι ὅτι ἀπόλεσας τὸ ἔνστασιν. ἀρκεῖ δέ σοι παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος. 3 εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλῃ, τῷ εἶναι σεαυτῷ φαίνε καὶ ἱκανὸς ἴσθι.

CAP. XXX.

SI quando acciderit, ut foras promineas, & alicui placere cupias; te de ſtatione tua dejectum eſſe ſcito. Quare in omnibus rebus illud tibi ſatis ſit, te eſſe philoſophum. Sin alicui etiam videri philoſophus cupis; tibi videre, idque tibi ſatis eſto.

1 Ἐὰν ποτέ σοι γένοιτο ἔξω τραφῆναι. *Si quando tibi acciderit foras verti.* Gloriolæ cupiditatem & oſtentationis ſtudium, qui affectus tardiſſime in bonis & doctis etiam viris ſeneſcit, vetat. Vult, philoſophum ſeſe intra conſcientiæ ſuæ limites, tanquam cochleam intra teſtam continere, eamque ampliſſimum virtuti ſuæ theatrum proponere, ſtatuere ac judicare. *Wolfius.*

2 Τὸ ἔνστασιν ἀπόλεσας. *Te de ſtatione tua dejectum eſſe.*]ἔνστασις apud Dialecticos quid ſit, notum eſt. Hic à pugilibus tranſlatio ſumpta eſt, qui de gradu dejecti vincuntur. Licet ἔνστασιν, inſtitutum vertere: id ſcilicet, in quo homo animo, voluntate ac ſtudio ſic inſiſtit, ut pugil aut miles in ſuo gradu, non ceſſurus adverſario, ἔνστασις philoſophi eſt, alte ſpectantem, & ad illam ſedem & æternam domum contuentem, neque ſermonibus vulgi dare ſeſe, nec in præmiis humanis ſpem ponere rerum ſuarum. Suis illum illecebris oportet ipſa virtus trahat ad verum decus, ut ait Cicero. In hanc ſententiam D. quoque Baſilius præclare monet: οὐκ εἶναι ὃ μᾶλλον φευκτέον ἐστὶ τῷ σωφρονοῦντι, τὸ πρὸς δόξαν ζῆν, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα σπουδαιεῖν, καὶ μὴ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίου. ὥστε πᾶσιν ἀνθρώποις ἀντιλέγειν, κἂν ἀδοξεῖν καὶ κινδυνεύειν ἕνεκα τοῦ καλοῦ δέῃ, μηδὲν αἰρεῖσθαι τῶν ὀρθῶς ἐγνωσμένων παραιτεῖσθαι. Hoc eſt: *Nihil æque cavendum eſſe cordato viro, atque illud, ne vitæ ſuæ rationem ad popularem opinionem accommodet, & quid vulgus ſentiat, circumſpectet. Rectam enim rationem vitæ ducem eſſe ſtatuendam: & ita ſequendam, ut etſi omnibus mortalibus refragandum, ſi exiſtimatio, ſi vita in diſcrimen adducenda ſit pro honeſtatis defenſione; tamen de recta ſententia nullo modo depellatur.* Verum hic vigilandum, ne falſis opinionibus decepti, & rei cujuſque natura non ſatis expenſa, pro conſtantibus rigidi, pertinaces, præfracti evadamus, & in nugis tragœdias agamus, & nobis & aliis graves ac moleſti. *Idem.*

Wolfius *de ſtatione tua dejectus es:* non male: ſed nec alii, *de gradu:* ut Not. Lugduno-Batav. auctor; (id eſt, H. Wolf. ex quo tranſcripta fere

fere sunt omnia, quæ sunt ibi:) cujus à pugilibus militibusve ducentis o servationem confirmat Antonini verbum, λιποτάκται in simili per omnia sententia, lib. 11. 8. ἀμφότεροι γὰρ ἐπίσης λιποτάκται. Nulla tamen huic loco convenientior (ut ego judico) interpretatio, quam *vitæ institutum*: quod & Diogenis Laert. in Menedemo locus, valde suadere videtur: ubi asserit Diogenes iste, Epicurismum non ἔνστασιν tantum τοῦ βίου fuisse, sed & αἵρεσιν: id est, sectam, non solo vitæ instituto ab aliis diversam; sed propriis quoque dogmatibus & opinionibus constantem. Male ibi (ni fallor) interpretes: alii, *vitæ instituendæ exordium*: alii, *constantiam vitæ*. Casaubonus. Omnes scripti, et quatuor editi veteres habent ἔνστασιν. Sed quanto rectius, si scribatur, στάσιν. Sic intra cap. LXXI, ἰδιώτου στάσις, & φιλοσόφου στάσις. Nihil verius.

3 Εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι, σεαυτῷ φαίνου. *Sin etiam videri vis, quia es, ipsi tibi videre.*] Politianus τῷ εἶναι omisit: nec est sane necessarium, ni quis interpretari velit. Quia es, vel, essendo (si dicere liceat) tibi ipse videre philosophus. *Wolfius.*

Videri possit aliquid acutius hic latere, quasi id velit Epictetus: Si hoc non sufficit tibi te esse philosophum, nisi talis etiam videaris; operam da, ut vera ac solida tanti boni acquisitione & fruitione, ipsum re tibi probes, ac qualis es, talem te sentias: & ita facile consequeris, ut aliis quoque videaris. Sed cum neque Simplicius, neque Paraphrastes agnoscant istud τῷ εἶναι; vereor ne id magis argumentum, quam genuinum sit. Quod hic autem ἱκανὸς ἔσῃ: Simplicius & Paraphrastes ἱκανόν ἐστι: vel ἔσται. *Casaubonus.*

λά.

Οὗτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν, ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. εἰ γὰρ ἀτιμία ἐστὶ κακὸν, 1 οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. μήτι οὖν τὸ σὸν ἔργον ἐστὶν, 2 τὸ ἀρχῆς τυχεῖν, ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑστίασιν; οὐδαμῶς. πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἔστιν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπί σοι, ἐν οἷς ἔξεστι σοι εἶναι πλείστου ἀξίω; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται· τί λέγεις τὸ ἀβοή-

CAP. XXXI.

Istæ cogitationes ne te crucient, fore ut sine honore vivas, & nullo sis loco. Nam si honore carere malum est: nihilo magis per alium in malo esse potes, quam in vitio. Nunquid igitur tui muneris est, imperio potiri? aut ad convivium adhiberi? Nequaquam. Quei igitur ea jam erit ignominia? quei nullo usquam loco eris? quem in iis solis aliquem esse oportet, quæ penes te sunt, in quibus vel summo loco esse potes? At nihil opis amicis feres. Quo pacto istud acci-

θητοι

θητοι; οὐχ' ἕξουσι παρά σου ἀργύριον; οὐδὲ πολίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δυνάται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κτῆσαι οὖν, φασὶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ μεγαλόφρονα, 3 δεικνύετε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐστε καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον, 4 ἀργύριον, ἢ 5 φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα, 6 εἰς τοῦτο οὖν μοι συλλαμβάνετε, καὶ μὴ δι' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με πράττειν ἀξιοῦτε. 7 ἀλλ' ἡ πατρὶς, ὅσον ἐφ' ἐμοὶ, ἀβοήθητος. 8 πάλιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν; στοὰς οὐχ ἕξει διά σε; οὔτε βαλανεῖα; 9 καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. ἱκανὸν δὲ ἐὰν ἕκαστος ἐκπληρώσῃ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατεσκεύαζες πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, 10 οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὤφειλες; ναί. οὐκοῦν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. τίνα οὖν, φησὶ, χώραν ἕξω ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα τὸν πιστὸν καὶ

pis? non argentum abs te habituri sunt? nec eos in Romanam civitatem asscribes? Et quis tibi dixit, ea penes nos esse, & non aliena munera? Quis vero id alteri præstet, quo ipse careat? Parato ergo, ajunt, ut & nos habeamus. Si parare queo, conservata verecundia, & fide, & animi magnitudine, vosque ejus rei viam ostenderitis, parabo. Sin id postulatis, ut bona ego mea perdam, quo vos ea, quæ in bonis non sunt, acquiratis: videte ipsi quam iniqui sitis, & temerarii. Utrum vero præoptatis? pecuniam, an amicum verecundum & sincerum? Ad hoc igitur adjumento mihi este; non autem postulate, ut ea faciam: per quæ illa sim amissurus. At enim patriæ per me nihil affertur adjumenti. Cujusmodi quæso adjumentum? Porticus per te non habitura est? non balnea? Istuc vero quid est? neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neque arma per sutorem. Satis autem fuerit, suo quemque fungi munere. At si quem alium ei civem instrueres integrum & verecundum, nihilne eam juvares? imo vero. Proinde ne tu quidem patriæ fueris inutilis. Quem ergo locum, inquis, habebo in urbe? Quem poteris, integritate & verecundia conservata. Sin illi

ἀϊδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ἀφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιτο, ἀναιδὴς & ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

profuturus, hæc abjeceris: quis ei tui fuerit uſus, qui impudens & perfidus evaſeris?

1 Οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον. *Non potes in malo eſſe propter alium.*] Pendet hæc ſententia ex dogmate Stoico: Solum honeſtum eſſe bonum, ſolum vitium eſſe malum. Contemptus & neglectus mei, ſi ego officio fungor, non meum vitium, ergo neque meum malum eſt: ſed eorum & vitium & malum, qui ex perverſo judicio & voluntate prava me immerentem contemnunt, negligunt, male tractant, afficiunt. *Wolfius.*

2 Τὸ ἀρχῆς τυχεῖν.] Sic expreſſit utraque Veneta, Wolfius præter hanc lectionem, aliam annotat, Τὸ ἐξ ἀρχῆς τυχεῖν. Exemplar Naogeorgi habet, ἐξαρχῆς. Scheggius ad oram libri poſuit disjunctim, ἐξ ἀρχῆς. Sed nihil mutandum.

3 Δεικνύετε τῷ ὁδὸν *Viam oſtendite.*] Significat non niſi malis artibus parari opes & dignitates: eaque de cauſa viro bono illas aſpernandas eſſe. neque enim de iis loquitur, qui ſe honore indignos præbent, ipſique in cauſa ſunt ut contemnantur. *Wolfius.*

4 Ἀργύριον, ἢ φίλον πιστόν. *Pecuniam an amicum fidelem.*] Hoc tempore pecuniam plerique malunt. neque enim pauperis amici ullum eſſe uſum cenſent. Sic dotatæ puellæ pudicis & bene educatis præferuntur, ſi quæ forte ſunt tales, taleſque permanent. Quare procis ignoſcendum fortaſſis eſt, cui tam incerta pudicitiæ & probitatis alea, divitum uxorum quam pauperum intemperias ferre ac tolerare malunt. *Idem.*

5 Ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα.] Inverſo ordine Salmaſius: ἢ φίλον αἰδήμονα καὶ πιστόν. Inferius paulo habes: Πολίτῳ πιστὸν καὶ αἰδήμονα. Quem ordinem etiam Salmaſius ibidem ſervat.

6 Εἰς τοῦτο ἔν μοι συλλαμβάνετε.] Salmaſiana (ſed quæ potius Heinſiana eſt dicenda) habet: εἰς τοῦτο ἔν μοι μᾶλλον συλλαμβάνετε. Nec aliter in Græco codice Naogeorgi. Hanc lectionem etiam Scheggius, Wolfius, & Plantiniana agnoſcunt, ut etiam una è Venetis.

7 Ἀλλ' ἢ παλαιὸς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, φησὶν, ἀβοήθητος.] Ita ſalmaſiana, Caſauboniana: Aſt Naogeorgus, Scheggius, Plantiniana & Wolfiana habent, Ἀλλ' ἢ πάτερες, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, φησὶν, ἀβοήθητός ἔσαι. Altera Veneta τὸ φησὶν prætermiſit.

8 Πάλιν, ποίαν ταύτῃ βοήθειαν.] H. Wolfius *cujuſmodi quæſo adjumentum*: omiſſo πάλιν: cujus ea vis eſt hoc loco, ut ad præcedentia reſpiciat, & lectores reiiciat; iſta ſcilicet, Τί λέγεις, τὸ ἀβοήθητοι; *quid vocas inutiles & inefficioſos?* Melius igitur hic Politianus: *Rurſus quod tu hoc ais adjumentum?* Sed nec omiſit Paraphraſis, ubi cum præcedat, τί λέγεις τὸ βοηθῆσαι; ſequitur hic; ποίαν πάλιν ταύτῃ τιμὴν λέγεσιν; *Caſaubonus.*

9 Καὶ

9 Καὶ τὶ τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν σκυτέα, οὐδὲ ὅπλα διὰ τὸν χαλκέα. *Neque enim calceos habet per sutorem, neque arma per fabrum.*] Sic in omnibus editionibus legitur. Naogeorgus sensum secutus, vertit: Nonne habet calceos per sutorem? nonne & arma per fabrum? quasi legisset, οὐχὶ γὰρ, quod mihi sanè haud displicet. Verum è Simplicio apparet inversum esse verborum ordinem, & sic legendum. οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδὲ ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. Neque enim calceos habet à fabro ærario, neque arma à sutore. Sensus est: Non magis à philosopho porticus & balnea, & civitatem Romanam postulandam, quam arma à sutore, aut à fabro ferrario calceos: cum philosophi munus sit, cives ad virtutem instituere: ut sutoris, conficere calceos: & fabri, arma. *Wolfius.*

10 Οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὤφειλες. *Nihilne ei prodesses.*] Malim, ut Simplicius, ὠφέλεις, vel potius ὠφελῇς. *Idem.*

Salmasiana quoque editio habet οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφέλεις. Quod non dubie ex Simplicio desumptum.

λϐ.

1 Προτιμήθη σου τὶς ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβουλίαν; 2 εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος. εἰ δὲ κακὰ, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δὲ, ὅτι οὐ δύνασαι, μὴ ταῦτα ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἐκείνων τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ἔσῃ καὶ ἄπληστος, 3 εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. ἂν οὖν τις προϊέμενος τὸν ὀβολὸν, λάβῃ

CAP. XXXII.

Est tibi prælatus aliquis in convivio, aut salutatione, aut dandi consilii officio? Si quidem ista bona sunt, gratulari debes illi, cui ea contingerunt. Sin mala; ne doleas, te in ea non incidisse: sed memento, cum ea non agas quibus illa parantur quæ in nostra potestate non sunt, fieri non posse ut eadem tibi tribuantur. Nam quei valebit tantum is qui fores non frequentat, atque is qui frequentat? qui non assectatur, atque is qui assectatur? qui non laudat, atque is qui laudat? Injustus igitur eris, & inexplebilis, si non numerato eo pretio, quo illa væneunt, gratis ea consequi te postules. Age quanti væneunt lactucæ? Ponamus, obolo. Si quis igitur, obolo numerato, lactucas acceperit: tu autem,

θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προϊέμενος, μὴ λάβῃς, μὴ οἵου ἔλαττον ἔχειν τοῦ λαβόντος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα. οὐ προσεκλήθης ἐφ' ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι πόσου πωλεῖ τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου δ' αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ, δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἴ σοι λυσιτελεῖ τὸ πωλούμενον. εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ, καὶ ἀβέλτερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες. 4 τὸ μὴ ἀναχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.

pretio non numerato, non acceperis: ne te deteriore conditione esse putes eo qui accepit. Ut enim lactucas habet ille, sic tu obolum non dedisti. Ad eundem quoque modum & hic se res habet. Non invitatus es ad convivium alicujus? Nec dedisti quanti vænit convivium. Vendit autem id convivator laudatione, vendit obsequio. Dato igitur pretium, quanti venit, si è re tua est. Quod si nec illa vis præstare, & hæc accipere: avarus es, & væcors. Nihil igitur cœnæ vice habes? imo habes: non laudasti quem noluisti: non tolerasti ejus insolentiam in ingressu.

1 Προτιμήθη σου τὶς ἐν ἑστιάσει. &c.] Hæc & quæ sequuntur Salmasius & alii absque interrogationis nota ediderunt. Una è Venetis illam expressit, altera omissit. Wolfius, eumque sequutus Casaubonus, eam probarunt. Et fortassis planior erit sensus, si ἐρωτήσεως signum abjicias.

2 Εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα. *Si quidem bona ista sunt.*] Plerique complexionem istam invertunt, ἀντιστρέφοντες· Quia bona sunt, ea sibi negata esse dolent: quia mala, ea evenisse aliis gaudent. *Wolfius.*

3 Εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα. *Si non numeratis his.*] Id est, ἀναλώσας ἢ καταβαλὼν. Unde οἱ ἐλευθέριοι προετικοὶ χρημάτων dicuntur apud Aristotelem. *Idem.*

4 Τὸ μὴ ἀναχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου. *Quod non sustinueris vel toleraris eum in atrio.*] Videntur fastus divitum & ambitiosæ salutationes intelligi, homini simplici & literato molestissimæ: item τὸ φοιτᾶν, παραπέμπειν, ἐπαινεῖν, salutationes, deductiones, laudationes. Fortassis autem delicati divites in medio incedentes, parasitis suis utrinque inniti soliti fuerunt. Nam & hunc sensum verbum ἀναχέσθαι omnino admittit. *Idem.*

Τὸ μὴ ἀναχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.] Wolfius, *non tolerasti ejus insolentiam in ingressu*: quasi id voluerit Epictetus, qui ad cœnam vocati fuerant; non sine molestia, ex mora longiore, vel viliore aliquo obsequio, venientes eos admissos fuisse: quod quam probabile cuiquam videri

videri poſſit, neſcio; Epictetum certe aliud his verbis hic velle, certo mihi conſtat. Dixerat prius, ut lactucas obolo; ita cœnam, venire ἐπαίνῳ, καὶ θεραπείας. Ut igitur, qui lactucas non emit, caret ille quidem lactucis; ſed earum loco, obolum ſalvum habet; ita qui non vocatus eſt, cœnæ quidem expers fuit; ſed cœnæ loco, eo potitur, quod à neceſſitate laudandi, quem laudandum non putabat; & moleſtæ θεραπείας onere levatus ſit. Hæc autem θεράπεια ita pluribus verbis hic exprimitur: τὸ μὴ ἀναχέσθαι αὐτῷ, &c. quibus in verbis ſi quid eſt ambiguum, intellecto quid θεράπεια ſit, tollitur. Eſt autem θεραπεύειν τὰς αὐλὰς alicujus, plane idem quod ἥκειν ἐπὶ τὰς θύρας, & φοιτᾶν ἐπὶ θύρας: id eſt, obſervantiæ teſtandæ cauſa alicujus fores frequentare, & (ut loquitur Aulus Gellius) ibi ſedentes, operiri dominum ædium, ut docet ὁ μαχαίρης Iſ. Caſaubonus, in notis ad Diogenem Laërtium. Id autem præcipue mane fiebat, *ſalutationis* (de qua tam multa Martialis, aliique) tempore. Sed nihil vetat quin latius extendamus, ad quodvis diei tempus. Et fortaſſe mos obtinebat, ut qui vocati fuerant, (qui minorum gentium convivæ: clientes, aliique:) in veſtibulo ædium operirentur: & eo ſpectarit Juvenalis:

Veſtibulis abeunt veteres laſſique clientes,
Votaque deponunt quamvis longiſſima cœnæ.

Simplicius tamen, θεράπεια ἢ τούτων ἐστὶ, τὸ φοιτᾶν ἐπὶ θύρας, τὸ προσκαρτέρειν ἐν ἀγορᾷ· (quod exſpectationis in veſtibulo conſectaneum: τὸ ἐπαινεῖν τὰ ὑπ' αὐτῷ λεγόμενα: & Arrianus pariter lib. III. 23. θέλεις μὴ ἢ δεῖνα θεραπεύειν; ἐπὶ θύρας αὐτῷ πορεύεσθαι: ubi plura in eandem ſententiam. Verba igitur iſta quod attinet, ἀναχέσθαι αὐτῷ: non inepta ſententia fuerit, ſi ex uſu communi, *ipſum* (αὐτὸς hic fortaſſe κατ' ἐξοχὴν Attice, pro *dominus*:) *tolerare* vertamus: eſt enim tolerantiæ non mediocris (mihi quidem certe) aliquem diu præſtolari. Potius tamen videtur, ut ſimpliciter, *ipſum expectare*. Cæterum, τὸ ἐπαινεῖν, cum *limine* & *cœna* quam appoſite copuletur hic; teſtatur & iſtud poëtæ Satyrici:

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide ſis ne majorum tibi ſorte
Limina frigeſcant. Caſaubonus.

λγ'.

1 Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, 2 ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. οἷον, ὅταν ὁ γείτονος παιδάριον 4 κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἕτοιμόν ἐστιν οὕτω λέγειν, ὅτι τῶν γινομέ-

CAPUT XXXIII.

Naturæ propoſitum ex iis rebus, de quibus nulla inter nos controverſia eſt, cognoſci poteſt. Exempli gratia: Si vicini puer poculũ aut quid aliud confregerit, in promtu illud ſtatim eſt: Ita fieri ſolere. Sci-

νων ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον ς ὅτε καὶ τοῦ ἄλλου κατεαγῇ· οὕτω μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν, ὃς ςοὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὐτοῦ τινὸς ἀποθάνῃ, εὐθὺς, οἴμοι, τάλας ἐγώ. ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες.

to igitur, si & tuum confractum fuerit, eundem esse te oportere, qui fueris cum frangeretur alienum. Sic transfer ista ad majora. Filius alterius obiit, aut uxor? nemo est quin dicat, humanum id esse. Sin ipsi alicui id acciderit; statim, Hei mihi, inquit, ô me miserum! Meminisse autem oportebat, ut affecti simus, cum tale quippiam de aliis audiverimus.

1 Ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους.] Wolfius, *de quibus nulla inter nos controversia est.* Sententiam mire prævertit istud πρὸς ἀλλήλους: quo omisso, planissimus, emergit sensus, & aliorum dictis congruentissimus. Vel dicat mihi aliquis, si proprium poculum frangatur; vel propria moriatur uxor, cur tum magis sit controversiæ aut contentioni locus; quam cum vicini poculum frangitur aut ejusdem moritur uxor? Simplicius multa comminiscitur, ut aliquid dicat: sed incasso, si quid ego judico, labore. Quid non intelligebant istum usum verbi διαφέρεσθαι ἁπλῶς positi; voces istas addiderunt, & locum, alias haud obscurum, corruperunt. Vetus hoc incrustamentum esse, patet ex Simplicio, qui ita in suis codicibus reperit. Fidelior, (fortasse & antiquior) Paraphrasis nostra non agnoscit. Est autem διαφέρεσθαι sic simpliciter enunciatum quod vulgo dicimus, *to have an interest*: & μὴ διαφέρεσθαι, quod Latini dicerent, *indifferenter habere*. Est autem hic usus vocis, Antonino, ut alios omittamus, valde familiaris. Locos aliquod adducemus, ne quis Simplicii authoritate fretus, à vera lectione sit alienior Lib. VI. initio: μὴ διαφέρου, πότερον ῥιγῖον ἢ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς. Eodem loco: τῷ μὲν σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα· οὐδὲ γὰρ δύναται διαφέρεσθαι. quanquam hic τὸ διαφέρεσθαι proprie sit, *discriminis intelligentiam habere*: ex qua intelligentia, voluntatis oritur in utramve partem propensio. Idem alibi paulo aliter, sed in eandem tamen sententiam: cum præpositione scilicet, & substantivo, non *personæ*, sed *rei*, at cum dicit; διαφέρεσθαι πρὸς τὰ μέσα· & διαφέρεσθαι πρὸς τὰ μὴ ἐφ' ἡμῖν. id est. *de rebus mediis & ad nos nihil pertinentibus, solicitos esse.* Sed & postremus Arrianus liber in his verbis definit: τὰ δ' ἄλλα γινέσθω ὡς βούλεται. οὐ διαφέρομαι. *mea non refert*, ut ibi VVolfius. Ait igitur hic Epictetus: vicini poculum, uxor, liliberi; nihil ad me. Hinc si quid illis contingit, rectum in promptu judicium. Idem, si nostris contingat, &c. *Casaubonus.*

3 Ὅταν τοῦ γείτονος παιδάριον.] Malim, ἢ ἄλλου παιδάριον· vel, κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλο τι. Si vicini, vel alterius: aut fregerit poculum, vel quid aliquid. *Wolfius.*

4 Κα-

4 Κατεάξῃ τὸ ποτήριον.] Ita VVolfius & alii: Salmasius vero, κατάξῃ scripsit: & inferius καταγῇ, ubi VVolfius & alii scripsere κατεαγῇ. Non est ista tamen à Salmasii manu scriptura, (ut perperam nuperus editor credidit) nam altera Veneta MDXXVIII. sic expressit.

5 Ὅταν καὶ τὸ τοῦ ἄλλου. *Cùm alterius.*] ἀλλὰ τὸ μὲν οἰκεῖον πιέζει. ἀλλότριον δ' οὐ μέλει. *Sua quemque premunt, aliena non curantur.* Naturæ humanæ sive pravitas sive imbecillitas non fert, quicquid Epictetus de naturæ voluntate dicat, quidquid sacræ literæ de imperio Dei prædicent, ut alieni boni aut mali æque excitatus in nobis sensus sit, atque nostri proprii. Illud quidem natura nos docet, cum omnes eadem conditione simus: neque communem fortunam (ut ait Cicero) recusandam, neque peculiarem optandam, & modicè ferenda esse omnia: nisi indignando atque afflictando nos conduplicare mala atque exasperare libeat. *Wolfius.*

λδ'.

1 Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται, 2 οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. 3 εἰ μὲν τὸ σῶμά (σου ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν. ὅτι δὲ (ὑ τὴν γνώμην τὴν σεαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ 4 τούτου ἕνεκα; ἐφ' 5 ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό. 6 εἰ δὲ μὴ, τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἥξεις, μηδὴν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ, 7 ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ.

CAP. XXXIV.

Quemadmodum aberrandi causa meta non ponitur: sic nec mali natura in mundo existit. Quod si corpus quidem tuum aliquis obvio cuipiam permitteret, indignareris: Tu vero, qui animum tuum cuilibet permittas, ut, si convicia tibi dixerit, perturbetur & mœreat, non erubescis huius rei gratia? cujusque rei antecessionibus & consecutionibus consideratis, sic eam aggredere. Alioqui primum alacriter eam suscipies, eorum nullo, quæ consequuntur, expenso: post autem, turpitudine aliqua exorta, verecundaberis.

1 Ὥσπερ σκόπος πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν.] Planior & plenior sententia, si addantur verba Greg. Nysseni, ex Epistola à b. m. parente, cum animadversionibus edita: ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀπότευγμα φύσεώς ἐστιν, οὐκ ἰδίωμα· ὡς καὶ ἡ νόσος, &c. *Casaubonus.*

2 Οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν τῷ κόσμῳ γίγνεται. *Sic neque mali natura in mundo existit.*] Obscurus & dubius locus, de quo plura ex Simplicio adducemus, qui hæc verba sic accipit; ut quicquam esse mali in-

mundo, aut si sit, à Deo esse, negare videatur. Ego simpliciter ἀπὸ κοινοῦ repetiissem, sic neque mali natura exsistit in mundo aberrandi causa: hoc est, necesse est homines in mala incidere. Proinde præparandus ad ea prudenter & fortiter ferenda est animus. Naogeorgus (quem honoris causa nomino) cum Simplicio consentit, nosque nostrapte culpa & malos, & in malis esse affirmat. Accipiunt illi ἐν τῷ κόσμῳ, quasi esset ὑπὸ τοῦ θεοῦ: & bonum scopo, malum aberrationi a scopo comparant. Rectè omninò; τἀγαθοῦ γὰρ πάντα ἐφίεται. Bonum enim ab omnibus appetitur: & Deus optimus mala non facit: & mala fortasse non sunt quæ nos in malis numeramus. Sed an hoc senserit Epictetus, ipse viderit. Prorsus enim hic ex ejus verbis elici sensus non potest, *Wolfius*.

3 Εἰ μὲν τὸ σῶμά (ου ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι. *Si quis corpus tuum obviocuique permisisset.*] A minori ad majus argumentatur, hoc modo: Cum iis irasceris, qui corporis tui violandi cuivis potestatem darent (cujusmodi est proscriptorum conditio) quanto magis tibi irasci debes, qui cuivis animi tui lædendi potestatem dare soleas: cum tui arbitrii sit, lædi prorsus à nemine? *Idem.* Prior Veneta habet, ὑπαντήσαντι. Altera, ἀπαιτήσαντι. Naogeorgus, ἀπαντήσαντι. Scheggius, Wolfius, Plantinus, ὑπαντήσαντι quidem ediderunt. (nec aliter Salmasius) sed alterius etiam scripturæ, ἀπαντήσαντι, meminere. Quam lectionem etiam expressit Casaubonus. Sed nihilo deterior scriptura Venetæ, cui Simplicii ἐξήγησις jungitur, ἀπαιτήσαντι.

4 Τούτου ἕνεκα, ἐφ' ἑκάστου ἔργου.] Si quis dubitat etiam post Wolfium & aliorum doctissimorum virorum labores, aliquid posterorum, quod Epicteto prodesset, diligentiæ relictum esse: vel hinc discat. Multa enim hoc capite: hoc loco: peccata. Nam primum ista, τούτου ἕνεκα: hic palam importuna, ad præcedentia pertinent: οὐκ αἰσχύνῃ τούτου ἕνεκα; quod & ipsa res clamat apertissime, & tum Arriani, tum Simplicii (in Enchiridii caput XXXVI.) confirmat authoritas; & hic debuit hoc caput desinere. Quæ autem sequuntur ab istis: ἑκάστου ἔργου: ad caput XXXVII. Τὰ καθήκοντα, &c. unico capite (non, ut hic pluribus) includi debuerunt. Sed nec ista (quod postremum) sunt hic genuina, ab ipso Enchiridii conditore: sed post Simplicii & Paraphraseos ætatem, ex Arriano totidem (uno aut altero demptis) verbis temere huc translata. Non opus argumentis, cum sola inspectio fidem facere cuivis non cæco queat. Hæc cum certissima sint, nobis tamen religio fuit, (in tam pusillo, tam pretioso præsertim libro) tantum nobis sumere, ut quæ tam longi temporis præscriptione pro genuinis adoptata lectaque sunt, ea loco pelleremus: præterea quæ, quamvis nullo, non magis quam cætera ab Arriano collecta, consilio hic inserta: Parente tamen Epicteto nata sint, & alioqui dignissima quæ non uno legantur loco. Non pigebit igitur etiam in hæc quæ non intempestiva videbuntur notavisse. *Casaubonus.*

5 Ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα. *Rei cujusque antecessiones considera.*] Vult nos (ut monet Homerus) νοέειν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσ-

ὀπίσσω, nec ea quæ ante pedes modo sunt videre, sed etiam illa quæ futura sunt prospicere. Cujusmodi sit: Si quis docere adolescentiam instituat, & id tantum consideret, quam Pium, quam tranquillum & utile Reipublicæ munus sit, non abhorrebit ab eo vitæ genere. Sed priusquam id munus susceperit, antecessisse oportet magno studio partam eruditionem, & aptam ingeniis rudibus docendi rationem: oportet paucis esse contentum, non recusare molestias & labores, non moveri labore irrito, contemnere ingratos & superbos. Sine tali præparatione ad docendum qui accesserit, ubi negligentiam magistratus, incuriam parentum, hypodidascalorum inscitiam & pigritiam, discipulorum stuporem & cessationem, plurimorum obtrectationes, & eorum, à quibus adjuvandus erat, adversationes expertus fuerit, si se frustra fatigando nihil nisi odium quærere intellexerit, quod optima quæque ingenia immatura ætate alio transferantur, caudicibus & stipitibus tantum relictis: & pudebit & pœnitebit temeritatis, qui quid ipse vellet & posset, tantum considerarit: non iis etiam cogitatis impedimentis, quæ aliorum stultitia & improbitate possent objici. *Wolfius.*

6 Εἰ δὲ μὴ, τὴν πρότην προθύμως ἥξεις.] Sic uterque Venetus Codex Naogeorgi exerte, ἄρξεις, ἅτε μηδὲν. Scheggius, Wolfius, Plantinus, Concordant cum Venetis; Sed alterius lectionis meminerunt, ἄρξεις, α. μ. Casaubonus vulgatam expressit. Nuperus editor Leidensis, ἐφήξεις posuit, editionem, quam secutus sit, ita habere professus. Sed eam scio cum ignarissimis.

7 Ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν. *Turpibus aliquibus exortis.*] Turpis est plerunque & ridiculus temeritatis exitus, ut & ipsa turpis est per sese. Possit fortassis pro αἰσχρῶν, legi δυχερῶν, molestiis subortis. etsi verbum αἰσχυνθήσῃ, τῷ αἰσχρῶν bene convenit. Salvo tamen aliorum judicio. *Wolfius.*

λέ.

Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγὼ, νὴ τοὺς θεούς· κομψὸν γὰρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει καὶ τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ 1 οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργων. δεῖ σ' εὐτακτεῖν, 2 ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, 3 γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, 4 μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν· ἁπλῶς, 5 ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν 6 τῷ ἐπιστάτῃ.

CAP. XXXV.

Vis Olympia vincere? Et ego medius fidius: præclarum enim habetur. Sed considera, quid antecedere, quid sequi soleat: atque ita rem gerendam suscipito. Oportebit te conservare ordinem, vesci ingratis, abstinere bellariis, exerceri necessario, & certo tempore, in æstu, in frigore: non frigidam bibere, non vinum, ut fieri solet: Ad summam,

7 εἶτα

7 εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. ἔστι δ' ὅτε καὶ χεῖρα βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὸν ἀφὶ ὑπαπιεῖν, καὶ ἔτι μαστιγωθῆναι· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα νικηθῆναι. Τούτων πάντα ἐπισκεψάμενος, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν. εἰ δὲ μή, ὡς τὰ παιδία ἀναχωρήσῃ· ἃ νῦν μὲν παλαίστας παίζει, νῦν δὲ αὐλητὰς νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ. ὅταν καὶ σὺ νῦν μὲν ἀθλητὴς νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος, ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐδέν· ἀλλ' ὡς πίθηκος πάντα τὰ πρόσω θέαν, ἐὰν ἴδῃς, μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει· οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως προῆλθες ἐπὶ τοῦτο, οὐδὲ προεσκόπησας. ἀλλ' εἰκῇ, καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. ὅταν θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες ὅτι τινὸς λέγοντος, οὕτως ὡς Σωκράτης λέγει! καὶ τίς ὅστις δύναται οὕτως εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν.

tanquam medico, laniſtæ te tradas oportet : Deinde in certamem deſcendere : aliquando manum lædere : talum diſtorquere : multum pulveris deglutire : interdum flagris cædi : & vinci poſt hæc omnia. His omnibus conſideratis, pugilum certamen ſuſcipe, ſi lubet adhuc. Sin minus, ut pueri reſilies: qui nunc pugiles ludunt, nunc tibicines, nunc gladiatores : jam tuba canunt, jam tragœdias repræſentant. Tu quoque ſic, nunc pugil, mox gladiator, poſtea orator, demum philoſophus : toto autem animo nihil : ſed ut ſimius, quicquid ſpectaveris, imitabere, atque aliud ex alio adamabis. Nec enim ſuſcepta cogitatione quicquam es aggreſſus, aut exploraſti prius : ſed temerè appetitus levitatem ſecutus. Sic aliqui, philoſopho ſpectato, & audito aliquo dicente ſic : Quam rectè dicit Socrates! vel ſic. Quis ita differere poteſt ut ille? ipſi etiam philoſophari volunt.

1 Καὶ ἅπαξ ἀπὸ τοῦ ἔργου.] Sic habent Veneta minor, Scheggiana, Plantiniana, Wolfiana Colonienſis, itemque Cantabrigenſis, & quæ apud Londinates expreſſa, Codex Venetus major τῷ ἔργου. Nec aliter in Græco ſuo exemplari repperet Naogeorgus. Et ſic prorſus editio Mariana Leidenſis, in quam Heinſius & Salmaſius curas operaſque contulerunt. Huius etiam Scheggius, & cum Plantino Wolfius mentionem fecere. Vtra præferatur, οὐδὲν διάφορον ποιοῦμαι.

2 Ἀγαγκοφορεῖν. *Veſtendum velinvito.*] Plinius libro decimo octavo : Athletarum (inquit) capacitas, jumentorum ſimilis. Et Galenus in exhortatione ad artes diſcendas : οἱ ἀθλητικοὶ (inquit) τροφὰς παραφέροντες σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις, ἄχρι μέσων νυκτῶν ἐπιμένοντες τῷ ἐσθ-

ἐδωδήν· Pugiles ſæpe coacti edunt, cœna in medias uſque noctes producta. *Wolfius.*

Ἀναγκοτροφεῖν.] Vidi editionem hujus Enchiridii, quæ hunc titulum præfert: *Epicteti Enchiridium, &c. cum verſione Latina accuratius & fidelius examinata*: Pariſ. 1653. In hanc apud amicum repertam, cum oculos fortaſſe conjeciſſem, Deus bone! quam miratus ſum, in loco tam illuſtri, tanta doctorum celebritate, homines tanta confidentia reperiri, ut ignorantiæ ſuæ conſcientia a vaniſſimis & ineptiſſimis pollicitationibus & incœptis eos non deterreat. Hoc certe in iſta editione, evolutis aliquot paginis obſervavi, Wolfii quidem verſionem ut plurimum exhiberi: ſedeam locis haud paucis, ex ignorantia tum rerum, tum verborum, turpiſſime depravatam. Ex uno loco de cæteris (neque enim tanti ſunt iſta, ut diutius immoremur:) judicet Lector. Cum priores verſiones infæliciſſime, præterrem: (quis enim *neceſſariis veſci*, inter ea, ad quæ patientia & æquanimitate opus eſt, recenſeat?) & notiſſimum vocis ipſius uſum (Ariſtoteles vel unus ſuffecerit, qui Politicorum lib. θ'. cap δ'. ἀναλκοφαγίαν, τὴν βίαιον τροφὴν interpretatur:) *neceſſariis uſci* niſi tamen hoc ipſum ab infinitis correctoribus, cum *neceſſario veſci* autographa exhiberent:) reddidiſſent: rejecta Wolfii verſione, qui *edere ingratis* optime expreſſerat; inſulſiſſimum illud, *neceſſariis veſci* revocarunt; & ſtudioſæ (ut ipſi profitentur; ſed miſeræ, quæ talibus magiſtris utitur) juventuti obtruſerunt. Athletarum ἀναλκοφαγία adeo res lippis & tonſoribus, ex Galeno aliiſque, nunc nota, ut pigeat ab aliis congeſta, hic tranſcribere. Legantur ſaltem, qui de rebus *athleticis* & *agoniſticis* ſcripſere. *Caſaubonus.*

3 Γυμνάζεσθαι πρὸς ἀναλκίαν.] Id eſt, ἄκοντας καὶ ἀναλκαίως, invitos & neceſſariò: ſicut dicimus πρὸς βίαν, de iis quæ coacti facimus. *Wolfius.*

4 Μὴ ὄϊνον, ὡς ἔτυχεν. *Non vinum, ut contigit.*] Non ſuo arbitratu, ſed præfinito, & ex præſcripto. *Idem.*

5 Ὡς ἰατρὸς Ἱπποκράτης ἑαυτὸν ἐπιστάτην.] Hinc Hippocrates τοὺς ἀθλητὰς & τοὺς τὰ νόσων ἕνεκα γυμναζομένους τε καὶ παλαιπορέοντας in Prorrheticorum ſecundo jungit, ob inſtituti ſimilitudinem. Quam ſeveri autem diſciplinæ exactores eſſent hi ἐπιστάται, ex iſto quoque maximi Magiſtri tractatu diſcamus: quo id etiam pertinebat, (ad terrorem exercentium ſe ſcilicet) quod eo ſolertiæ perveniſſe ſe vulgo jactabant, ut ſi tironum aliquis in potu cibove, vel alio quovis genere præter imperatum & præſcriptum, quamvis abſente magiſtro, quid admiſiſſet; id ipſi certis ſe indiciis, obſervato modò præſenti corporis habitu, deprehendere poſſe dicerent. Hoc Hippocrates quatenus verum, id eſt, arti & rationi conſonum; quatenus autem nulla naturæ ratione fultum, ac proinde nugatorium curioſe & prudenter examinat. Ὑπὸ σημείων γὰρ κενοῖς βλάπτεται τὰ ὑπονοήματα. mendo inſigniſſimo, (quod tot interpretes non animadvertiſſe, non poſſum mirari:) pro βάλλεται τὰ ὑπονοήματα· νῦς βάλλει). vel εἰς νῦν βάλλεσθαι, pro *animo percipere: animadvertere*: nota locutio. Ait igitur, nullum tale ſignum

gnum

gnum dari, quo mens feriatur ſeu afficiatur, neque bonum, neque malum; quo ſigno niti talis conjectura, vel divinatio poſſit. *Caſaubonus.*

6 Τῷ ἐπιστάτῃ.] Magiſtro, laniſtæ: quem παιδοτριβῶν alias appellant, ab exercendis pueris, & γυμνασιάρχων. *Wolfius.*

7 Εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέχεσθαι.] Aliter Arriani codices exhibent: III, XV. Εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρρύσεσθαι ἐστὶν· ὅτε χεῖρα ἐμβαλεῖν· ὄφρυῶν (VVolfii verſio & Notæ ὀσφυῶν) στρέψαι· πολλὴν ἀφὴν καταπ. &c. mihi vix dubitandum videtur, quin iſtud παρέχεσθαι, quod hic habemus, (loco, nemo non videt, alieno:) ab illis ſit, qui τὸ παρρύσεσθαι quo pertineret hic, non intelligebant (ut hodie paſſim videmus in omni ſtudiorum genere) quia pravum putabant, τὸ παρέχεσθαι ejus loco ſubſtituerunt. Faves huic conjecturæ quod hodieque quidam codices ἐν τῷ ἀγῶνι non, εἰς τὸν ἀγῶνα, exhibent; ut ex variis Plantin. Edit. lectionibus diſcimus. Ne nunc quidem fortaſſe poſt non parvam ſuper hoc verbo doctiſſ. inter viros controverſiam, cujuſvis quæ vera notio ſit hoc loco, dicere. Nos tamen nullo ſtudio adducti, non affectibus (in aliis, ut res ferebat, liberrime diſſentire, nulla religione prohibiti:) indulgentes; ſed judicio ſolo impulſi, iis ut veriſſimis acquieſcimus, quæ à ven. m. parente in Lectionibus Theocriticis, tradita ſunt. *Caſaubonus.* Naogeorgi codex, ἐν τῷ ἀγῶνι. Et Sic plane ad oram libri Scheggius.

8 Χεῖρα βαλεῖν.] Argentinenſis codex habet βλαβεῖν· ſed βλαβῆναι rectius legi videtur, quam ὑποβαλεῖν, aut λαβεῖν. Quod ſi χεῖρα βαλεῖν pro injicere manus adverſario. & χεῖρα λαβεῖν prehendere intelligas (eſt enim quinquercionum, & impellere & attrahere adverſarium) ut ſententia per ſe abſurda non ſit: huic tamen loco non conveniet, in quo de infelici luctæ eventu agitur. *Wolfius.*

Χεῖρα βλαβεῖν.] Pleræque editiones βαλεῖν. Wolfius conjicit, βλαβῆναι. Sed verior fortaſſe ex Arriano lectio, ἐμβαλεῖν. ut quidem legit ibi ὁ μαχαίρης, loco ſupra citato. *Caſaubonus.*

9 Πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν. *Multam haphen deglutire.*] Hoc quid ſit, declarat Ovidius libro nono Metamorpho ſeon:

Ille cavis hauſto ſpargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvæ tactu flaveſcit arenæ.

ἀφὴ tactus, ἀπὸ τὸ ἅπτεσθαι à tangendo, hic arenam ſeu pulverem ſignificat, pulvis enim à pugnantibus jactari ſolet, qui Græce ἀφὴ dicitur Budæo ad L. athletas. ff de iis, qui notantur infamiâ. Hinc Proverb. citra pulverem. *Wolfius.*

10 Ἔτ' ὅτε μαστιγοῦσθαι. *Interdum flagris cædi.*] Non reſpicit feſtum Σκιρίαν, quod in honorem Bacchi celebrabatur in urbe quadam Arcadiæ, Alea dicta, ubi fœminæ ſeſe inſigniter ex juſſu oraculi Delphici flagellabant, de quo apud Pauſan. l. VIII. legimus: Sed reſpicit illud Græciæ feſtum, quod ſingulis annis apud Lacedæmonios celebrabatur. Meminit inter alios hujus feſti, Διαμαστιγώσεως dicti, Plutarchus in Laconicis Inſtitutis: Οἱ παῖδες, παρ' αὐτοῖς ξαινομένου μέ-

μάστιξι δὶ ὅλης τ᾽ ἡμέρας ἐπὶ τῷ βώμῳ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος, μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτεροῦσιν, ἱλαροὶ καὶ γαῦροι, ἀμιλλώμενοι τοῖς νίκης τοὺς ἀλλήλους, ὅστις αὐτῶν ἐπιτείνει τε καὶ μᾶλλον καρτερήσει τυπτόμενος. καὶ ὁ τοιοῦτος, ἐν τοῖς μέλιστα ἐπίδοξός ἐστι καλεῖσθαι ἢ ἦν ἄμιλλα διαμαστίγωσις· γίνεται ἢ καθ᾽ ἕκαστον ἔτος. Hoc eſt : *Pueri per integrum diem flagellis cæſi, ſæpe numero ad mortem uſque apud Dianæ Orthiæ aram, læti alacreſque tolerant, atque inter ſe de victoria certant, in eo poſita, quis diutius magiſque perferat verbera : victoremque ſumma conſequitur gloria. Certamen illud Flagellatio dicitur, & quot annis habetur.* Cicero Tuſc. II. *Sparta vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multis è viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam, ut cum ibi eſſem audiebam, ad necem : quorum non modo nemo exclamavit unquam, ſed ne ingemuit quidem.* Iterum Tuſc. V. *Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt, verberum dolore laniati.* Lege quoque Lucianum de Gymnaſiis, Tertullianum ad Martyres cap. IV: Pauſaniam lib. III. atque alios. Reperiuntur etiamnum hodie inter Romanæ fidei Monachos, qui annua flagellatione expiantes delicta ſua, *Diſciplinantes* appellantur.

II Πᾶσαν θέαν ἐὰν ἴδῃς.] Sic utraque Veneta, Scheggiana, Wolfiana, & Plantiniana Quam Leidenſis aliæque ſequuntur, Naogeorgus e ſuo libro edidit, πᾶσαν θέαν, ὦ ἴδῃς μιμῇ. Sed alii ad oram habent τὸ ὦ, Verum ἐὰν retinuerunt, Arrianus habet ὃ ἄν ἴδῃς.

Ὡς δὲ Σωκράτης] Arrianus III 12. Εὐφράτης: quod Wolfius merito præfert. *Caſaubonus.* Recte iſtud quidem: Sed non opus erat τὸ εὖ mutare in καλῶς. Nam pro Εὐφράτης, (ut habet princeps editio Veneta Trincavelli, quam vice manuſcripti utor,) ſcioli repoſuerant, εὖ Σωκράτης. Vide plinium lib. I. epiſtola. X.

λς'.

I Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ τὸν σεαυτὸν φύσιν καταμάθε, εἰ δυνάσαι βαστάσαι. πένταθλος εἶναι βούλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σεαυτοῦ τοὺς βραχίονας· τοὺς μηροὺς, τὴν ὀσφῦν καταμάθε. ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε, δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, οὕτω σαυτὸν δύνασαι ἐσθίειν, οὕτω σαυτὸν πίνειν, ὁμοίως δυσαρεστεῖν; ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, ὑπὸ

CAP. XXXVI.

Homo, primum conſidera, cujuſmodi ſit res: deinde naturam quoque tuam eamne ferre queat, explora. Quinquercio eſſe vis, aut palæſtrita? Brachia tua intuere; femora & lumbos conſidera. Nam aliud alio natura pertinet. Putaſne, te, hæc aggreſſum, æquè poſſe edere, æque bibere, æquè faſtidire? Vigilandum eſt, laborandum, à tuis recedendum; à puero

παι-

παιδαρίου καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἥττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. ταῦτα ἐπίσκεψαι εἰ θέλεις 4 ἀντικαταλλάξασθαι τούτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν· εἰ δὲ μὴ, πρόσεχε, μὴ, ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕστερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος Καίσαρος γένῃ. 5 ταῦτα οὐ συμφωνεῖ. ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν; ἢ κακὸν εἶναι· ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτοῦ, ἢ τὰ ἐκτός. ἢ ἐπὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ ἔξω· τουτέστιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου.

contemni; in omnibus deteriori conditione esse, in honore, in magistratu, in judicio, in negotio quolibet, oportebit. Hæc considera; tecumque statue, an his rebus redimere velis animi tranquillitatem, libertatem, constantiam. Sin minus; vide ne, ut pueri, nunc philosophus, mox publicanus, post orator, denique Cæsaris procurator fias. Ista non consentiunt: unum te oportet hominem, eumque vel bonum vel malum esse: aut exercenda tibi ratio & mens est, aut res externæ excolendæ: aut in internis elaborandum, aut in externis: hoc est, aut philosophi tuendus locus, aut hominis plebeji.

Ἄνθρωπε] Totum hoc caput in expressis Venetis maioribus, quæ lucem videre ∞ IↃ XXVIII. bona fide præter mittitur. Nam post ista, θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν, mox sequuntur, τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρίοις, καὶ τὰ ἑξῆς. Quæ extrema Lectorem ad alios codices remittunt.

1 Ἄνθρωπε πρῶτον ἐπίσκεψαι. *Homo primùm considera.*] Ut palæstræ & luctæ, sic philosophiæ non quemlibet esse idoneum significat: utrique opus esse patientia & corporis & animi. Quibus bonis qui destituatur, umbratilis potius & pugil & philosophus futurus sit, quam verus. Deterret igitur, ut apparet, homines molles & delicatos à philosophia: aut potius ad ejiciendam ex animo istam mollitiem adhortatur, & excitat. Ut enim scopum istum à philosophia propositum non attingamus:

Est aliquo prodire tenus, si non datur ultra.

Præstat partem aliquam stultitiæ & vitiositatis abjicere, quam integram utramque retinere. Proponitur ἀπάθεια, boni consulamus μετριοπάθειαν. Præstat moderate irasci, quam furere, si iræ plane resistere non possis. Hoc idem de aliis quoque affectibus intelligatur. *Wolfius.*

Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως δυσαρεστεῖν;] Sic habent decem codices quos versavi. Politianus mutabat hisce: *An te censes huiusmodi rebus studentem eodem modo vesci*

veſci poſſe, eodem modo potum ſumere, idem modo iraſci, eodem modo moerere. Naogeorgus iſta, ὁμοίως δυσαρεστεῖν, vertebat, *ſimiliter, moroſus eſſe?* Wolfius, quem alii ut fere fit ſequuntur, *æque faſtidire?* Caſaubonus totum caput, quod demiror, tramiſit; neque heic pro ſolita δύσχρημα quicquam advertit. Sed locus palam eſt mutilus et vitiatus: quod & ipſa res clamat apertiſſime, & tum Arriani confirmat authoritas. Non opus argumentis, quum ſola inſpectio fidem facere cæco queat. Lege ſodes ex διαλέξεων tertio huc tranſlata: Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, δύνασαι φιλοσοφεῖν; δοκεῖς ὅτι δύνασαι ὡσαύτως ἐσθίειν; ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως ὀργίζεσθαι, ὁμοίως δυσαρεστεῖν; Ubi τὸ δυσαρεστεῖν Wolphius male, ut mihi videtur, retulit ad faſtidia hominum moroſorum in cibo & potu præſertim: quum antea exerte, ὡσαύτως ἐσθίειν, & πίνειν. Idem ταῦτα ποιῶν minus bene interpretatus τὰ τῶν φιλοσόφων, ἤτοι φιλοσοφῶν. ea quæ philoſophorum ſunt, aut, ſi philoſopheris. nam levitatem animi falſe perſtringunt, qua fit ut officii ſui immemor, omnia agendo, nihil agat. Claret etiam, Politianum, nare ſagaci odoratum, rectiſſime ſubjunxiſſe, *eodem modo iraſci*, quæ ſunt in Græcis, ὁμοίως ὀργίζεσθαι. De quibus σκληρότερον dicendi, nobis alibi τόπος ἀποκειται.

2 Ὁμοίως δυσαρεστεῖν. *Æquè faſtidire.*] Refero ad faſtidium moroſorum hominum, in cibo & potu præſertim. δὶς ἀριστᾶν, bis prandere, videtur ineptum: niſi per alterum prandium, jentaculum intelligatur, κατ' ἀκυρολογίαν. Plato certe epiſtola ſeptima, negat quenquam poſſe fieri ſapientem, virtutiſque compotem, δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῶντα, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, qui more Italico & Siculo, bis eodem die impleatur, & noctu nunquam ſolus dormiat. Quod autem antecedit, δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν· pronomen ταῦτα, ſenſum ambiguum facit. Sed referendum eſt ad philoſophiam, non ad quinquerciones, quorum exempli gratia incidit. Igitur ταῦτα ποιῶν, τὰ τῆς φιλοσόφου, ἤτοι φιλοσοφῶν. ea quæ philoſophorum ſunt, ſive, ſi philoſopheris. *Idem.*

Ὁμοίως. [ὥσπερ νῦν, æque ut nunc: Philoſophia (inquit) aliam vitam affert, alios mores poſtulat. *Idem.*

3 Ὑπὸ παιδαρίῳ καταφρονηθῆναι. *A puero contemni.*] Philoſophi utique contemni vulgo ſolent, pugiles vero ſunt admirationi. *Idem.*

4 Ἀντικαταλλάξασθαι τὴν ἀπάθειαν. *Redimere animi tranquillitatem.*] Qui turbulentis affectibus, ut ira, metu, cupiditate vehementi, ſæpe agitatus, tranquilli animi qualemcunque guſtum ſemel duntaxat ceperit: eum haud dubie quovis pretio redimendum putabis. Sed ſubinde oggannit prava conſuetudo, animi tranquillitatem negatam eſſe homini: neque fruſtra affectandum, quod contingere nequeat, in nullis præſertim, aut rariſſimis exemplis iisque imperfectis, & ideæ philoſophicæ nequaquam reſpondentibus. Proficeremus tamen aliquid, ſi conaremur, & nervos intenderemus. Id quod in iis cernimus, quos non philoſophia, ſed fortuna durius & diutius exercuit, quam multa illi ferunt æquis & conſtantibus animis, quæ alii nullo modo poſſe ferri exiſtimant? Sed fit illud conſuetudine & ſtupore quodam: philoſophica vero æquanimitas ratione moderatrice gloriatur. *Idem.*

5 Ταῦ-

5 Ταῦτα ἐ συμφωνεῖ.] Princeps editio Veneta Trincavelli, Naogeorgiana & Scheggiana, addo etiam Wolfiana & Plantiniana, diſerte, ταῦτα δὴ συμφωνεῖ. Sed tres poſteriores meminerunt quoque alius lectionis, οὐ μὴν. Politiani codex aut habuit οὐ μὴ, aut ſimplicem negativam. Vertit enim, *Hæc invicem nequaquam conveniunt.* Naogeorgus vero, *Hæc igitur ſunt abſque controverſia*, Si cui vetus ſcriptura placet, is ἐρωτήσεως ſignum ſubjiciat voci συμφωνεῖ, & εἰρωνικῶς dicta ab Epicteto intelligat. Itaque ταῦτα δὴ συμφωνεῖ; vertere licebit, *Hæc utique conveniunt*; Sed nihil φερτικῶς affirmo.

6 Ἕνα δεῖ σε ἄνθρωπον. *Unum te oportet eſſe hominem.* Veriſſimum præceptum, ac potius oraculum: cui me ab ineunte ætate non paruiſſe quantopere pœniteat, dici non poteſt. Fui modo ſcholaſticus, modo ſcriba, modo aulicus, modo pædagogus, modo Bibliothecæ præfectus, modo ſcholæ gubernator, Idque eo uſque, ut nunc quid ſim, pene ipſe ignorem. Mirabiliter diſtrahit varietas, & crebræ mutationes, ingenium, Quod ſi mihi in uno Philoſophiæ ſtudio ab ineunte ætate elaborare licuiſſet, cui me fuiſſe natum arbitror: fortaſſe profeciſſemus aliquid. Verum ita cum iis agitur, qui nec ipſi ſapiunt, & bonorum doctorumque conſiliis in adoleſcentia deſtituuntur. Magis tamen reprehendendi ſunt, qui recte monentibus non obtemperant: & diſcendi occaſione vel non utuntur per ſocordiam, vel abutuntur ad luxum, nequitam, & omnis generis malitiam. *Wolfius.*

λζ'. CAP. XXXVII.

1 Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν τῶν σχέσει παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, πάντων ἀνέχεσθαι λοιδορούμενον, πάσχοντα. ἀλλὰ πατὴρ κακὸς ἐστι. μὴ πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει = οἰκειώσῃ; οὔκουν, ἀλλὰ πρὸς πατέρα. 3 ὁ ἀδελφός ἀδικεῖ; τηρητέον 4 τὴν σχέσιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτόν, μηδὲ σκοπεῖν τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαι πρὸς φύσιν ἡ σὴ ἐξὶ προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάπτει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δ' ἔσῃ βλαπτόμενος, ὅταν ὑπολάβῃς βλαπτόμενος. οὕτως οὖν ἀπὸ

Omnia officia in univerſum mutuis affectionibus ſunt metienda. Pater eſt? præcipitur, curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus: ſi convicietur, ſi verberet, ferendum eſſe. At pater malus eſt. Nunquid igitur natura cum bono patre conjunctus es? Non, ſed cum patre. Frater te lædit? Tu igitur munus tuum erga ipſum tuere: nec, quid ille agat, conſidera; ſed, quibus rebus agendis tuum inſtitutum naturæ futurum ſit conſentaneum. Te enim alius non lædet, niſi ipſe velis. Tum autem læſus eris, cum te lædi exiſtimaris. Sic igitur vicini, ſic civis, ſic

τὰ

τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

imperatoris officium invenies, si mutuas affectiones spectare consueveris.

1 Ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται.] Affectiones adhibentur tanquam norma quædam ad officia metienda. Alias εὑρίσκεται reperiuntur. σχέσεις appellat τὰ πρός τι, ea quæ cum aliquo conferuntur: quare affectiones, quam habitus, [ut Politianus & Naogeorgus,] vertere malui. *Wolfius.*

Multa de his verbis & verborum sententia b. m. parens, in Persium Commentario. *Casaubonus.*

2 Ὠκειώθης, ἀλλὰ πρὸς πατέρα.] Videtur interrogativè legendum ᾠκειώθης, conjunctus es? & addenda negatio, οὐκ, ἀλλὰ πρὸς πατέρα. Non, sed cum patre. Sed & hic statim occurrit: Si pater pro hoste se gerit, cur ego me pro filio geram? In promptu est responsio: Aliena improbitas non est imitanda. At difficile est amare hostem: Difficilia, quæ pulchra. At ista laude carere malo. Tuo utique malo. Quem vero fructum ex alienæ improbitatis imitatione capis? Nullum, opinor: atque utinam non impietatis etiam, aut certe neglecti officii condemneris. Animi tranquillitate omnio carebis, morsu conscientiæ non carebis. *Wolfius.* Græcum Naogeorgi exemplar, ἀλλὰ μὴ πρὸς πατέρα;

3 Ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν πράξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, &c. *Frater te lædit? Tu igitur munus tuum erga ipsum tuere.*] conveniunt prorsus cum illis, quæ ipse Christus Matth. XVIII. 18. aliisque locis protulit.

4 Τὴν πράξιν.] Imo τὴν τάξιν (*ordinem*) ut Simplicius & *Paraphrasis.* nec est dubitandi locus. *Casaubonus.*

λη.

Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν. ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, 1 ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε 3 μέμψῃ ποτὲ

CAP. XXXVIII.

Religionis erga deos immortales præcipuum illud esse scito, rectas de eis habere opiniones: ut sentias, & esse eos, & bene justeque administrare universa: parendum esse eis, & omnibus iis quæ fiant acquiescendum: & sequenda ultro, ut quæ à mente præstantissima regantur. Sic enim nec incusabis eos unquam, nec ab eis negligi

τοῖς θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέσεις, ὡς ἀμελούμενος. 4 ἄλλως τε οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τοῦ σοῦ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς, ἄν γέ τι ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχανῇς ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ 5 τεθηπέναι. ἀμήχανον οὖν, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν. ὅθεν καὶ τὸ τῇ βλάβῃ χαίρειν ἀδύνατον. 6 ὅθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τοῦ δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. 7 καὶ Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεοὺς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ὁ ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ τοῦ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ τῆς εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. σπένδειν δὲ, καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι 9 κατὰ τὰ πάτρια, 10 ἑκάστοις προσήκει, 11 κα-

te conquereris. Aliter autem id fieri nequit, quam si iis, quæ in potestate nostra non sunt, relictis, tam bona quam mala in iis, quæ in nobis sita sunt, collocaris. Nam si quid illorum senseris esse bonum aut malum, aliter certe fieri non poterit, quin cum iis frustratus fueris quæ velles, & in ea, quæ nolles, incideris, & culpes & oderis illarum rerum auctores. Illud enim natura est insitum omni animantium generi, ut ea quæ nocitura videantur, eorumque causas fugiant & aversentur: contra, utilia, & causas eorum, persequantur & admirentur. Nulla igitur ratio est, ut is, qui noceri sibi putat, eo lætetur, quod nocere videatur: unde etiam, ipso damno ut gaudeatur, fieri nequit. Hinc fit, ut & patri filius convitietur, cum ea, quæ in bonis habentur, filio non impertierit: & illud est quod inter Eteoclem & Polynicem bellum concitarit, quod bonum existimabant imperium. Hac de causa Deos execratur agricola, ob hoc nauta, ob hoc mercator, ob hoc ii, qui liberos & uxores amittunt. Nam ubi utilitas, ibi etiam est pietas. Quamobrem qui id dat operam, ut sic & appetat & aversetur, quemadmodum decet; is eadem opera & pietati dat ope-

θαρῶς,

θαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

ram, Libandum autem, & sacrificandum, & offerendæ primitiæ sunt unicuique, ritu patrio: caste, non luxuriose, nec indiligenter, nec sordide, nec supra facultates.

1 Ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως.] Planè eadem sententia in Epist. ad Hebr. xi, 6. Πιστεῦσαι δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἐστὶ (Epict. ὡς ὄντων eodem verbo:) καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης (in quo δικαιοσύνη ejus versatur) γίνεται: hoc tantum discrimine, quod Epictetus pro fastigio habet, quod sanctus Apostolus pro fundamento: quæ tamen eodem ferme redeunt: & ἀρχὴ (ut in istis, ἀρχὴ τῆς σοφίας, &c.) utrumque complectitur. *Casaubonus.*

2 Ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης.] Scheggius, Plantinus, & VVolfius, præter hanc lectionem, habent: ἐπὶ τῆς ἀρίστης γνώμης.

3 Μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς.] idem suis editionibus adscripserunt: μέμψῃ ποτὲ τοὺς θεούς. Et sic Naogeorgus expressit. Sed eodem res redit; siquidem deponens illud μέμφομαι *incuso, reprehendo* apud classicos auctores cum genitivo, dativo & accusativo constructum reperiatur.

4 Ἄλλως τε.] Meliorem lectionem VVolfius textui inseruit, ἄλλως δ'.

5. Τεθηπέναι.] Tres editi mentionem alîus scripturæ faciunt, τεθαυμακέναι Et sic habuit Græcum exemplar Naogeorgi. Sed τὸ τεθηπέναι videtur mihi ἐμφατικώτερον.

Ὅθεν καὶ τὸ α. τ. β.] Codex Naogeorgianus, ὥσπερ.

Ὅθεν καὶ πατὴρ.] Idem liber, ἔνθεν. Et paulo post, pro ἀπολύντες, ac ἐπιμεῖται, Scheggius ad oram posuit, ἀπολοῦντες, & ἐπιμελεῖσθαι.

7 Καὶ πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτο πολεμίους, &c. *Et illud est quod inter Eteoclem & Polynicem bellum concitarit.*] Consule pausaniam libro nono.

8 Ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. *Ubi utilitas, ibi pietas.*] O admirabilem sententiam, atque adeo in speciem impiam! sed ita tractatam, ut & humani animi simulationem retegat, & religioni vix quicquam possit magis esse consentaneum. *Wolfius.*

Illustris sententia, qua nihil unquam gravius aut verius ex phœbi cortina: ut nos alibi fuse disputavimus; & quæ de *filiali* cultu, *mercenario* opposito, vulgo jactantur, meras esse τερατολογίας & λογομαχίας ex ambiguitate verbi *mercedis* & *utilis* ortas, planum fecimus. *Casaubonus.*

9 Κατὰ τὰ πάτρια. *Ritu patrio.*] Cum pietas in animo posita sit, de ceremoniis non magnopere putat esse laborandum. Quod si nostro sæculo persuaderi posset, tranquillius viveretur. persuaderi autem posset, si potius è religione vivere, quam de religione disputare studeremus:

si veritatis cupidiores essemus quam vanitatis, hoc est, ambitionis, æmulationis, avaritiæ, ultionis, & si quæ sunt aliæ pestes animorum. *Wolfius.*

10 Ἑκάστοις. *Unicuique.*] Alias ἑκάστοτε, quovis tempore. *Wolfius.* Non aliter in suo exemplari repperit Naogeorgus. Leidensis Mariana habet, ἑκάστῳ

11 Καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως.] Intelligerem pro εἰλικρινῶς, καὶ μὴ ὑποκεκριμένως, ex animo, & non simulate: ni Simplicius scriberet, τὸ ἐπισεσυρμένον μεταλαμβάνει τινὸς ἐκ τοῦ ἐδάφους ἀκαθαρσίας. Id quod attrahitur, sordibus à solo contaminatur. Eo igitur auctore, hoc loco frugalitas luxui, aut mundities sordibus opponitur. *Wolfius.*

λθ'.

Ὅταν μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο, ὅτι μὲν, ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας, ἀλλὰ ἥκεις ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος· ὁποῖον δὲ τί ἐστιν, ἐλήλυθας εἰδὼς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γὰρ ἔστι τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν. μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν, ὄρεξιν ἢ ἔκκλισιν. εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτῷ πρόσει. ἀλλὰ διεγνωκὼς, 1 ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον. 2 καὶ οὐδὲν πρός σε· ὁποῖον δ' ἂν ᾖ, (ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς,) καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει. θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς θεούς. καὶ λοιπὸν, ὅταν τι συμβουλευθῇ, 3 μέμνησο, τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων παρακούσῃς ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει· καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἀλ-

CAP. XXXIX.

Ad vatem accessurus, memento, te negotii eventum ignorare: sed ea de causa adesse, ut eum è vate cognoscas. Quale autem id esset, utique, cum venires, scivisti, siquidem philosophus fueris. Nam si ex eorum numero fuerit, quæ in nostra potestate non sunt: nec bonum esse, neque malum, omnino est necesse. Noli igitur ad vatem afferre vel appetitionem, vel aversationem: alioqui tremens eum accedes. Sed illud constitutum esse oportet, nihil inter quemvis eventum interesse: neque ad te attinere eum, cujuscumque modi sit: licere enim eo recte uti, neque in eo tibi fore quempiam impedimento. Magno igitur animo deos, ut consiliarios, accedito, Deinde, si quid consilii datum fuerit, memento, quos in consilium adhibibueris: & quorum, nisi parueris, auctoritatem sis neglecturus. Sic autem ad

λης

λης, ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προσείπῃ σοι ὁ μάντις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερὰ, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους τοῦ σώματος, ἢ φυγή. 4 ἀλλ' ἔνι λόγος, 5 καὶ (σὺν τούτοις παρίσταται) τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει πρόσεχε τῷ Πυθίῳ, ὃς 6 ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

oraculum accipiendum accedito, quemadmodum Socrati placebat, iis videlicet de rebus, quarum tota consideratio refertur ad eventum, & in quibus nec ex ratione, nec ex arte alia suppetunt occasiones, ad id quod propositum est, considerandum. Cum igitur vel amicus, vel patria cum periculo defendenda erit; noli consulere vatem sintne defendendi. Nam si tibi vates prædixerit, exta infausta esse: mortem significari constat, aut alicujus membri truncationem, aut exilium. Sed ratio tamen subest, & cum his illud etiam conjungitur: una cum amico & patria periculum esse adeundum. Quamobrem ad majorem venito vatem Pythium: qui templo ejecit eum, qui amico in vitæ periculo non succurrisset.

1 Ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον ἀδιάφορον. *Quidquid eventurum sit, id esse indifferens.*] Hoc est, neque bonum neque malum per se, sed pro utentis animo vel bonum vel malum. Veteres Stoici res corporeas & externas, non bona & mala ut cæteri mortales, sed προηγμένα producta, prælata: & ἀποπροηγμένα rejecta, improbata nominarunt, ἀδιαφορίαν Aristoni, Pyrrhoni & Heryllo tribuit Cicero, quos rerum aliquem delectum reliquisse negat. In horum igitur sententiam inclinasse videtur hîc Epictetus. *Wolfius.*

2 Καὶ οὐδὲν πρὸς σε. ὁποῖον δ' ἂν ᾖ (ἔσται γὰρ.] Græca non bene coherent, nisi ita connectas: καὶ οὐδὲν πρὸς σε, ὁποῖον ἄν· ἔσται γὰρ αὐτῷ χρὴς καλῶς, καὶ τοῦτο, &c. sublata parenthesi: vel si quis malit; ita: Ὁποῖον δ' ἂν ᾖ, ἔσται αὐτῷ χρής. κ. καὶ τοῦτο, &c. *Casaubonus.*

3 Μέμνησο τίνας συμβούλους παρέλαβες. *Memento quales in consilium adhibueris.*] Necesse est vatum, augurum, aruspicum magnam fuisse in divinando solertiam. Alioqui enim prædictiones eorum, vir tanta gravitate, pro divinis responsis non habuisset. *Wolfius.*

4 Ἀλλ' ἔνι λόγος.] Sic habet Veneta Trincavelli. Nec aliter Scheggius, Naogeorgus, & hos secuti Wolfius, Plantinus, Casaubonus Ex his tamen plerique aliam notarunt lectionem, ἐνὶ λόγῳ. Codex Venetus major, anni M D XXVIII, solus habet, ἀλλ' ἢ ἐνὶ λόγος, quem fere Leidensis Mariana exprissit.

5 Καὶ σὺν τούτοις παρίσταται. Wolf.] *& cum his etiam conjungitur.* Polit. *teque confirmabit*: quæ valde frigent. Omnino scribendum, ἀλλ' ἔνι λόγος καὶ σὺν τούτοις παρίστασθαι τῷ φίλῳ, καὶ πατρίδι συγκινδ. id est *Ratio autem suadet etiam cum his.* (i. e. utcunque hæc subeunda sunt: θάνατος: πήρωσις: φυγή;) *amico tamen opitulari periclitanti: & cum patria discrimen adire*, &c. Ex omnibus qui mihi visi sunt Epicteti interpretibus, unus Duvairius, vir undequaque præstantissimus hunc sensum subodoratus est, dum vertit. *La raison neantmoins vous persuadera, que quand tout cela devroit estre*, &c. Ad rem autem quod attinet ipsam, multa in hanc sententiam Cato apud Lucanum, lib. IX. præclare, ut virum vere Stoicum decebat: qui etiam Ammonis oraculum, de eventu belli Civilis, cum ejus consulendi facultas oblata esset, & suaderent socii, consulere recusavit, quod eventum, seu *successum* rerum, ad sapientem, qui sola ratione, (nos Christiani *conscientia*, diceremus:) niteretur, ullo modo pertinere negaret. O fidem, Christiano dignam; sed in Christianis inventu raram! *Casaubonus.* Naogeorgus, *verum adest ratio, atque cum his quoque incitat, ut cum amico & patria pericliteris.*

6 Ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ.] Historia est apud Simplicium. *Wolfius.*

μ'.

Τάξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξεις [1] ἐπί τε σεαυτοῦ ὤν, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

CAP. XL.

Præscribe jam tibi formam quandam, & legem, quam custodias: quamque & ipse tecum, & in congressibus hominum observes.

1 Ἐπί τε σαυτοῦ ὤν.] Id est, μόνος καὶ κατ' ἰδίαν] cùm solus, & ipse tecum es, hoc est, cum nullis distringeris alienis cogitationibus. *Wolfius.*

μα'.

Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. σπανίως δέ ποτε, [1] καιροῦ παρακολουθοῦντος, ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν, ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων. μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων ἢ πομάτων των ἐκασταχοῦ λεγομένων· μάλιστα δὲ, μὴ περὶ ἀνθρώπων

CAP. XLI.

Ac majori quidem ex parte silentium præstetur; aut necessaria dicantur, eaque paucis. Raro autem, cum se obtulerit occasio, ad dicendum veniemus, sed non quidvis dicemus: non de gladiatoribus, non de ludis Circensibus, non de pugilibus, non de cibis aut potionibus, quæ res passim inculcantur. In primis autem de hominibus

λέ-

λέγοντες, 2 ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

cum verba fiunt, ne eos vel laudemus, vel comparemus, caveatur.

1 Καιρῷ παρακολουθοῦντος. *Tempore comitante.*] Rectius παρακαλοῦντος, advocante, hortante. *Wolfius.*

2 Ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες. Ἂν μὲν οἷός τε ᾖς.] Recte hæc connectunt tum Simplicius tum Paraphrastes. Sed Paraphrastes paucis insertis, sine quibus vix constat cohærentia: (an & Enchiridio quondam genuina?) Εἰ δ' ἄλλοι τῶν τοιούτων ἄρξονται, &c. *Casaubonus.* In Veneta majore, post συγκρίνοντες, non habentur ἂν μὲν οὖν οἷός τε ᾖς adusque γέλως, &c. Quæ tamen in Simpliciana ἐξηγήσει comparent.

μϛ'.

Ἂν μὲν οὖν οἷός τε ᾖς, μέταγε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ προσῆκον. 1 εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολειφθεῖς τύχοις, σιώπα.

CAP. XLII.

Quod si potes, familiarium tuorum sermones tuis sermonibus eo, quo decet, traducito. Sin à peregrinis circumventus fueris, taceto.

1 Ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολειφθεὶς τύχοις. *A peregrinis circumventus.*] τοὺς ἀλλοφύλους τοῖς οἰκείοις opponit: & eos intelligit homines, quos pro autoritate monere non licet. *Wolfius.*

1 Εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις.] Wolf. *peregrinos.* Politianus, *extraneos*: quod scopo auctoris, & Simplicii expositioni melius convenit. *Casaubonus.* ἐν ἀλλοφύλοις, Naogeorgus quoque *inter extraneos*; qui sunt, verbis Simplicii, οἱ ἄνθρωποι κατ' ἄλλο εἶδος ζωῆς τὸ διεφθαρμένον τραφέντες καὶ συνεθισθέντες.

μγ'.

Γέλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

CAP. XLIII.

Risus ne sit multus, nec ob multa, nec, effusus.

μδ'.

1 Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων.

CAP. XLIV.

Jusjuradum recusa, si fieri potest, omnino: sin minus, quantum potes.

1 Ὅρκον παραίτησαι.] Ita habent plerique editi recentes, & his antiquiores, Venetus major & Naogeorgianus. Codex Venetus Trincavelli, quem Plantinus heic sequitur, ὅρκον παραίτησε. Mendose.

ſc. Stobæus & τὸ παραίτησαι agnoſcit, & paulo poſt, τῶν ἐνόντων.

Ἐκ τῶν ἐνόντων.] Veneta minor, & Scheggiana, τῶν ὄντων,

μέ.

Ἑστιάσεις [1] τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικὰς διακρούου. ἐὰν δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι [2] προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑπορρυῆς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι, ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συνανατριβόμενον αὐτῷ μολυνεῖται ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός.

CAP. XLV.

Convivia externa & popularia devita. Sed ſi quando tulerit occaſio, animadverſio excitetur, ne forte in vulgarem conſuetudinem prolabaris. Scito enim, ſi ſodalis polluturus fuerit, eum etiam, quem is attigerit, neceſſario pollui, etſi purus ipſe fuerit.

1 Τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικὰς.] τὰς ἔξω, ſcilicet τοῦ ἰδίου οἴκου, foris extra tuas ædes, τὰς ἰδιωτικὰς, τὰς ἀφιλοσόφους, convivia plebejorum hominum inerudita, quæ nihil cum philoſophia commune habent, nec commercii quicquam. *Wolfius.*

2 Προσοχή, *Animadverſio.*] Solus Naogeorgus e Græco exemplari ſic edi curavit. Utraque Veneta, cæteræque antiquiores, velut e compacto habent, προσευχή. Scheggius tamen, Plantinianus & Wolfius, prioris ſcripturæ meminerunt.

μϛ'.

Τὰ περὶ τὸ σῶμα [1] μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς παραλαμβάνειν· οἷον τροφὰς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε.

CAP. XLVI.

Quæ corpori ſerviunt, eatenus adhibeantur, quatenus animo ſunt uſui: veluti cibi, potus, amictus. ædes, ſervitium. Quicquid autem ad oſtentationem aut delicias attinet, repudiato.

1 Μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς.] Quæ corpori neceſſaria ſunt, ea animo quoque ſervire, quatenus ipſum corpus animi inſtrumentum, & miniſter eſt, (aut certe ita debet) dici poſſe non nego. Remotius tamen id hic fuerit & aliis opinor uſus fuiſſet verbis, ſi id voluiſſet Epictetus. Paraphraſtes exertiſſime, χρ. ψιλῆς non ψυχῆς; & ita Simplicium quoque legiſſe, Commentarius ipſius fidem facit. Ut cum dicit, τὰ πρὸς χρείαν αὐτῷ (σώματι ſcil.) μόνον προσφέροντας, & ſimilia, τὴν χρείαν ad corpus ſemper referens: de anima autem quæ iſtis utatur, ne verbo quidem. Erat in hac editione, μέχρ. χρ. τῆς ψ. quod tanto vitioſius, quanto à vera lectione remotius. *Caſaubonus.*

Pro

Pro παραλαμβάνειν, mallem παραλάμβανε. Quam conjecturam Paraphrastes confirmat.

μζ'.

Περὶ ἀφροδίσια εἰς δύναμιν πρὸ γάμου καθαρευτέον· ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νόμικόν ἐστι, μεταληπτέον. μὴ μὲν τοι ἐπαχθὴς γίνου 1 τοῖς χρωμένοις, 2 μηδὲ ἐλεγκτικός· μηδὲ πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτὸς οὐ χρῇ, παράφερε.

CAP. XLVII.

Are venerea, quantum fieri potest, ante nuptias purus esto: Sin attigeris, ea legitime utendum. Ne tamen iniquus sis iis qui illa utuntur, neque eos arguas: neque passim jactes, te ea non uti.

1 Τοῖς χρωμένοις.] Hinc ἡ χρῆσις simpliciter interdum pro re venerea; ut in Problem. Alex. Aphrodisæus de Eunuchis: φαντάζοντας τὴν χρῆσιν. *Casaubonus.*

2 Μηδὲ ἐλεγκτικὸς, *Nesis objurgutor.*] Christiana charitas, & peccantes argui, & contumaces vitari jubet. *Wolsius.*

μή.

Ἐὰν τις σοὶ ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα. ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακὰ, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.

CAP. XLVIII.

SI quis nunciarit, quendam tibi maledicere: ne refuta quæ dicta sunt, sed responde, Eum nescisse cætera tua vitia, nam alioqui non illa sola fuisse dicturum.

μθ'.

Εἰς τὰ θέατρα τὸ πολὺ παρίεναι, οὐκ ἀναγκαῖον· εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ· τουτέστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα. οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. 1 βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου· καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέ-

CAP. XLIX.

Theatra frequentare non est necesse: sed si quando tempus tulerit, te nulli nisi tibi ipsi studere appareat. hoc est, ea duntaxat fieri velis, quæ fiunt: & eum solum vincere, qui vincit. Sic enim non impedieris. Clamore autem, aut arrisione, aut longiore commotione, penitus abstineto. Ac post discessum,

γυ, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σην ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνει γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου, 2 ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν.

ne multum de iis quæ acciderunt disputa, cum nihil ad tui correctionem faciant. Alioqui ex eo apparebit, te spectaculum esse admiratum.

1 Βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τίνι, ἢ ἐπικ.] Aberant hæc a Politiani codice, ut puto: ab ejus certe versione absunt. Wolfius *cum irrisione; aut longiore commotione*. Obscure, partim; & partim, falso: Simplicius optime singula; quem debuit VVolfius, hic quidem certe, sequi. Ita erant tum mores Plin. in Epist. lib. v. 17. *Non labia diduxerunt: non moverunt manum: non denique assurrexerunt, saltem lassitudine sedendi.* Hoc ille de recitatione: cui cum theatris & spectaculis multa communia; & inde derivata. *Casaubonus.*

2 Ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν, *Te spectaculum esse admiratum.*] Hoc est animo esse levi, & futilium rerum studioso. Horatius:

Nil admirari, prope res est una Numici,
Solaque quæ possit facere & servare beatum. VVolfius.

ν'.

1 Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε, μηδὲ ῥᾳδίως πάριθι. Παριὼν δὲ, τὸ σεμνὸν, καὶ εὐσταθὲς, καὶ ἅμα ἀνεταχθὲς, φύλασσε.

CAP. L.

Ad recitationes ne veni, neque facile accede. Sin, accesseris, gravitatem & constantiam tuêre: & id una cave, ne cui sis molestus.

1 Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε.] Recte τινῶν. & modeste: Erant enim ἀκροάσεις seu διαλέξεις τῶν φιλοσόφων maxime; ejusdem plane argumenti, exceptis fidei mysteriis, cujus & conciones, seu prædicationes hodie (& utinam non pejores hodiernæ multæ:) nostræ: quod ex iis quæ etiam nunc supersunt, Dionis, aliorumque facile quivis intelligat. τινῶν igitur hic, id est, ἐπιδεικτικῶν, qui ad solam ingenii & eloquentiæ ostentationem, & captandum plausum recitabant: quales, Rhetores, & Poëtæ; ut Simplicius exponit. Pro ἧκε, quod redundare videtur hic, conjiciat fortasse aliquis εἰκῇ: Sed Simplicius non agnoscit; & simplicior sic oratio, quæ Epictetum non dedecet. *Casaubonus.*

να'.

Ὅταν τινὶ μέλλεις συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σεαυτῷ, 1 τί ἂν ἐποίησεν

CAP. LI.

Cum aliquid negotii tibi futurum est cum aliquo, ex proceribus præsertim, ipse tibi proponito, quid in ea re

ἐν

ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων. καὶ οὐκ ἀπορήσεις τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως ἐν τῷ ἐμπεσόντι.

facturus fuisset Socrates, aut Zenon. Ita fiet, ut te ratio non deficiat, qua id, quod objectum fuerit, ritè administres.

1 Τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης, *Quid in eo fecisset Socrates.*] Id ex utriusque dictis & factis colligere licet, quoniam scripta neutrius habemus. Sed nisi eruditione & constantia utriusque præditus fueris, male tibi vertet inepta imitatio: & fortassis ne illi quidem ubique decorum conservarunt. *Wolfius.*

νϐ'.

Ὅταν φοιτᾷς πρὸς τινὸς τῶν μέγα δυναμένων, πρόβαλλε, ὅτι οὐκ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, 1 ὅτι ἐκτιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι οὐ φροντιεῖ σοῦ. κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέ ποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσοῦτον· ἰδιωτικὸν γὰρ, καὶ 2 διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός.

CAP. LII.

Cum ad magnatum aliquem iturus es, proponito tibi, fore ut eum domi non invenias, ut inclusus sit, ut occludantur tibi fores, ut ille te negligat. Quod si hoc rerum statu venire decuerit, ea feras quæ fiunt: neque ipse unquam tecum dicas, non fuisse tanti. Id enim plebeium est, & ejus qui res externas calumnietur.

1 Ὅτι ἐκτιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι.] Sententia satis aperta est. Quid vero si ἐπιτιναχθήσονταί σοι legatur? occludentur tibi fores cum impetu, per contemptum scilicet & indignationem. Aut est hypallage, pro, σὺ ἐκτιναχθήσῃ τῶν θυρῶν, ejicieris foribus. Argentinensis codex habet, ὅτι οὐκ ἐκτιναχθήσονταί σοι, pro ἀνοιχθήσονται. Et paulo post, pro διαβεβλημένον τὸ πρὸς τὰ ἐκτὸς, habet διαπεπληγμένου. alterum percelli, alterum criminari significat. Ego mallem καταβεβλημένου. ejus qui projectus sit ad res externas, qui humi sit abjectus, & rerum externarum mancipium: qui hujusmodi frustrationes æquo ferre animo non didicerit, & contemnere. *Wolfius.*

Τοσούτον.] Sic utraque veneta, & Basileensis. Cæteræ in gignendi casu, τοσούτου.

2 Καὶ διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτὸς.] VVolf. *qui res externas calumnietur.* Polit. *quæ externa sunt calumniari.* Non legerant fortasse Philostratum, apud quem διαβάλλεσθαι; pro ἀπεχθάνεσθαι, seu *odio habere*, singulis fere paginis; ut & b. m. parenti in Strabonem recte notatum. & hinc forte Διάβολος; ut Hebræo שׂטן ad amussim respondeat. Alia

lia quoque apud Herodotum notione, quæ nec ipſa vulgo nota: ſed non hujus iſta loci. *Caſaubonus.*

Veneta major quarto caſu. διαβεβλημένον. Solum Naogeorgi exemplar habet, διαπεπλεγμένῳ τὰ ἐκτός. Vertitque, *ejus qui attonitus ſit ad externa.* Hoc eſt, qui bona malaque in externis habet poſita.

νγ'.

Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέχου τὸ ποιὰ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. ἡδὺ γὰρ ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ σῶν κινδύνων, μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐστι τὸ σοὶ συμβεβηκότων ἀκοῦσαι.

CAP. LIII.

In familiaribus congreſſibus abſit facinorum aut periculorum tuorum prolixa & immodica commemoratio. Nec enim, ut tibi jucundum eſt tuorum certaminum meminiſſe; ſic & aliis ſuave eſt, ea quæ tibi acciderunt, audire.

νδ'.

Ἀπέχου δὲ καὶ τοῦ γέλωτος κινεῖν. 1 ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος 2 εἰς ἰδιωτισμόν, καὶ ἅμα ἐκείνοις τοῦ αἰδοῦς τοῦ πρός σε τῶν πλησίων ἀνιέναι.

CAP. LIV.

Abſit illud etiam, ne riſum moveas. Nam is ejuſmodi locus eſt, è quo proclivis ſit in plebejum morem lapſus: eamque vim habet, ut tui obſervantiam facile apud familiares diminuat.

1 Ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ ἱερός. *Lubricas enim modus.* Malim τόπος, locus. *Wolfius.* Illud ἱερός non ex quodam codice habet, ut male putat nuperus editor) Sed è ſcholiis Simplicii, quæ Veneti MDXXVIII. vulgaverunt. Ubi VVolfius: *Quidam libri habent* ὁ τόπος, *quod ad* ὀλισθηρὸς *magis convenit.* Cæterum Enchiridii exemplaria ſcripta, & ἐκτετυπωμένα, in τὸ τόπος conſpirant. Atque id σφάλμα operis potius quam Simplicio imputaverim. Idem πρόσωπα adverti & emendavi in ἐξηγήσει ad caput LXXVI.

νέ.

Ἐπισφαλὲς δὲ, καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν ἔνκαιρον ᾖ τῷ προελθόντι. εἰ δὲ μή, τῷ γε ἀποσιωπᾶσθαι,

CAP. LV.

Periculoſum eſt etiam, ad orationis obſcœnitatem progredi. Cum igitur tale quippiam inciderit: aut (ſi ferat opportunitas) objurgabis

καὶ ἐρυθριᾶσαι καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

eum qui sermonem illum injecerit: aut taciturnitate saltem, & rubore vultuque ostendes, eam orationem tibi displicuisse.

1 Ἐπίπληξον τῷ προελθόντι.] προελθόντι, scilicet εἰς αἰσχρολογίαν. *Wolfius*,

νϛ'.

Ἐὰν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, 1 φύλασσε σαυτὸν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς· 2 ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτῷ λάβε· ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὅν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὃν ἀπολαύσας, ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσῃ· καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως 3 ἀποσχόμενος χαιρήσεις, καὶ ἐπαινέσεις αὐτὸς σεαυτόν. ἐὰν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, πρόσεχε 4 μὴ νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδὺ, καὶ ἐπαγωγόν· ἀλλ' ἀντιτίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ 5 συνειδέναι σεαυτῷ ταύτην τὴν νίκην νενικηκότι.

CAP. LVI.

SI voluptatis alicujus imaginem animo conceperis, moderare tibi, ne ab ea movearis: sed & rem examina, & tibi ipse deliberandi præbe spatium. Deinde utriusque temporis memento, tum ejus quo voluptate perfrueris, tum ejus quo percepta jam voluptate dolebis, teque ipse objurgabis. atque his illa confer; si abstinueris, fore ut gaudeas, teque ipse collaudes. Quod si tibi suscipiendæ rei videbitur esse tempus, cave ne vincant ejus blandiciæ, & suavitates, & illecebræ: sed illud oppone, quanto præstantior sit talis victoriæ conscientia.

1 Φύλασσε σαυτὸν, *Moderare tibi.*] Sic venetus uterque, & alii quidam: Sed Græco Naogeorgi codex amplius habet, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, φύλ. σ. Quam lectionem agnoscit etiam Politianus. Vertit enim: *Cum voluptatis cujuspiam imaginationem capis, quemadmodum in cæteris serva te ipsum.* Eandem ad oras librorum posuerunt Scheggius Plantinus, alii; Leidensis Mariana, Argentinensem ut reor secuta, præ reliquis expressit. Stobæus omnium amplissime: Ὅταν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων φαντασιῶν φύλασσε, μὴ συναρπάζου ταχέως· ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα. καὶ μικρὰν ἀναβολὴν αὐτὸς παρὰ σεαυτῷ λαβὼν, ἐπισκόπησον τὴν φαντασίαν,

καθ'

καθ' οὓς ἔχεις κανόνας· καὶ πειρῶ κρατεῖν τῶν ἡνιῶν. Ex quibus codices Epicteti videntur emendandi.

2 Ἀλλ' ἐνδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα. *Exspectet te negotium.*] Argentinensis rectius opinor, ἀλλ' ἐξητάσθω τε τὸ πρᾶγμα, examinetur, expendatur. *Wolfius.*

3 Ἀποσχόμενος χαιρήσεις. Eadem Argentinensis, Ἀπεχόμενος χαρήσῃ.

4 Μὴ νικήσῃ σε.] Ita veneti, Naogeorgiana Argentinensis, ἵνα σε μὴ κρατήσῃ τὸ π. α. Scheggius facit quidem cum Venetis: sed ad oram posuit, ἡττήσῃ τὸ. nam Wolfius male exscripsit τε &c.

5 Συνειδέναι σεαυτῷ.] Venetus minor, συνειδέναι ταύτην τ. ν. Major τὸ σαυτῷ agnoscit. Reliqui utrumque auctores habent.

νζ'.

Ὅταν τι, Διαγνοὺς ὅτι ποιητέον ἐστὶ, ποιῇς, μηδέποτε φύγης ὀφθῆναι πράσσων αὐτὸ, 1 κἂν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. 2 εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς αὐτὸ, ἔργον φεῦγε· εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

CAP. LVII.

Cum facis aliquid, quod faciendum esse statuisti, nunquam recuses, inter id agendum conspici: tametsi futurum est, ut vulgus de eo secus judicet. Nam si perperam facis, rem ipsam fuge: Sin recte, quid eos vereris qui non recte reprehendunt?

1 Κἂν ἀλλοῖόν τι.] Sic Veneta maior & Argentinensis, itemque Leidensis & Casauboniana. Reliqui fere, ἀλλ' οἷόν τι.

2 Εἰ μὴ οὐκ ὀρθῶς ποιῇς. *Nam si non recte feceris.*] Cynica impudentia, in propatulo faciendi ea quæ naturæ fert necessitas, Epicteto non probatur. Vult tamen philosophum austeriorem esse, quam Cicero: qui monet, aliorum judicio permulta nobis & facienda & non facienda, & mutanda & corrigenda esse. Cui rectius parebit, qui Stoicam animi constantiam nondum est assequutus. *Wolfius.*

νη'

1 Ὡς τὲ, Ἡμέρα ἐστὶ, καὶ, Νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν, 2 πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον ἀπαξίαν· οὕτω καὶ τῶν προκειμένων τὰ μείζονα ἑλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλην

CAP. LVIII.

Ut hoc pronunciatum, Dies est, &, Nox est, magnam habet in sejunctione vim, in conjunctione vero prorsus nihil valet: sic maxima quæque ex iis quæ apposita sunt, arripere; ut respectu corporis, magni est momen-

ἔχει

ἔχῃ ἀξίαν, πρὸς ἓν τὸ κοινὸν ἐν ἑστιάσει, εἶναι δεῖ, μὴ φυλάσσειν, ἀπαξίαν ἔχῃ. ὅταν δὲ συνεσθίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο, μὴ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν παρακειμένων ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὴν ἑστίασιν, ἣ εἶναι δεῖ φυλάσσεσθαι.

ti; ita, ſi communitas convivii ſpectetur, magnum habebit, niſi caveris, dedecus. Cum igitur conviva es alicujus; memento, non ſolum eorum quæ appoſita ſunt pretium, quod ad corpus attinet, conſiderandum eſſe: ſed & eam quæ convivari debetur, reverentiam eſſe conſervandam.

1 Ὡς τὸ ἡμέρᾳ ἐστὶ, καὶ νύξ ἐστι.] Hic locus per ſe mutilus, in utraque Baſilienſi edi ione ſuppletus eſt. Sed haud abs re mireris, cur pronuntiatum dialecticum ad convivii rationem accommodarit? Monere fortaſſis adoleſcentes voluit, elaborandum eſſe potius, ut boni ſint ratiocinatores officiorum, quam ut arguti dialectici evadant: & quæ dialecticis rationibus probata fuerint, ea in cibo & potu omnique vita uſurpanda eſſe: & naturalem appetitum ita moderandum, ne cœco noſtri amore impulſi, vel civilem conſociationem violemus, vel intemperantia noſtra dedecus aliquod ſuſcipiamus. Cum ſuprà vitam convivio comparavit, hoc præceptum ad omnes vitæ noſtræ actiones accommodetur: & ubique non privatæ cupiditatis & utilitatis, ſed æquitatis & ſocietatis ratio habeatur, & voluntas convivatoris, hoc eſt Dei ſpectetur. *Wolfius.*

Hic loc s per ſe mutilus, in utraque Baſileenſi editione ſuppletus quidem eſt: Sed is non minus integer viſitur in Argentinen , e codice Naogeorgi expreſſa. Quin & Politianus, ut eiusdem verſio palam clamat, haud aliter in Medicæo libro repperit, quam hodie legitur.

Ὡς τὸ, ἡμέρᾳ ἐστὶ, καὶ, νύξ ἐστι, πρὸς μὴν τὸ διεζδυγ.]
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: ſic nos in luce timemus
Interdum nihilo quæ ſunt metuenda magis quam
Quæ pu ri in tenebris pavitant, finguntque futura.
Hunc igitur terrorem animi tenebraſque, neceſſe eſt
Non radii Solis, n n lucida tela diei
Diſcutiant; ſed naturæ ſpecies ratioque.

Libet ita mihi cum principe Poeta hic præfari, nulla adeo neceſſitate materiæ coactus, quam ſuavitate carminis, ad uſum vitæ præcipui, illectus. Miras certe tenebras hic ubi finxerunt interpretes plerique, quas non multo labore diſcuti poſſe ſperamus. Atque id primo qui non in his verſati, monendi ſunt, amare Stoicos ex rerum in uſu communi obviarum ſimilitudine præcipua ſæpè in morali Philoſophia dogmata, præceptave, confirmare. Quis exſpectaret ex ipſa ſcribendi conſuetudine, ut ex ſcriptione verbi Dionis, ἀπαραξίας; aut ex Antonini,

nini, patientiæ & conſtantiæ præceptum; vel argumentum, quæ tamen apud Arrianum, non uno loco: etiam apud Antoninum reperire eſt. Cum autem Dialecticæ, & quidem ſpinoſioris, quam ſolidioris aut utilioris, (quod & Seneca, tantus ipſe Stoicus, non uno loco ingenuè agnoſcit:) ſtudioſiſſimi plerique eſſent; quid mirum ſi argutias interdum Logicas ad uſum tradendæ diſciplinæ ſuæ transferrent? Porro ex omni quam late patet Dialectica, nullus locus illis, vexatior dicam, an acceptior; quam erat iſte de *ſeparatis* & *connexis* propoſitionibus; quarum uſitatum hoc exemplum fuit, *Dies eſt*, *& nox eſt*. Unde eſt quod Sextus Empiricus veteris omnis Philoſophiæ peritiſſimus ſcriptor, tam multa de iſtis, non uno loco, nec paucis ſed pluribus continuis paginis; tum de propoſitionibus in genere, tum de hoc earum vulgatiſſimo exemplo tradidit. Ut igitur ſi quis *disjunctive*, *Dies eſt*, *& nox eſt*, nemo dubitat quin veriſſime dicat: (quod in Epicteto, μεγάλω ἔχει ἀξίαν: id eſt, *veriſſima eſt propoſitio*; ſive *aſſertio*: unde ἀξίωμα:) ſin autem *conjunctive*, *Dies eſt*, *& nox eſt*; ἀσύστατα loquitur & palam repugnantia: Ita (infert Epictetus) in convivio proxima quæque ſine diſcrimine arripere, ejus fortaſſe fuerit, qui ſibi ſeparatim & ſuæ ſeu neceſſitati, ſeu edacitati conſulat: non ejus qui hominem ſe; id eſt, animal ad ſocietatem natum meminerit: cujus naturæ conſentaneum, non ſibi tantum uni, ſed in commune pro re nata conſulere. Epictetus apud Arrianum pari ſimplicitate totam degendæ vitæ rationem ad hypotheticas propoſitiones refert, & hoc ipſo exemplo utitur: Ὡς ἐπὶ τῶν ὑποθετικῶν λόγων ἀναστρεφόμεθα· εἶπω δεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ βίου. Ἔστω νύξ. ἔστω. τί οὖν; ἡμέρα ἐστίν; οὐ. ἧττον γὰρ ὑπόθεσιν τοῦ νύκτα εἶναι, &c. Ibi quoque vox ἀξία non vulgari ſignificatione. Simplicius aliter Epicteti verba legiſſe videtur: Ἤτοι ἡμέρα ἐστίν, ἢ νύξ ἐστὶν, &c. & eo interpretationem ſuam accommodat: quam per omnia cum noſtra concordare non præſto. Nos quod à ſpinis, & argutiis erat remotiſſimum, & ad intelligendum, planiſſimum, expreſſimus. *Caſaubonus.*

2. Πρὸς ὃ τὸ συμπεπλεγμένον ἢ σιωπμένον ἀπαξίαν.] Naogeorgi Græcum exemplar, πρὸς ὃ τὸ συζευγμένον ἀπαξίαν. Quæ reſpondent ſuperioribus, πρὸς ᾧ τὸ διεζευγμένον, μεγάλω ἔχει ἀξίαν. Veneta Trincavelli, πρὸς... λείπει... ὃ τὸ κοινὸν, &c. Scheggius quoque aſteriſcos, ἐκλείψεως notas, interpoſuit: πρὸς * λείπει * Quos hiatus ad oram libri optime ſupplevit. Id quod præſtitum videas in cæteris editionibus. Nec aliter in libro Medicæo repertum à Politiano. Græca certe mutabat hiſce: *Ut enim hoc, Aut dies, aut nox eſt, adverſus diſjunctum magnam habet dignitatem: adverſus autem conjugatum, indignitatem: Sic & majorem*, &c. Leidenſis Mariana, ἢ σιωπμένον. ut Supervacua tranſmiſit. Inepti ſunt venuſtuli, qui nullis veteribus codicibus auctorari, voculæ λείπει nuperrime dicam ſcripſerant.

3 Οἷον δεῖ, μὴ φυλ] Recribe ex Simplicio, quod & ſententia requirit: οἷον δεῖ φυλ.. *Caſaubonus.*

νθ'.

νθ'.

Ἂν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τὶ πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας. καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες.

CAP. LIX.

SI quam personam, quæ vires tuas superat, induéres: tum eam indecore geres; tum eam, quam sustinere posses, negliges.

Τὶ πρόσ.] Sic omnes libri; quod retinemus.

ξ'.

Ἐν τῷ περιπατεῖν καθάπερ προσέχεις, μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸν πόδα· οὕτω πρόσεχε, μὴ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τὸ σεαυτοῦ. καὶ τοῦτ' ἂν ἐφ' ἑκάστου ἔργου παραφυλάσσωμεν, ἀσφαλέστερον ἁψόμεθα τοῦ ἔργου.

CAP. LX.

Quemadmodum in ambulando caves, ne clavum calces, pedemve distorqueas: sic in degenda vita cave, ne gubernatricem actionum, mentem tuam lædas. Quod si in re unaquaque observabimus, omnia cautius aggrediemur.

ξα'.

1 Μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ πούς ὑποδήματος. ἐὰν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον· ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι. καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος, ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, γίνεται 2 κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα 3 κεντητόν· τοῦ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος οὐθείς ἐστιν.

CAP. LXI.

Modus pecuniæ corpus est unicuique, ut calcei pes. Si igitur in eo institeris, modum servabis: sin præterieris, jam veluti per præceps referri necesse erit, ut & in calceo: si ultra pedem progressus fueris, fit auratus calceus, deinde purpureus, deinde interpunctus. Ejus enim, quod semel transierit modum, nullus est terminus.

1 Μέτρον κτήσεως.] VVolf. *Modus pecuniæ*. Malim cum Politiano: Modus *possessionis*. Casaubonus.

2 Κατάχρυσον ὑπόδημα· εἶτα πορφυροῦν· εἶτα κεντητόν.] Quædam ad intelligentiam hujus loci b. m. Pater in tractatu *De Calceis*: qui pars accuratissimi *De re Vestiaria* Commentarii: quem jam olim,

valde juvenes apud nos extare publice profeſſi ſumus. Eum certe viri doctiſſimi, qui poſtea hoc argumentum ſuſcepere, ſi vidiſſent: (cujus conſpectum, ſed nec uſum, ingenuo & erudito nemini invidimus:) alibi fortaſſe induſtriam ſuam, quæ ſane non vulgaris, occupatam maluiſſent. Sed ad Epictetum: Ita ille obiter de hoc loco, in iſto, quem diximus tractatu: *Nota illud Epicteti in Enchiridio:* ἕτω γίνεσθω κατάχρυσον ὑποδ. εἶτα πορφ. *&c. ut videatur calceus* κεντητὸς: *ſive punctis diſtinctus eſſe pretioſior purpureo: purpureus, aureo:* Idem ibidem, (ubi de calceis ſcilicet) ſed alio loco: *Uſum gemmarum mutiplicem declarat eximie locus Syneſii*, P. II. ἀφ' ἧ ποικιπόρφυρόί τε ἐσὲ καὶ ποικίχρυσοι, καὶ λίθοις ἐξ ὁρῶν τε καὶ θαλαττῶν βαρβάρων τὰς μὲν ἀναδεῖσθε, τὰς δὲ ὑποδεῖσθε (*hæc ſunt quæ vocat Epictetus* κεντητὰ ὑποδήματα) τὰς δὲ ποικιλεῖσθε, τὰς δὲ ἐξαρτᾶσθε, τὰς δὲ περονᾶσθε, τὰς δὲ ἐφιζάνετε. Hactenus ὁ μακαρίτης: qui tamen plura ſparſim, quæ hic quoque, ſi res poſtularet, referri recte poſſint. Sed notet Lector in verbis Syneſii, tres illas, ut in Epicteto, non eodem quam vis ordine ſpecies, ποικίχρυσον, ποικιπορφύρων & λίθοις ſeu gemmis diſtinctorum: quæ κεντητὰ vocat Epictetus. Sed nec omittendus inſignis in eam rem Plinii locus: *Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obſtrigillis* (Ariſtoteli, partes calcei ſunt, ποδόχασμα, κεφαλὶς, κτῶν.) *ſed totis ſocculis addunt. Neque enim geſtare jam margaritas, niſi calcent, ac per uniones ambulent, ſatis eſt.* Paraphraſtes noſter, ſi verba ſingula ſpectemus, hæc Epicteti peſſimè accepit; qui orſus à κεντητοῖς, inde ad *purpureos;* poſtea ad *aureos*, quaſi κεντητοῖς & purpureis pretioſores, inverſo plane ordine progreditur. Niſi tamen conſulto conſilio pro more ſui ſæculi ac loci ita locutus eſt. Addit enim: λιθοκολλήτους: quod quid aliud eſt, quam κεντητοί? niſi quod illud, ſequiore ævo (quanquam probum, & jam olim notum:) magis in ea notione vulgatum. *Idem.*

3 Κεντητόν.] Sive artificioſe diſſectos, ſive pictos, gemmis aut imaginibus interpunctos calceos ſignificare videtur. Byzantinis, rubri calcei ſignum imperii fuerunt; virides, inſigne Cæſarum: quibus aliquando aurea aquila intertexebatur. Politianus, Punctabundum vertit. Vetera lexica vertunt, τὸ κεντητὸς punctus, punctis diſtinctus. Hinc ἀκέντητος ſtimulo ſeu aculeo non ictus. Pindarus Olym P. de equo δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων, id eſt, ἄνθυ κέντροισι θέων, ut Homerus loquitur. *Wolfius.*

ξϚ'.

Αἱ γυναῖκες αὐθις ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκέτων ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίας καλοῦνται. τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς προῆκται, μόνον δὲ συνκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἐρχονται καλλωπίζε-

CAP. LXII.

Mulieres ſtatim ab anno decimoquarto à viris dominæ vocantur. Proinde cum vident, ſe nihil aliud habere muneris, niſi ut cum viris concumbant: comere ſe incipiunt, atque in ornatu ſpem

σας, καὶ ἐν τούτῳ πάσας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. προσέχειν οὖν ἄξιον, ἵνα αἴσθωνται, οἷόπ ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ τιμῶνται, ἢ τῷ κόσμιαι φαίνεσθαι, καὶ αἰδήμονες ἐν σωφροσύνῃ.

collocant omnem Quare operæ prætium est, dare operam ut sentiant, sibi non ob aliud honorem haberi, nisi quod & modestas se præbeant, & verecundas cum temperantia.

ξγ'.

Ἀφύας σημεῖον τὸ ἐν διατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα· οἷον, ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, ὀχεύειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον, περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.

CAP. LXIII.

Hebetis ingenii signum est, in rebus corporis immorari: velut, exerceri diu, edere diu, potare diu, cacare diu, coire diu. Nam hæc quidem facienda sunt obiter: cura autem omnis ad animum est transferenda.

ξδ'.

Ὅταν τίς σε κακῶς τι ποιῇ, ἢ κακῶς σε λέγῃ, μέμνησο, ὅτι 1 καθήκειν αὐτοῦ οἷόν τε οὖν ἀκολουθεῖν τῷ οἰόμενος, ποιεῖ, ἢ λέγει. αὐτὸν τῷ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ὥστε, εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὅσπερ καὶ ἐξηπάτηται. 2 καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον 3 ἄν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον 4 βέβλαπται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πράως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα. ἐπιφθέγγου γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ, 5 ὅτι, Ἔδοξεν αὐτῷ.

CAP. LXIV.

Cum tibi quispiam vel malefecerit, vel maledixerit: memento eum opinatum esse, id ex officio sibi fuisse faciendum, & dicendum. Neque vero fiere potest, ut id sequatur ille quod tibi videtur, sed id quod sibi. Quod si male judicat, is damnum facit qui decipitur. Verum connexum si quis mendacium judicet: non ipsum connexum lædetur, sed ille qui deceptus fuerit, Sic igitur instructus, æquo feres animo conviciatorem. Nam ad singula dices, Ita visum esse illi.

1 Καθήκειν αὐτῷ διόρθωσιν ποιεῖν ἢ λέγειν. *Eum opinatum esse id ex officio sibi fuisse.*] Idem & Pletho monet, & accusandos nos ipsos esse, qui aliud persuadere, atque alios in nostram sententiam perducere non possimus. At dices, sæpe sciunt injurii & maledici homines, improba & se indigna esse quæ faciant. Respondet Epictetus: Tanto igitur pejores & miseriores sunt ipsi: tu vero neque pejor, neque miserior. Imo eorum improbitas mihi fraudi est, quod existimationem meam lædunt, quod fortunas imminuunt, quod corpus vi aut veneficio affligunt, quod obstant commodis? Respondebit Epictetus, ista non tua esse, sed aliena, & nihil ad te attinere. *Wolfius.*

2 Τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον. *Veritatem complexam, sive involutam, intricatam, perplexam.*] Ut apud Sophoclem in Electra, non ideo mortuus erat Orestes, quod se illius ossa vasculo inclusa afferre Ægistho & aliis persuaserat. Simplicius aliam affert expositionem, quam suo loco videbimus. Nolumus enim huc omnia congerere. *Idem.*

Locus Casaubono invisus, mihi visus est, non quidem in Notis ad Enchiridion (nam illic frustra quæras sed ad ἐξηγήσεως Simplicii verba, κ' τὸ συμπεπλεγμένον. Wolfius tamen aperte respicit Epictetum, ac scripturam Venetæ maioris τὸ ἀληθῶς συμπ: Sic castigat. Alii codices omnes, inquit, habent τὸ ἀληθὲς συμπ. itaque legit Politianus, qui vertit, *Verum conjugatum*: et Naogeorgus, qui *verum complicatum.* Eandem & ipse lectionem in primi tomi editione secutus, verteram, *involuta veritas*: id est, res vera illa quidem, Sed ignota, cuiusmodi superioribus seculis fuit novus orbis. Sed nunc libenter assentior Simplicio, qui ἀξίωμα συνπεπλεγμένον, declarandi causa protulit, cum auctor supra τῶ συμπεπλεγμένῳ καὶ διεζευγμένου mentionem faciat. Hactenus Wolfius. Ea me impulit ratio, ut Wolfii versionem, adeo modeste retractatam, ex ipso Wolfio emendarem. Cæterum in istis, *Nam involutam veritatem*: &. *Non ea involuta læditur*, sequutus videri possit Conradum Gesnerum, qui hæc Epicteti verba apud Stobæum, cuius editionem curavit ∞ D XLIII. Sic interpretabatur.

Καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον.] Wolf. *Nam involutam*, &c. Aliter Simplicius, ut ego censeo, probabilius. Cum tamen ejus expositionem alibi expendere se profiteatur Wolfius, suspendo libens assensum, donec illa mihi visa, & expensa; (quod nondum mihi contigit) quæ pro sua versione adfert Wolfius. *Casaubonus.*

3 Ἂν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος.] Præter hanc lectionem Scheggiana & VVolfiana habent, ἐὰν ψεῦδος νομίζῃ τις.

4 Βέβλαπται.] Ita legebat VVolfius, & βλάπτεται pro varia lectione posuit.

5 Ὅτι, ἔδοξεν αὐτῷ.] Venetus minor, Scheggius, Plantinus & VVolfius, absque conjunctione ὅτι, ἔδοξεν αὐτῷ. Venetus maior, ἄ"τως ε. α. Non ciccum interduim.

ξέ.

Παν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὴν μὲν φορητὸν, τὴν δὲ ἀφόρητον. ὁ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, [1] ἐντεῦθεν αὐτὸν μὴ λαμβάνῃς ὅτι ἀδικεῖ. αὕτη γὰρ λαβὴ ἐστιν αὐτῷ ὐ φορητή· ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι συντροφος. μὴ λήψῃ αὐτὸ, καθ' ὃ φορητόν ἐστιν.

CAP. LXV.

Unaquæque res duas habet anſas: unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Si frater injuriam fecerit, non ea prehende, qua facit injuriam: ea enim ejus anſa non eſt tolerabilis. Sed illinc potius: eſſe fratrem, una educatum. Sic prehendes rem qua eſt tolerabilis.

1 Ὁ ἓν ἀδελφὸς.] Sola Veneta major, & una è recentiſſimis Caſauboniana, Sic legunt. Cæteræ vetuſtiores, ὁ ἀδελφὸς.

Ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνῃς.] Hæc a variis varie ſcribuntur. Venetus minor Trincavelli ſec: αὐτῷ μὴ λάμβανε. Nec aliter cum Scheggio VVolfius: qui tamen τῷ αὐτὸ meminerunt. Venetus maior, αὐτὸν μὴ λαμβάνῃς. id eſt ϯ ἀδελφὸν. Ita in Medicæo libro repperiſſe videtur Politianus: *Frater ſi iniurius ſit, ne eum inde capias: quod ſcilicet eſt injurius. hæc enim ejus anſa eſt, quæ ferri non poſſit.* Leidenſis Mariana, Heinſio vel Salmaſio procurante, αὐτῷ μὴ λαμβάνῃς. At ea lectio nullos codices habet auctores. Quam Græcum Naogeorgi exemplar apertiſſime, ἐντεῦθεν αὐτὸν μὴ λάμβανε Vertitque, *hinc eum ne accipe.* Sic mox ὅτι ἀδικεῖ. Hoc λαβὴ non fecerit, Sed frater. Itaque poſt, αὐτοῦ et ſtatim: ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι συντροφος. Nihil verius.

ξϛ'.

Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσύναρτοι. Ἐγὼ σε πλουσιώτερός εἰμι, ἐγὼ σε ἄρα κρείσσων. ἐγὼ σε λογιώτερος, ἐγὼ σου ἄρα κρείσσων. ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνηρτῆσθαι· Ἐγὼ σε πλουσιώτερός εἰμι, ἢ ἐμὴ ἄρα κλῆσις τῆς σῆς κρείσσων. ἐγὼ σου λογιώτερος, ἐμὴ ἄρα λέξις τῆς σῆς κρείσσων. [1] σὺ δέ γε ὅτε κλῆσις εἶ, ὅτε λέξις.

CAP. LXVI.

Orationes hæ non cohærent: Ego ſum te locupletior, ergo ſum te melior; Ego ſum te eloquentior, ergo ſum te melior. At illæ magis cohærent: Ego ſum te ditior, mea ergo pecunia tuæ præſtat: Ego ſum te eloquentior, mea ergo dictio tuæ præſtat. Tu vero nec pecunia es, nec dictio.

1 Σὺ δέ γε ὅτε πλῆσις εἶ, ὅτε λέξις. *Tu verò neque pecuniæ es, neque dictio.* Dices Esto: Sed propter opes, eloquentiam, potentiam, magnifico. Istud ipsum reprehendit Epictetus, qui solam sapientiam & virtutem magnifaciendam censet. Quis vero, nisi homo pessimus & abjectissimus adulator, magnifecit Neronem Cæsarem, quamvis præter opes & imperium, disertum, poëtam, musicum? Sani hominis animus abhorret ab iis probandis, quorum nota est vel stultitia, vel improbitas: utut propter fortunæ munera & pravam consuetudinem honos iis in speciem sit habendus ac deferendus *Wolfius.*

ξζ'.

1 Λάβῃ τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνῃ τις πολὺν οἶνον; μὴ εἴπῃς ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύν. 2 πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶσθα εἰ κακῶς; ἢ ὅπως ἂν συμβήσεταί σοι, 4 ἄλλας μὲν φαντασίας κατειληπτικὰς κατειλαμβάνειν, ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι.

CAP. LXVII.

Lavat quispiam cito ne dicas lavisse male, sed cito. Bibit quispiam multum vini; ne dicas bibisse male, sed multum. Priusquam enim id decretum dijudicaris: unde scis an male? Sic usu tibi veniet, ut alia visa certo comprehensa habes, aliis assentiaris.

1 Λάβῃ τις ταχέως.] Ad tempus diei, refert Simplicius, ut & Paraphrastes & probabilius est anticipatam (ante tempus diei) lotionem culpæ obnoxiam fuisse; quam legitimo tempore festinatam. *Casaubonus.*

2 Πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα.] Pessimo consilio mutavit hic Politiani, viri doctissimi versionem, doctissimus Wolfius, cum ille vertisset: *Nisi enim ejus consilium scias, unde scis an male?* pro quo Wolf. *priusquam enim id decretum dijudicaveris, &c.* Atqui nihil certius, quam δόγμα hoc loco, *consilium* sive *propositum* ex opinione manans indicare. Ita enim censent & sciscunt veteres illi sophi, non tam facta cujusque, ut laudi aut vitio tribuamus, spectanda esse, quam *dogmata*; id est, scopum & propositum ex dogmatibus aptum: quod si rectum sit, & illa recta; sin pravum, pariter & illa judicanda esse: quod & Simplicius hic, & Arrianus lib. 12. c. 8 sed & Antoninus non uno loco latius prosequuntur. Eadem & Apostoli doctrina, 1 Cor. IV. 5. Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν (id plane dicit & intelligit, quod Epictetus verbo δόγματα) καὶ τότε ὁ ἔπαινος (id est ἔπαινος ἢ ψόγος, ut alibi docuimus:) γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Recte ad Deum provocat, qui καρδιογνώστης est, ab illis quibus nulla legitima ratione judicium competit: eorum autem (hominum quoque:) quibus judicandi provincia legitime incum-

cumbit, alia ratio est; qui ex factis (& hoc quoque Christo sanciente:) quia corda scrutari non possunt, sententiam ferre tenentur. *Idem.*

3 Οὕτως οὖν συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν φαντ. καταλ.] Wolf. *sic usu tibi veniet, ut alia visa certo comprehensa habeas, aliis assentiaris.* At hoc valde absurdum est, (ut recte judicat Simplicius; (ut aliud quisquam laudet aut vituperet, quam quod perspectum habet. An igitur hoc Epictetus suaserit, aut cuiquam auctor fuerit? Imo (ait Simplicius, sed addubitans) ex ipsa rei consequentis absurditate colligendum nobis relinquit, neminem vel laudandum esse, vel vituperandum. Aut si hoc quoque nimis absurdum, saltem neminem vituperandum esse. Quo quamvis nihil video, quod probabilius à quovis excogitari potuerit, qui depravata hac loci lectione contentus fuerit; si quis tamen proprius intueatur, fatebitur (aut ego fallor) id à mente Epicteti plane alienum esse: cum palam, non simpliciter vetet hic Epictetus quenquam laudari, vel vituperari: sed non nisi perspectis prius cujusque consiliis & dogmatibus. Res ipsa clamat legendum esse, Οὕτως οὐ συμβήσεταί σοι: non οὕτως οὖν συμβήσ. Nihil clarius hac sententia: nihil emendatione certius, Sed nec amplissimi Duvairii versio procul hinc abit. Piget alias commemorare. *Idem.*

4 Ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν. *Alia visa certè comprehensa habeas, aliis assentiaris.*] Fortasse καταληπτικῶς etsi Atticismi species aliqua esse potest. Sed quid illi interest inter κατάληψιν & συγκατάθεσιν; Nec enim assentiendum temere est iis, quæ non certo comprehenderes. Fortassis ergo addenda negatio, οὐ συγκατατίθεσθαι non assentiaris, visis scilicet non certo comprehensis & perceptis. Simplicius & hunc locum aliter interpretatur. *Wolfius.*

ξή.

Μηδαμοῦ σαυτὸν εἴποις φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων· δίον ἐν συμποσίῳ μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλὰ ἔσθιε ὡς δεῖ. μέμνησο γὰρ, ὅτι οὕτως ἀφῃρήκει πανταχόθεν καὶ Σωκράτης τὸ ἐπιδεικτικόν. ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, βουλόμενοι φιλοσόφοις ὑπ' αὐτοῦ συσταθῆναι, κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτοὺς. οὕτως ἠνείχετο παρορώμενος.

CAP LXVIII.

Nusquam te philosophum profitearis, nec apud imperitos multum disputes de præceptis: velut in convivio ne dic, quo pacto sit edendum, sed ede ut decet: ac memento, etiam Socratem sic undecunque sustulisse ostentationem. Conveniebatur ab illis qui se ab eo commendari vellent philosophis, atque ipse abducebat eos. Adeo leniter ferebat neglectum sui.

ξθ'.

Ὥστε κἂν περὶ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, σιώπα τὸ πολύ. μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, εὐθὺς ἐξεμέσαι ὃ οὐκ ἔπεψας. καὶ ὅταν εἴπῃ σοι τὶς, ὅτι οὐδὲν οἶσθα, καὶ σὺ μὴ δηχθῇς, τότ' ἴσθι, ὅτι ἀρχῇ τοῦ ἔργου. ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα οὐ χόρτον φέροντα τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει πόσον ἔφαγεν· ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα, ἔριον ἔξω φέρει, καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἔργα.

CPVT LXIX.

Itaque si apud imperitos de præcepto aliquo sermo inciderit, maxima ex parte taceto. Magni enim periculi est, statim evomere quod non concoxeris. Quod si quis dixerit, te nihil scire, tuque commotùs non fueris: tum scito, rem esse inchoatam. Nam & oves non fœnum opilionibus afferunt, neque demonstrant quantum comederint: sed pastu intra se concocto, extra ferunt lanam & lac. Et tu igitur ne præcepta ostendas imperitis, sed opera, quæ præceptorum concoctionem sequuntur.

1 Ὅτι ἀρχῇ.] Veneta major, ὅτι ἄρχεις τοῦ ἔργου. Argentinensis, ἦρξες. Et sic ad oram libri Scheggius, et Plantinus.

ό.

1 Ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένος ᾖς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ· μηδ' ἂν ὕδωρ πίνῃς ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. κἂν ἀσκῆσαί ποτε πρὸς πόνον θέλεις, (σεαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω,) 2 μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε· ἀλλὰ διψῶν πότε σφοδρῶς, ἐπίσπασαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδηνὶ εἴπῃς.

CAP. LXX.

Si corpus frugaliter curare didicisti, ne ob id tibi placeas: nec si aquam potas, ad quamvis occasionem te potare aquam dictita. Quod si quando ad laborem te vis exercere, in tuum, non in exterorum usum, ne statuas amplectere: sed si quando vehementer sitieris, frigidam haustam exspuito, ac nemini dicito.

1 Ὅταν ἐντελῶς.] Scribe εὐτελῶς, ut in editione Salmasii, & Paraphraste. *Casaubonus.* Non opus erat emendatione Vocis ἐντελῶς. nam eam in εὐτελῶς diu ante mutaverat Wolfius. Nec aliter reperio in Veneta majore, & Argentinensi.

2 Μὴ

2 Μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβ.] Non eos admodum culpaverim, qui nobilissimum in re philosophica ducem secuti, hic à vero deviarunt; quæ communis omnium quos ego nactus sum interpretum culpa: illos quî possim à culpa absolvere, qui sui erroris dudum moniti non emendarunt, non video. Quamvis autem sufficere poterant, quæ dudum scripta nobis in Antoninum, lib. I pag. 14. & 15. quo tamen vel maximè refractarii convincantur, rem pluribus hic explicabimus. Inter alia veteris ἀσκήσεως, (longe enim ante Christianos *ascetas*, & res, & verbum in usu:) sive exercitii ad domandum aut durandum corpus excogitati genera; istud etiam quo corpus frigori ferendo assuesceret, satis usitatum, ut vigente ac rigente hyeme nudi statuas sive æneas, sive marmoreas medias amplecterentur, & ita diu status esset. Ad hoc spectaculum Populus, qui casu transirent, aliique mirantes convolare soliti: & id fortasse magis spectabant isti *pseudoascetæ*, ut aliis admirationi essent; quam ut corpus injuriis frigoris assuefacerent. Huic igitur κενοδοξίᾳ Epictetus, qui omnia ad conscientiam, nihil ad famam & vulgi opinionem referret, ut iret obviam; suadet hic ut si quis exercendæ *tolerantiæ* (id enim vult huc πόνος; non quod interpretes, labor:) cupiditate teneatur non *statuas* (ad spectaculum:) *amplectatur*; sed post diuturnam à potu abstinentiam, cum jam vehementior sitis aridas infestat fauces, aquam frigidam diutius in ore contineat: & eandem postea, nemine præsente ac conscio, ex ore exspuat: quod sane magnum tolerantiæ ac temperantiæ documentum, Hæc ex Diog. Laertio, in vita Diogenis: ex Plutarcho, in Apopthegmatibus: ex alio non uno vetere scriptore discimus. Consulendus περὶ ἀσκήσεως in genere Arrianus lib. III. cap. 12. ubi etiam idem quod hic exemplum; sed & lib, IV. cap. 5. ubi istum *amplectendarum statuarum* morem ut inhumanum, & feritatis potius, quam tolerantiæ quæ hominem philosophum deceat, argumentum suggillat. Cæterum, quod Epicteto hic tribuitur: (continendæ scil. in ore aquæ cosilium:) ab Arriano, Apollonio adscribitur. *Idem.*

οά.

Ἰδιώτου στάσις καὶ χαρακτήρ· οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτήρ, 1 πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

CAP. LXXI.

Plebeji status & nota est, nunquam à se ipso vel damnum expectare, vel utilitatem: sed à rebus extermis. Philosophi status & expressa imago est, omnem utilitatem & damnum à semet ipso exspectare.

1 Πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾶν. *Omnem utilitatem & damnum a seipso exspectare.*] Utilitatem, si recte sentiat, & naturæ congruenter vivat: damnum, si contra.

Nos vero & ponimus & sumimus secures
Arbitrio popularis auræ :

Ut canit Horatius, Poëta inter Lyricos optimus. *Wolfius.*
Sola Veneta major utrobique, προσδοκᾶν.

οϛ'.

Σημεῖα προκόπτοντος· 1 οὐδένα ψέγει, οὐδένα ἐπαινεῖ, οὐδένα μέμφεται, οὐδενὶ ἐγκαλεῖ· οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰδότος τι. ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ· κἂν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται. περίεισι δὲ, καθάπερ οἱ ἄῤῥωστοι, εὐλαβούμενός τι κινῆσαι 2 τῶν καθισταμένων πρὶν πῆξιν λαβεῖν, 3 ὄρεξιν ἅπασαν ἤρηκεν ἀφ' ἑαυτοῦ· τὴν δ' ἔκκλισιν εἰς μόνα τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν μετατέθεικεν. ὁρμῇ πρὸς ἅπαντα ἀνειμένῃ χρῆται. ἂν ἠλίθεος ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, οὐ πεφρόντικεν. ἑνί τε λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάσσει, καὶ ἐπίβουλον.

CAP. LXXII.

Signa proficientis sunt, neminem reprehendere, neminem laudare, neminem culpare, neminem accusare: nihil de se ipso prædicare, quasi aliquis sit, aut aliquid sciat. Cum in aliqua re impeditus fuerit, aut prohibitus; se ipsum accusat. Si ab aliquo laudatur; secum ipse deridet laudatorem: si reprehenditur, non defendit se: sed ritu infirmorum circuit, metuens ne statum illum convellat, priusquam is confirmetur. Omne desiderium à se dependens habet: aversationem ad ea sola, quæ naturæ eorum repugnant quæ nobis parent, transtulit. Appetitione ad omnia remissa utitur. Sive stolidus sive indoctus habeatur, non curat. Denique, ut inimicum & insidiatorem, se ipsum observat.

1 Οὐδένα ψέγει. *Neminem vituperat.*] Scilicet curiositate aliqua rerum alienarum, aut cæco sui amore impulsus. Agrippinum laudat ipse Epictetus: sed cur? ut ejus exemplum alii imitentur. Alios reprehendit: quamobrem? ut emendentur. Videtur. igitur hæc sententia μετὰ προσδιορισμοῦ τινος intelligenda. *Wolfius.*

2 Τῶν καθεστώτων.] Malim, ut alii codices habent, τῶν καθισταμένων, pro ἀποκαθισταμένων, eorum quæ incipiunt restitui in integrum: ut significetur initium, καὶ τὰ πρώτα recuperandæ valetudinis. *Idem.*

3 Ὄρεξιν ἅπασαν ἤρηκεν ἀφ' ἑαυτοῦ.] Alii ἦρχεν, vel εἴρηκεν, utique per-

perperam. Sed quia sequitur: Appetitione remissa utitur: pro εἴρηκεν legendum videtur ἤρτηκεν, ab ἀρτάω. Omne desiderium ex sese aptum habet, ut apud Platonem in Epitaphio, ὅτῳ ἀνδρὶ ἐξ ἑαυτοῦ πάντα ἤρτηται. Cicero in Paradoxis: Nemo non beatissimus esse potest, qui est totus aptus ex sese, quique in se uno ponit omnia. In Catone interpretatur, bona omnia à se ipso petere. Sententia Epicteti esse videtur: Eum qui proficiat, nihil desiderare, quo frustrari possit. Sed si quis Simplicianam ὀρέξεως & ὁρμῆς distinctionem hic sequi mavult, non impedio. *Idem*

Non tanti fuerit variantes omnes hujus loci lectiones (ἦρχει: ἦρκεν: ἦρξεν: ἤρυκεν: εἴρηκεν: ᾕρηκεν, &c.) colligere: cum certum cuivis esse queat, ad cap. VII. oculos reflectenti (τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε· quo & illa pertinent cap. IV. τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς· τὰ δὲ ὑπερτιθέσθαι πρὸς τὸ παρόν:) ᾖρεν, ut in paraphrasi: vel ἦρκεν, si quis ita malit, aut ἤρηκεν (eodem enim redeunt:) rectum esse. Quare autem & quatenus τὴν ὄρεξιν excludendam sanxerit Epictetus, multis disputat Simplicius in caput Epicteti VII. quæ ibi (si cui animus est) legantur. Plures enim causas sive interpretationes comminiscitur. Negari tamen (præter ea quæ objicit Simplicius) haud potest, Epictetum in speciem sibi contradicere: cum hic etiam, (cap. XIX. ἂν καὶ θέλεις ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι· τοῦτο οὖν ἄσκει ὃ δύνασαι.) apud Arrianum autem sæpissime, τὴν ὄρεξιν legitimo usu circumscriptam, admittat. Respondeat aliquis fortasse, non eosdem eum semper alloqui: alia, ad *idiotas*: alia, ad *philosophos*: alia denique ad *proficientes* pertinere: ut hic Simplicius. Sed verior (ut opinor) responsio, duplicem illum constituere τὴν ὄρεξιν: aliam, quæ ad ea quæ sunt in nostra potestate, restringitur: aliam, quæ ad res etiam externas, quæ *concupiscentia* quoque non maledicatur, extenditur. Priorem illam limitibus istis conclusam, nomine tenus & καταχρηστικῶς ita vocari; hanc autem quamvis non omnino, si temperetur, illicitam, rem tamen esse periculosam & quam facilius sit omnino non admittere, quam admissam cum ratione temperare *Casaubonus*.

ογ'.

Ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία σεμνύνεται, λέγε αὐτὸς πρὸς σαυτὸν. ὅτι εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος ἐφ' ᾧ σεμνύνηται. ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. ζητῶ οὖν, τίς ἐστιν ὁ ἐξηγούμενος.

CAP. LXXIII.

SI quis intelligentia & explicandi facultate librorum Chrysippi gloriatur, ipse tibi dic: Nisi obscure scripsisset Chrysippus, nihil haberet ille quo gloriaretur. Ego vero quid cognoscere studeo? Naturam? & hanc sequi. Quæro igitur, quis sit ejus interpres. Cum audiero,

νος.

νῳ· ἐ ἀκούσας ὅτι Χρύσιππος 2 ἔρχομαι πρὸς αὐτόν. ἀλλ' ὃ νοῶ τὰ γεγραμμένα. ζητῶ δὴ τὸν ἐξηγούμενον. ἐ μέχρι τούτων ὅπου σεμνὸν οὐδέν. ὅταν δ' εὕρω τὸν ἐξηγούμενον, ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις· τοῦτο αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐστιν. ἂν δ' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἐπιτετέλεκα ἀντὶ φιλοσόφου; πλὴν γε δὴ, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγούμενος. μᾶλλον δ', ὅταν τις εἴπῃ μοι, ἐπαναγνωθί μοι Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δυνώμαι ἐμφανὲ τὸ ἔργον ἐ συμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις.

Chryſippum eſſe : cum convenio. At ſcripta non intelligo. Quæro igitur enarratorem. Ac hactenus quidem nihil præclari. Cum autem enarratorem invenero, reliquum eſt, uti præceptis; id quod ſolum præclarum eſt. Sin ipſam enarrationem admiratus fuero, quid aliud niſi Grammaticus philoſophi loco evaſi? eo duntaxat excepto, quod pro Homero Chryſippum enarro. Magis igitur, cum quis à me petierit, prælegi ſibi Chryſippum erubeſco : cum facta nequeo ſimilia verbis & conſentanea præſtare.

1 Καταμαθεῖν τὴν φύσιν. *Naturam cognoſcere,*] Eam ſcilicet, quæ homini divinitus tributa eſt: hoc eſt, ſtudeo cognoſcere, qua conditione me Deus in terris eſſe ac vivere velit, *Wolfius* Vide ſis Perſium Sat. III.

2 Ἔρχομαι πρὸς αὐτόν.] Scheggius ad oram libri habet: ἔρχομαι ἐπ' αὐτόν. Naogeorgi exemplar, ἔρχε.

οδ'.

Ὅσα προτίθεται, τούτοις ὡς νόμοις, 1 καὶ ὡς ἀσεβήσων ἂν θιγοῖς τι τούτων, ἔμμενε. 2 ὅ τι δ' ἂν ἐρῇ τις περί σε, μὴ ἐπιστρέφου. τοῦτο γὰρ σὸν ἔτ' ἐστὶ σόν.

CAP. LXXIV.

Propoſita hæc obſerva tanquam leges, iiſque citra piaculum non violandis immorare. Quidquid autem de te dictum fuerit, id ne curato. Id enim non jam tui eſt arbitrii.

Ὅσα προτίθεται, &c.] Veneta Trincavelli, ὅσα προσίθεται τούτοις, ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβῆ θιγόμενος ἔμμενε. Et ſic fere Scheggius. Veneta major, omnium antiquiſſima, ut quæ ante CLIII. annos cum Simplicii ſcholiis expreſſa eſt, diſerte, ὅσα προσίθεται, τούτοις ὡς νόμοις, ὡς ἀσεβήσων ἂν θιγοῖς, ἔμμενε. Græcum Naogeorgi exemplar habuit, προσίθεσο τούτοις, ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβὴς θιγούμενος ἔμμενε. Vertit autem, *Adhæreto his tanquam*

quam legibus, inque his persiste, tanquam impius sis, si transcendas, futurus. Ex quis claret, Casaubono Venetum codicem non inspectum: & frusta ambigere, num Salmasianæ editionis lectio ex ingenio ita concinnata; an in veteribus libris inventa.

1 Καὶ ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβῇς τι τούτων.] Ista Salmasiana quoque est editionis lectio: ex ingenio ita concinnata; an in veteribus libris inventa, nescio. Aliter certe quas vidi editiones. Wolfiana, anni partæ Sal. 1596. καὶ ὡς ἀσεβήσων παραβησόμενος, ἐμμ. quæ ut ad vulgatam proprius accedit, ita mihi maximè probatur. Eadem tamen ut utriusque lectionis sententia, ut minus necessaria sit de verbis contentio. *Casaubonus.*

ὀέ.

Εἰς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβάλλῃ τὸ τῶν βελτίστων ἀξιοῦν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν 1 τὸν διαιρούντα λόγον; παρείληφας τὰ θεωρήματα, 2 οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, 3 καὶ συμβέβληκας. ποῖον ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇς τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλὰ ἀνὴρ ἤδη τέλειος. ἂν τοίνυν ἀμελήσῃς, καὶ ῥαθυμήσῃς, 4 καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων ποιῇς, 5 προθέσεις ἐκ προθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ, λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ἤδη οὖν ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, καὶ προκόπτοντα, καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον, ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος. κἂν ἐπίπονόν τε, ἢ ἡδὺ, ἢ ἔνδοξον, ἢ ἄδο-

CAP. LXXV.

Quousque tandem differes præstantissima quæque tibi vendicare, & nullatenus distinctionem rationis violare? Accepisti præcepta, quæ amplectenda tibi fuerunt, eaque amplexus es. Qualem igitur adhuc doctorem exspectas, cujus in adventum tui correctionem differas? Non jam adolescens es, sed matura ætate vir. Itaque si neglexeris & cessaris, ac subinde moræ moram, proposito propositum adjunxeris, & dies alios post alios constitueris; non animadvertes, nihil te profecisse, sed hominem plebeium fore tam viventem quam morientem. Nunc igitur viri perfecti & proficientis vitam tibi sume: ac quicquid tibi visum fuerit optimum, ea lex sit inviolabilis. Ac si quid laboriosum, aut suave, aut gloriosum, aut ignominiosum ingruerit: memento, tum adesse discrimen, tum instare Olympia, nec licere differre:

ξον προσάγηται, μέμνησο, ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, ὃ καὶ ἤδη πάρεστι τὰ ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι· καὶ ἔτι παρὰ μίαν ἥτταν καὶ ἐνδόσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ οὐ, ἢ σώζεται. Σωκράτης οὕτως ἀπετελέσθη, ἐπὶ πάντων προάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δὲ, εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτες, ὡς Σωκράτης γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν.

ac profectum una clade ac remissione vel perire, vel retineri. Ita Socrates in eum evasit qui fuit, cum in omnibus se ipse promoveret, cum nemini auscultaret nisi Rationi. Tu vero etsi nondum es Socrates, sic tamen, ut qui Socrates esse velis, debes vivere,

1 Τὸν διαιροῦντα λόγον. *Rationem dividentem*: seu, *distinctionem rationis*: aut, si magis placet, *orationem distributricem.*] Eam partitionis rationem intelligo, qua initio dixit, quædam in potestate nostra esse, quædam non esse. Quid vero si τὸν δὴ αἱροῦντα λόγον legas? Frequens Stoicis formula, ὅσα ἂν ὁ λόγος αἱρῇ. *Wolfius.* Naogeorgus agnoscit tantum τὸν λόγον, neque aut διαιροῦντα, vel αἱροῦντα in eius libro repertum.

Τὸν διαιροῦντα λόγον.] Obscure nimis doctissimus Wolfius, (Politianum secutus (*distinctionem rationis*: qui tamen in Notis recte exponit. Est autem ὁ διαιρῶν λόγος non aliud hic, quam διαίρεσις, sive *distinctio*: celebris illa nimirum primis capitibus posita *distinctio*, ut præcipuum philosophiæ Stoicæ fundamentum: quam etiam in istius sectæ philosophorum scriptis toties inculcatam reperimus. Epictetus hic cap. XXIV. εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ. apud Gellum, (lib. 1. cap. 2.) μέμνησο ταύτης τῆς διαιρέσεως: in paucis his lineis. Erant tamen & aliæ διαιρέσεις magni in hac philosophia usus, quas Antoninus imperator sæpius commemorat. Apud Senecam (De Benef. VII. 2. *& sine mora ulla veniat illa turpis honestique distinctio* Idem Epist. LXXI. *Socrates hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere.* Sed tamen non est contemnenda Wolfii, quæ mihi quoque dudum venerat in mentem, conjectura, scriptum forte fuisse, τὴν δὴ αἱροῦντα λόγον. Est autem (ut omnes norunt, qui Philosophos vel à limine:) ὁ αἱρῶν λόγος usitatissima Philosophis, (sed & aliis, ut Herodoto:) formula, pro λόγος ὀρθὸς, seu *recta ratio.* Mihi hujus conjecturæ, sive lectionis præcipuum fundamentum in istis Simplicii, hæc enarrantis Epicteti, verbis: καὶ τὸ ἐν μεδενὶ παραβαίνειν τὴν ὀρθὸν λόγον· quod & infra verbis insignibus repetere videtur; πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον, ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος. Sed tamen particula δὴ nihil hic opus; imo orationi obstat; nisi (quod minus probo,) mutetur interpunctio. Sed nec illud mirum, qui τὴν αἱροῦντα λόγον non intelligerent, maluisse, atque ita (quia jam in superioribus ita observarant, ut ostendimus:) scripsisse, τὴν διαιροῦντα.

ῥῦντα. Sed utcunque legas, τὴν αἱρῦντα vel τὴν διαιρῦντα, manifesta est utriusque locutionis ratio, nec hic incommoda. *Casaubonus.*

2 Οἷς ἔδει σε συμβάλλειν.] Salmasiana habet: ὅις ἔδει σε συμβαλεῖν.

3 Καὶ συμβέβληκας.] Scheggius ad oram libri καὶ συμβέβηκας. & mox, Καὶ μεθ' ὑπερθέσεως ποιῇς.

5 Προθέσεις ἐκ προθέσεων.] Simplicius, & Paraphrastes, istis, ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων: quæ etiam absunt à Salmasiana edition. προθεσμίας ἐκ προθεσμιῶν: quod fortasse verius. *Casaubonus.*

7 Καὶ ἔτι παρὰ μίαν ἧπταν καὶ ἔνδοσιν. Sic quoque Naogeorgus Alii fere, ὅτι.

De his verbis operæ pretium, quæ scribit b. m. Parens in Pers. Sat. V. nisi qui valde festinat adiisse. *Casaubonus.* Illic, addita negatione, magnam lucem adtulit huic loco, παρὰ μίαν ἧπταν καὶ ἔνδοσιν ἢ οὔ, ἀπόλλυσι προκοπὴ ἢ σώζεσι. Sensus est: *Semel victum esse et cessasse aut non, destruit quod prefectum est vel servat*, Vide Arrianum IV, 12.

ος'.

Πρῶτος καὶ ἀναγκαιότατος τόπος ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ τῆς χρήσεως τῶν θεωρημάτων· οἷον, 1 ὁ τοῦ μὴ ψεύδεσθαι. δεύτερος, ὁ τῶν ἀποδείξεων· οἷον, πόθεν οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, τρίτος, ὁ αὐτῶν τούτων βεβαιωτικός., καὶ διαρθρωτικός. οἷον, πόθεν ὅτι τοῦτο ἀπόδειξις; τί γὰρ ἐστιν ἀπόδειξις; τί ἀκολουθία; τί μάχη; τί ἀληθές; τί ψεῦδος; οὐκ οὖν ὁ μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον, ὁ δὲ δεύτερος διὰ τὸν πρῶτον. ὁ δὲ m. ἀναγκαιότατος, καὶ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν ποιοῦμεν. ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διατρίβομεν, 3 καὶ περὶ ἐκεῖνόν ἐστιν ἡμῖν ἡ πᾶσα

CAP. LXXVI.

Primus & maxime necessarius in philosophia locus est is, qui agit de usu decretorum; veluti, de non mentiendo. Alter, qui demonstrationes tractat; veluti, cur non sit mentiendum. Tertius, is qui has ipsas confirmat & distinguit: veluti, quei fiat ut ista sit demonstratio? quid Sit demonstratio; quid consequentia? quid pugna? quid verum? quid falsum? Quare tertius locus necessarius est propter secundum, secundus propter primum. Maxime autem necessarius est, & in quo conquiescendum sit, primus. Non verò diversum facimus. Nam in tertio loco immoramur, in eoque omne studium nostrum consumimus: primum autem prorsus

πασθῆ· ἓν ἢ πρῶτα παντελῶς ἀμελοῦμεν. τοιγαροῦν ψευδόμεθα μὲν, καὶ πῶς ἢ ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, σκοπεῖν ἔχομεν.

negligimus. Proinde mentimur quidem, & quomodo tamen demonſtretur non eſſe mentiendum, in promptu habemus.

1 Ὁ τῷ μὴ ψεύδεσθαι.] Id eſt, *non decipi*; quod aliis verbis ἁπλοῦν εἶναι ἐν τῷ λόγῳ: apud Diog. Laertium, in Zenone. Non enim de *non mentiendo* (ut hic interpretes, perperam:) vel, *ne quis mentiretur* præcepta continebant iſta Stoicorum dogmata; ſed ne quis *falleretur*; puta, bona pro malis; mala pro bonis; amplectens; in quo fælicis aut infælicis vitæ cardo præcipue vertitur. Alio ſenſu, fateor, apud Stobæum, μὴ ψεύδεσθαι τὸ σοφὸν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀληθεύειν. & quæ ibi ſequuntur: quod non mirum, cum eadem vox ψεύδεσθαι & *falli*, & *mentiri* vulgo ſignificet. Et ſane ſi quis iſta ſubtilius rimetur, dicat fortaſſe *non falli*, & *non mentiri*, eodem recidere; quia ſi quis *boni* & *mali* naturam probe perſpectam habet, nullis ille minis, nullis illecebris à vero tum in verbis, tum in factis (πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος à cœleſti hæreditate, Apocal. XXII. 25. excluſi:) abducetur. Sed hæc ſubtiliora, an ſublimiora: quæ pauci intelligunt: pauciores, etiam qui ſe veritatis præcones, & duces aliis venditant, obſervant. *Caſaubonus.*

2 Καὶ διαθεωτικός.] Proba lectio, quam Veneta Trincavelli & Simplicius confirmant. Sed nihilo deterior illa. Naogeorgiani exemplaris, διαρυθμιτικός. In quibuſdam editis legi, διαριστικός, falſum eſt, ac plani impoſtoris figmentum. Paulo poſt idem codex pro ἐκεῖνον plurativo numero legit ἐκείνων. Et idem codex fine capitis, ἀποδεικνύναι ὅτι οὐ ψεύδεσθαι.

οζ'.

1 Ἐπὶ παντὸς προσχείρου δικαίου ταῦτα·

2 Ἄγε δή με, ὦ Ζεῦ, καὶ σὺ ἡ Πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος,
Ὡς ἕψομαι προθύμως· ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος, οὐχ ἧττον ἕψομαι.

CAP. LXXVII.

In quovis incepto hæc optanda ſunt:

Me, Jupiter, duc, fortis & Neceſſitas,
Quocunque veſtra deſtinatus numine
Sum: nam volens ſequar.
Minus quod ſi velim,
Sequar coactus, (ut) improbuſque & impius.

1 Ἐπὶ παντὸς προσχείρου.] Ex Simplicio vera lectio fuerit, ἐπὶ παντὸς ἐν προσχείρῳ. Sed poteſt ferri quod hic eſt, παντὸς προσχείρου (quamvis τὸ προσχείρον eo ſenſu non obvium:) copulentur; cum alio-

alioquin ἔργε aut tale quid quod τῷ παντὸς reſpondeat, ſubintelligendum ſit. *Caſaubonus.*

Ἄγε δή με.] Aliter ſcribuntur hi verſus.

Ἄγε δέ μ' ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ Πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος.
Ὃς ἕψομαί γ' ἄοκνος. ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Sed miror, neminem interpretum meminiſſe Senecæ, cuius verba ex epiſtola CVII heic tranſcribam: *Malus miles eſt, qui imperatorem gemens ſequitur. Quare impigri atque alacres excipiamus imperia, nec deſeramus hunc operis pulcherrimi curſum, cui quidquid patimur, intextum eſt: eſt ſic alloquamur Iovem, cuius gubernacalo moles iſta dirigitur, quemadmodum Cleanthes noſter verſibus diſertiſſimis alloquitur, quos mihi in noſtrum ſermonem mutare permittitur, Ciceronis viri diſertiſſimi exemplo. Si placuerint, boni conſules: ſi diſplicuerint, ſcies me in hoc ſecutum Ciceronis exemplum.*

Duc me parens, celſique dominator poli,
Quocunque placuit. nulla parendi mora eſt:
Aſſum impiger. fac nolle, comitabor gemens:
Malusque patiar, quod pati licuit bono.

οη'.

Ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγχωρήσει καλῶς, Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖα ἐπίστατο.

CAP. LXXVIII.

Neceſſitati qui probè ſe accommodat, Sapit, eſtque rerum divinarum conſcius.

οθ'.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον· Ὦ Κρίτων, εἰ τοῦτο τοῖς θεοῖς φίλον, τοῦτο γιγνέσθω. ἐμὲ δὲ Ἄνυτός τε καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ.

CAP. LXXIX.

Sed & tertium illud: *O Crito, ſi Diis ita viſum fuerit, ita fiat. Me autem Anytus & Melitus occidere ſanè poſſunt, lædere verò non poſſunt.*

1 Duo dicta hoc continentur. Prius Socratis eſt, è Critone Platonis deſumptum. Alterum ſumptum eſt ex Socratis Apologia Platonica; ubi de Socratis accuſatoribus Anyto & Melito illud dicitur. *Simplicius.*

Mirum eſt, ſymbolum Epicteti ἀνέχου καὶ ἀπέχου, Suſtine & abſtine, eſſe prætermiſſum. Et Euripideum illud, ὑπομένειν χ' ἐλπιστέον. Tolerandum & ſperandum. Mihi vero precatio illi Euripidea valde probatur:

Ὦ ζεῦ πατήρ τε ἐ σοφὸς κλήζῃ θεὸς
Βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ἐ μετάστησον κακῶν·

Quam eleganter convertit vir doctissimus Vincentius Obsopœus:

Juppiter alme parens, sapiens, justißimus idem
Respice nos miseros, atque medere malis. Wolfius.

Epicteti Enchiridii Finis.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ,

Τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική. ὑποθῆκαι
ἃς εἰς ὑπόθεσιν ἑαυτῶν γεγράφασι
παθδαῖοι, καὶ ὠνόμασαν,
Ἐγχειρίδιον.

MERICUS CASAUBONUS

primus edidit, vertit, & notas
addidit.

LECTORI.

DE hac Enchiridii Paraphraſi *quæ dicamus hic in genere, pauca ſuper ſunt, præter ea quæ jam dicta ſunt. Antiquam eam eſſe, & ævi melioris, ſuperioribus in* Notis *obſervata non pauca quæ fidem faciant. Quibus addas certas voces & loquendi genera, πολιτία· ἐνάρετ@ πολιτία· ἀνακείμενοι τῷ θεῷ, &c. proprio quodam veterum Patrum uſu, ad res Chriſtianorum, monachorum præcipue, traducta: ut non uni pridem obſervatum, & nulli in eorum ſcriptis cum cura verſato, non ſatis notum. Dictio ubique pro argumento, ſimplex & pura, tali ævo conveniens. Verbum unum aut alterum fortaſſe, quod ſequioris, aut certe inclinantis ævi videri poſſit: ἡσυχαστής· κονδός. Sed quæ tamen Iuſtiniani ævo, id eſt, ante mille annos, jam nota, & in uſu communi: fortaſſe etiam non uno ante illum ſæculo. De utroque aliquid, in accuratiſſimo, doctiſſimus Meurſius, Gloſſario. Plura olim nobis notata melioris ævi in hac* Paraphraſi *ex collatione cum aliis ſcriptis veſtigia, quæ jam (chartis amiſſis) non occurrunt. Diligens Lector, cui librorum copia, & pro copia voluntas, hoc ſpecimine incitatus, cætera facile ſupplebit. Cæterum, quod ad me primo miſſum eſt exemplar, ex* Sionenſis

Col-

Collegii Londinenſis melioris notæ Manuſcripto libro, quiiſtius argumenti ſcripta plurima continebat, tranſcriptum fuiſſe, literæ ſimul tum miſſæ perhibebant. Iſtud apographum quam emendatum fuerit, non poſſum nunc, quia dudum mihi periit, dicere. Secundum hoc, quod exhibemus certe, multis mendis ſcatebat: quas omnes; aut certe plurimas, ex accuratiore cum Manuſcripto collatione tolli poſſe, confidebam. Quam ad rem, cum amicorum quorundam opera, quia mihi minus erat commodum, uſus eſſem; illi poſt diuturnam exploration em Manuſcriptum in iſto Collegio nullum tale jam reperiri renuntiant. Abſit, ut omnino perierit. Inſignis hæc certe, (ſi ita res haberet) cuſtodum incuria, vel perfidia fuerit. Nobis tamen interim hæc expectationis noſtræ fruſtratio permoleſta accidit. Hac igitur ſpe & ope deſtituti, correctis quæ ſatis obvia cuivis & manifeſta; in cæteris, correctiones noſtras & conjecturas in oppoſitis oris appoſuimus: & vix puto locum ullum repertum iri, ex quo non fœliciter, aut probabiliter nos expediverimus. Sciat autem Lector, cum priora aliquot capita Paraphraſeos *parum aut nihil ab* Enchiridio *differant; ne, quod ajunt, in muſtaceo laureolam; libenter feciſſe nos, ut Wolfii, viri doctiſſimi & harum rerum intelligentiſſimi, verſionem retineremus. Ubi res aliter ſuaſit, reddita in pleriſque facti ratione; aliter obſervaſſe.*

[ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ,]

1 Τέχνη ἀνθρώπων διορθωτικὴ. ὑποθῆκαι ἅς εἰς ὑπόθεσιν ἑαυτῶν γεγράφασι σπουδαῖοι, καὶ ὠνόμασαν, Ἐγχειρίδιον

α'.

ΤΩΝ ὄντων, τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα
Cap. 11. ἔργα. Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν εἰσὶ φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαραπόδιστα. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.
111. Μέμνησο οὖν ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα, ἐλεύθερα οἰηθῇς· καὶ τὰ ἀλλότρια, ἴδια· ἐμποδισθήσῃ, λυπηθήσῃ, ταραχθήσῃ, μέμψῃ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Ἐὰν δὲ τὰ ἐπί σοι μόνα οἰηθῇς σὰ εἶναι, τὰ δὲ ἀλλότρια, ἀλλότρια· οὐδέν σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐδένα μέμψῃ, οὐκ ἐγκαλέσῃ τινὶ, ἀκὼν πράξεις οὐδὲν, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις. βλάψαι γὰρ σε οὐδεὶς δύναται.

[EPICTETI,

Ars humanæ vitæ emendatrix: Præcepta scilicet, quæ ad propriam commonitionem viri graves, & virtute præditi conscripsere.

I.

RES quædam in potestate nostra sunt: quædam non sunt in nostra potestate est opinio, appetitio, desiderium, aversatio; & ut uno complectar verbo, quælibet nostræ actiones. Nostri arbitrii non sunt, corpus, pecunia, gloria, imperia: ad summam, ea quæ ipsi non agimus omnia. Ac ea quidem, quæ nobis parent, libera sunt natura sua: nec prohiberi ab ullo, nec impediri possunt. In quæ autem ipsi jus nullum habemus, ea sunt infirma, obnoxia servituti, obnoxia impedimentis, aliena. Proinde memento, si ea quæ natura serviunt, libera putaris, & aliena pro tuis habueris: fore ut impediaris, doleas, perturberis, Deum hominesque accuses. Sin ea sola tua existimaris quæ tua sunt; aliena vero quæ sunt aliena; te nemo coget unquam, nemo te impediet, neminem accusabis, neminem criminaberis, ages nihil invitus, inimicum non habebis: cum nemo sit qui nocere tibi possit.

1 Ἐπικτήτου τέχνη ἀνθρ. διορθωτική.] Hic *Enchiridii* quoque titulus in quibusdam, ut videtur, libris repertum. Ita enim in editione

Plant. An. Dom. 1585. omnium accuratissima, exhibetur: [Epicteti *Enchiridium*: hoc est, pugio. sive, *Ars humanæ vitæ correctrix.*] Nisi quis visam Plantino hanc *Paraphrasin*, & inde sumptum titulum, verisimilius credat: quod non addo mihi probabile. Et nunc venit in mentem, pridem Barthii *Adversaria*, (ab eo tempore nunquam mihi visa) volventem, observare me, Epictetum professione fuisse Christianum, satis illum confidenter asserere. Præcipiti hoc ille, (ut alia, ni fallor, in istis *Adversariis* haud pauca,) sine dubio judicio: si quidem sunt illa Epicteti, quæ nos ut Epicteti legimus, & omnis retro ætas esse credidit. Dubitet tamen aliquis, an visa hæc illi fortasse *Paraphrasis*, tam temerarii judicii causa fuerit. Sed ut ad Plautinianum titulum redeamus: Potest etiam, ut à Simplicio sint ista verba: Τέχνη ἀνθρ. διορθωτική. Ita enim etiam in illo, ubi de *titulo* agit, reperimus; εἰς μίαν πάντα τείνει τέχνην, τὴν διορθωτικὴν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς. Aut certe etiam Simplicius in suo codice repererit, & inde sunt ista.

β'.

Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς· τὰ δὲ ὑπερθέσθαι πρὸς τὸ παρὸν, καὶ προηγουμένως ἑαυτῷ ἐπιμελεῖσθαι. ἐὰν δὲ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἄρχειν, καὶ πλουτεῖν· εἰκὸς μὲν μηδὲ τούτων σε τυγχάνειν. πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων ἐλευθερία καὶ εἰλικρινὴς εὐλάβεια περιγίνεται.

II.

Cum igitur tantas res appetas sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus: atque alia penitus relinquenda, alia in præsentia omittenda censeas, & tui ipsius curam tibi primo loco suscipiendam. Quod si & illa desideraris, & magistratus etiam atque opes appetieris, potest fieri, ut nec illa consequaris: iis certe omnino excides, per quæ sola libertas, & vera pietas comparatur.

γ'.

Εὐθὺς οὖν παντὶ λογισμῷ φαντασίαν δεικνύντι τραχείαν, μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα δοκίμαζε τοῖς κανόσι τούτοις, πότερον περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν ὁ λογισμὸς, ἢ περὶ

III.

Ad omnem igitur asperiorem speciem, quam cogitatio tua sibi fingit, assuefacito te, ut in promptu tibi sit ita continuo subjicere: visum es animi: sed minime, quod videris, es. Postea rem ad has regulas exi-

τῶν

τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Ἐὰν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὀφθῇ, πρόχειρον εὐθὺς λέγειν, ὅτι οὐδὲν πρὸς ἐμέ. Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τυχεῖν οὗ ὀρέγῃ. ἐκκλίσεως δὲ, τὸ μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεις. Ἐὰν δὲ ὀρέξεως μὲν ἀποτυγχάνων, ὀδυνηθήσῃ· ἐκκλίσει δὲ περιπίπτων, γελασθήσῃ.

ge: Utrum in iis rebus versetur ea cogitatio [seu species cogitationi tuæ oblata:] nostræ potestati subjectis; an vero alienis. Quod si in alienis eam versari percipias, in promptu sit, illam nihil ad te attinere. Memento [præterea] appetitionis id esse propositum [sive eam postulationem:] ut consequaris quod appetis: aversationis autem propositum, ne in id incidas, quod aversaris. Porrò, frustratus appetitione tua, lugebis: in id incidens, quod aversatus es, rideberis.

2 Εὐθὺς οὖν παντὶ λογισμῷ.] *Enchirid.* Εὐθὺς οὖν παντὶ φαντασίᾳ. In sequentibus quoque non semel eadem mutatio, ubi in Enchiridio, vel φαντασίᾳ ut hic; vel διαλογισμοί. Atque ita veteres Christiani passim locuti: unde in eorum scriptis κατὰ τῶν λογισμῶν varii tractatus, & frequentes excursiones.

3 Ὀρέξεως μὲν ἀποτ. ὀδυνηθήσῃ - - - γελασθήσῃ..] Epictetus; καὶ ὁ μὲν ὀρέξ. ἀποτ. ἀτυχής. ὁ δὲ ἐκκλ. περιπίπτων, δυςυχής. Fallor, aut hæc veterem redolent εὐλάβειαν, & ἀτυχὴς & δυςυχὴς consulto consilio aliter reddita. Hinc etiam quod temporum istorum Christiani, Deorum gentilium nominibus in designandis hebdomadæ diebus (nec opinor sine ratione, ut erant illa tempora:) uti, piaculare crediderunt. Quin & propria, ut docet Eusebius, quæ gentilismum saperent, nomina mutata. Alia nunc ratio; & quæ tum rationabilis εὐλάβεια, nunc ridicula superstitio fuerit. Sed hæc obiter. Ab eadem mente fortasse jam supra, Cap. 2. εἰκὸς μὲν pro eo quod in Enchiridio, τυχὸν μὲν. Non constans tamen hic, quod merito miremur, hæc observatio. Eodem siquidem capite, τυγχάνειν, &c. & in sequentibus iterum; sed & τύχη, & id genus alia non semel. Aut igitur alia mutationis hujus ratio; aut ad rem, quam ad verba attentior author noster, vel incautus ista præteriit, vel semel quid mallet, indicasse contentus, labori non adeo necessario prudens pepercit. An potius à posteriore aliquo monacho hæc mutatio, qui (ut multorum mos est) pauca tantum, & festinanter legit: aut si plura, quia tamen sæpius occurebat, cætera aliis emendanda reliquit;

δ'.

Ἐὰν δὲ μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνῃς περιπεσῃ.

IV.

Itaque si ea solum aversare, quæ eorum naturæ, quæ in te sunt, repugnant;

νόσον δ' ἂν ἐκκλίναι θέλῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, ὀδυνηρῶς διάξεις. Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν· τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἂν γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινὸς, ἀποτυγχάνειν ἀνάγκη. τῶν ἐφ' ἡμῖν ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν, * οὐδὲν οὔπω σοι πάρεστι. μόνον τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ κουφῶς καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνιεμένως.

Cap. VII

in eorum quæ averſaris, nihil incides. At ſi morbum averſari velis, aut mortem, aut paupertatem, ærumnoſus vives. Averſationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus, quæ in nobis ſitæ non ſunt: atque in eas transferes, quæ naturæ eorum, quæ noſtri arbitrii ſunt, repugnant. Appetitionem autem hoc tempore prorſus auferto: nam ſi ea, quæ arbitrii noſtri non ſunt, deſideraris; fruſtrari neceſſe erit. Ea vero quæ nobis parent, quatenus rectè poſſint expeti, nondum es aſſecutus. Sed eo tantum utitor animi motu, qui ad res vel perſequendas, vel omittendas; (idque leviter, & cum exceptione, & remiſſe;) ſufficiat.

* Enchir. οὐδέπω ς.

ε.

VIII. Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο λέγειν ἐν σεαυτῷ, ὁποῖόν τι ἐστιν, ἀπὸ τῶν μικροτέρων ἀρξάμενος. ἂν ποτήριον στέργῃς, ὅτι ποτήριον στέργεις. κατεαγέντος γὰρ αὐτοῦ οὐ ταραχθήσῃ. ἂν χύτραν, ὅτι φύσιν ἔχουσα, τοῦ κλᾶσθαι. ἐὰν ἀδελφὸν ἢ φίλον, ὅτι ἄνθρωπον θνητὸν ἀγαπᾷς. ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ.

V.

Singulis in rebus quæ vel delectant, vel uſui ſerviunt, vel [naturali amore] diliguntur, memento tibi ſuggerere cujuſmodi [res illæ] ſint, exorſus à minimis. Si poculum diligis, te poculum diligere: ſic erit, ut eo confracto, non animo perturberis. Si ollam, te rem natura facile fragilem diligere. Si fratrem, ſi amicum; hominem, ita à natura comparatum, ut mori ei neceſſe ſit. Ita fiet, ut cum morietur, non perturberis.

Ὅταν

ϛ'.

IX. Ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν ὁποῖόν τι ἐστὶ τὸ ἔργον. ἐὰν εἰς ἑστίασιν ἀπίῃς, πρόβαλλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν ταῖς ἑστιάσεσι. Τοὺς προτιμωτέρους σου· τοὺς παῤῥησίας πλέον σου μετέχοντας· 4 τοὺς κελεύοντας· τοὺς πολὺ πινόντας, καὶ λοιδοροῦντας σου τὴν ἐγκράτειαν. τοὺς ἀτάκτως συνδειπνοῦντας. οὕτω γὰρ ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου. μάλιστα, ἐὰν εὐθὺς ἐπιλέγῃς, ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἑστίασιν θέλω, τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάττων. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἐὰν τι πρὸς ὃ προέθου ἔργον, γένηται ἐμπόδιον, πρόχειρον ἔσται σοι λέγειν, οὐ τοῦτο ἔθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι. οὐ φυλάξω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα,

VI,

Opus aliquod aggressurus ipse tibi subjicito cujusmodi sit illud opus. Si ad convivium abeas, ea tibi proponito, quæ fiunt in conviviis. Qui sint honoratiores, alios: quibus magis esse familiaribus liceat: qui provocent [ad bibendi certamen] qui multum bibant, & tuam temperantiam convitiis incessant: qui petulanter se gerant in mensa: [te ibi reperturum.] Sic tutius rem aggredieris: præcipue si mox ipse tibi dixeris, Ad convivium abeo, sic animatus, ut meum institutum naturæ congruens conservem. Eodemque modo in unoquoque negotio. Ita enim si quid impedimenti fuerit, quo minus id quod agitabas, perficeretur; in promptu quod dicas; Equidem non hoc solum volui, sed & institutum meum naturæ consentaneum tueri: Non tuebor autem, si quæ fiunt, ægre tulero.

4 Τοὺς κελεύοντας.] An τοὺς κλοπεύοντας: quia, in Epicteto, inter alia τοὺς κλέπτοντας? Et *fures balnearii*, Catullo quoque (ut alios omittam) dicti & notati? Non puto; nec hic opportunum.

Τα-

ζ'.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτῶν δόγματα. Οἷον, θάνατος οὐδὲν δεινόν, ἐπεὶ καὶ τοῖς μάρτυσι δεινὸν ἐφαίνετο. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, μήποτε ἄλλον αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτούς, τουτέστι, τὰ ἑαυτῶν δόγματα.

VII.

Homines perturbantur non rebus, ſed iis quas de rebus habent opinionibus. Verbi cauſa: Mors non eſt malum; alioquin & martyribus ita viſum eſſet. Cum igitur impedimur, ne culpemus alios unquam, ſed noſmet ipſos, hoc eſt, noſtras opiniones.

η'.

Ἀπαιδεύτου ἔργον, ἄλλῳ ἐγκαλεῖν ἐφ' οἷς πράσσει κακῶς· πεπαιδευμένου, τὸ ἑαυτῷ. πεπαιδευμένου, μήτε ἄλλῳ, μήτε ἑαυτῷ.

VIII.

Alios accuſare in propria calamitate, hominis eſt in eruditi: ſe ipſum, ejus qui eruditi cæperit: nec ſe, nec alium, eruditi.

θ'.

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ ἀγαθῷ. εἰ τὸ ἱμάτιον ἐπαινούμενον ἔλεγεν ὁ ἔχων, ὅτι καλόν εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. σὺ δ' ὅταν λέγῃ ἐπαινούμενος, ὅτι ἱματίου καλοῦ ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἱματίῳ ἐπαίρῃ. τί ἐστὶ σόν, εἰ μὴ χρῆσις φαντασιῶν; ὥστε ὅταν χρῆσιν φαντασιῶν τῇ φύσιν ἔχῃς, τότε μάτην ἐπὶ σοὶ ἀγαθῷ σεμνύνῃ.

IX.

Nulla aliena præſtantia efferaris animo Si veſtis ſemet jactans diceret: *Sum pulchra*; ferendum eſſet. Tu autem, cum de veſte pulchra gloriaris, ſcito te de veſte gloriari Quid igitur eſt tuum? Uſus viſorum: [ſive, extrinſecus oblatarum ſpecierum quæ mentem movent] Cum igitur in uſu viſorum ita te geres, quemadmodum natura poſtulat, tum de bono [quod tuum eſt:] gloriari poſſe te, credito.

ι'.

Ὥσπερ ἐν πλοίῳ, ὑπὸ πλοίου καταρμισθέντος,

X.

Quemadmodum in navigatione, ſubducto na-

ἂν

ἂν ἐξέλθοις ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστιν 5 κοχλίδας ἀναλέξασθαι ἢ * ψίμαδας συνάξαι, τετᾶσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέψασθαι μήτοι ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, καὶ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφέντα δραμεῖν, ἵνα μὴ δεδεμένος βληθῇς ὡς τὰ πρόβατα. οὕτως καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ἐὰν δέδονται ἀδελφοὶ, ἢ φίλοι, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἴκημα, οὐδὲν κωλύει. Ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχων ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀφῆς ἐκείνους, μηδ' ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς; 6 μηδέποτε ἀπαλλαγῇς τοῦ πλοίου. μήποτε καλούμενος ἐλλίπῃς, καὶ δεδεμένος βληθῇς. ὁ γὰρ ἑκὼν μὴ ἑπόμενος, ἀνάγκῃ τοῦτο πείσεται.

vigio, si aquatum exieris, nihil vetat, in transitu quasi, etiam cochleolas legere, aut umbiliculos colligere: animo autem in navigium intento esse oportet; & oculos eo semper referre; ne sorte gubernator vocet, ac tum omnia illa relinquere, ne vinctus tanquam oves, in navim conjiciaris: Sic & in vita pariter, si pro cochleola, aut umbiliculo, fratres aut amici dentur, aut propinqui, aut domus nulla invidia est. At si gubernator vocarit, currens, relictis istis omnibus, ad navim redibis, neque respicies. Quod si senex es, à nave non omnino recedes, ne quando vocatus, vires [in via] tuæ deficiant, & vinctus conjiciaris. Quisquis enim non volens & libens sequitur, hoc illum pati necesse est.

* γρ. ψεκάδας.

5 Κοκλίδας ἀναλέξασθαι.] Cic. De Orat. lib. 2. *Non audeo dicere de talibus viris; sed tamen ita solet narrare Scævola, conchas eos & umbilicos ad Cajetam & ad Laurentum legere confuisse.* &c.

6. Μηδέποτε ἀπαλλ. τοῦ πλοίου. [Melius hoc, quam ut in *Enchiridio*, ἀπαλλ. ποτὲ τοῦ πλοίου μακράν. Sed nec Simplicius istud μακρὰν agnoscit.

ιά.

XIII. Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα ὡς σὺ θέλεις γίνεσθαι· ἀλλὰ μᾶλλον θέλε αὐτὰ γίνεσθαι, ὡς γίνονται, καὶ ἀλύπως διάξεις.

XI.

Ne postules ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri; sed potius ita quæque fieri velis, ut fiunt; & nunquam dolebis.

Νέ-

ιβ'.

Νόσος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· ψυχῆς δ' οὔ, ἐὰν μὴ σὺ θέλῃς. χώλωσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον· ψυχῆς δ' οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε. Εὑρήσεις γὰρ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σὸν δ' οὐ.

XII.

Morbus, corporis impedimentum, non animi, niſi ipſe velis. Claudicatio, pedis impedimentum eſt, animi non item. Et hoc, ut quæque res accidit, ſubjice tibi: invenies eas alterius cujuſpiam rei impedimentum eſſe, non tui, [qui non corpus; ſed animus es.]

ιγ'.

Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐμπιπτόντων πειρασμῶν, ζήτει τὴν δύναμιν ἣν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν. φυσικὰς γὰρ δυνάμεις ἡμῖν ὁ θεὸς ἐχαρίσατο νικητὰς τῶν ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ προβαλλομένων. ἐὰν γυναικὸς πρόσωπον πειράσῃ σε, εὑρήσεις δύναμιν, τὴν ἐγκράτειαν. Ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις τὴν καρτερίαν. ἐὰν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ ὕπως ἐθιζόμενόν σε, οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

XIII.

Quæcunque tentatio [ſive afflictio] tibi contigerit; diſpice quam facultatem habeas ad [rectum] ejus uſum. Naturales enim facultates Deus nobis largitus eſt, omnium quæ inimicus (Diab.) ad nos tentandos objicit, debellatrices. Si vultus [formoſæ] mulieris te irritat, præſto eſt continentia, quam [ad remedium] adhibeas. Si dolor, tolerantia: ſi convicium, patientia. Atque ita ſi aſſueveris, non abripient te opiniones: [ſeu, rerum ſpecies extrinſecus oblatæ.]

ιδ'.

Ἐπί μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσε, ἀλλὰ ὅτι ἀπέδωκα. ὁ ἀδελφὸς ἀπέθανεν; ἀπεδόθη· κλῆμα ἀφῃρέθη· οὐκοῦν καὶ τοῦ-

XIV.

Nunquam te quicquam perdidiſſe dicito, ſed reddidiſſe. Frater mortuus eſt? redditus eſt. Res eſt erepta? Utique & illa red-

τὸ ἀπεδόθη· ἀλλ' ἀγανακτεῖς, ὅτι κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει, διὰ τινός σε ὁ δοὺς ἀπῄτησεν; οὕτω παιδευθεὶς ὁ Ἰὼβ ἔλεγεν. Ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλατο. ἄδικον, φησὶν, ἀπομάχεσθαι τῷ λαβεῖν βουλομένῳ, ὃ δέδωκε, καὶ τὸ πρέπον ἐννοῶν. ὡς τῷ κυρίῳ, φησὶν, ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο. Εἰ γὰρ ἀληθῶς ὁρίζῃ κύριον εἶναι, τὸ τοῦτο κελεύσαντα, φέρε τοῦ δὲ πρᾴως τὸ βούλημα. οὕτως γὰρ νόμος δούλου πρὸς δεσπότην ἀγαθόν. μέχρι μέν τοι οὔπω ἀποδέδοντο, οὕτως αὐτῶν φρόντιζε ὡς ἀλλοτρίων, καὶ ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παρίοντες.

dita est. Sed indignaris, quod improbus ille, qui eripuit. Quid id tua refert, per quem suum repetat, qui tibi dedit. Ita doctus [vel, instructus] Job dixit: *Dominus dedit: Dominus abstulit.* Injustum est, inquit, quod dederat repetenti, resistere. Et re bene pensitata: *Sicut Domino placuit*, inquit, *ita factum est.* Si enim recte statuit illum *Dominum* suum esse, qui ita jussit: quod illi, cumq; placitum est, æquo animo ferendum est. Ea enim lex [seu consuetudo] servorum est erga bonos *dominos* [sive, heros.] Cæterum, quamdiu ille concesserit, tanquam alienum id curato, ut viatores hospitium.

ιέ.

XVI. Εἰ προκόψαι θέλεις, ἀφὲς τοὺς τοιούτους λογισμοὺς, ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμαυτοῦ, οὐκ ἔξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κτήσωμαι παῖδα, οὐκ ἔξω τὸν ὑπηρετούμενον. κρεῖττον γάρ ἐστι λιμῷ ἀποθανεῖν ἄλυπον καὶ ἄφοβον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον. κρεῖσσον δὲ καὶ ἑαυτῷ δουλεύειν, ἢ ἀσχολεῖσθαι περὶ τὰ τοῦ παιδὸς ἁμαρτήματα, 7 ἀμελοῦντα τῶν ἑαυτοῦ.

XV.

SI quid proficere te studes, istiusmodi cogitationes missas facito: Si res meas neglexero, non erit unde vivam. Nisi famulum mihi comparavero, deerit mihi qui ministret. Præstat enim perire fame, timoris ac molestiæ expertem, quam copiis omnium rerum circumfluentem, animo vivere perturbato. Et præstat sibi propria opera ministrare, quam occupatum in corrigendis famuli peccatis, propria negligere.

ιϛ'.

ις'.

XVII. Ἀλλὰ κτήσασθαι θέλεις, καὶ δίδου εἰ μακροθυμεῖν. ἄρξαι ἀπὸ τῶν σμικροτέρων. ἔκχυται τὸ ἔλαιον κλέπτεται τὸ οἰνάριον. οἱ ἄρτοι ἀπολλύνται. Ἐπίλεγε σαυτῷ· τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια. τοσούτου ἀπραξία πέρνᾶσκεται. ᾧ τῷ δὲ οὐδὲν χαρίζεται. ὅταν δὲ καλεῖς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ ὑπακοῦσαι, ἢ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν σὺ θέλῃς. ἀλλὰ μὴν μή ἔστιν οὕτως ἔσται αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, τό σε παράπεσθαι. Ἀλλ' ἐπισκέψαι εἰ ἀναιρεῖς, ἵνα δὴ βελτίων γένηται. εἰ τοῦτον μὲν εἰ ἀβουλήσῃ, μὴ τῷ σαυτοῦ δοκῶν οὐ κατανοεῖς. Εἰ δὲ ὃ τούτων ἀπήλλαξαι, ἔστω σοὶ τῷ ἐπισκοπῷ μετέρχου, ὡς ἰατρὸς σοὶ τὸ τραῦμα. οὐ γὰρ χολᾷ ὁ ἰατρὸς, ὅτι τραῦμα ἢ πάθος ἔχει· ἀλλὰ θεραπεῦσαι τὸ μεῖζον σπεύδει. καὶ γοῦν τις σοφὸς ἁμαρτήσαντι τῷ παιδὶ, ἔδαρον ἄν σε, εἶπεν, εἰ μὴ ἐχόλωσά σε.

XVI.

Sed comparare tamen ſtat tibi ſententia, & patientiam, quanta opus eſt, ſuperare tibi confidis. A parvis igitur auſpicare. Oleum effunditur: Villum furripitur: Panes corrumpuntur: Subjice tibi: Tanti vænit tranquillitas, tanti conſtantia; gratis autem nihil acquiritur. Cum autem vocas famulum, fieri poſſe cogita, ut non audierit: aut ſi audierit, eorum tamen quæ juſſeris, nihil egerit. Neque vero ei tam bene ſit, ut tui perturbandi, quando voluerit, habeat ille poteſtatem. Sed id eo fit, inquis, quia corrigere illum & emendare, tibi proponis. Hoc igitur inprimis ſedulo cave, ne *propriam trabem* non intelligas. Quod ſi ab illa liber es, ita tamen ad correctionem procede, ut medicus ad vulnus curandum. Non enim medicus iraſcitur, quod vulnere quis, aut alio quovis morbo laboret: ſed id agit, ut id quod affectum eſt, ſanet. Unde etiam, quod ſapiens quidam ſervo: qui flagitii quid perpetraverat: *Flagris*, inquit, *cecidiſſem te, niſi iratus eſſem.*

7 Ἀμελεῖται τῆ ἑαυτῆ.] Epict cap. 16. Κρεῖττον ἦ τὸν παῖδα κακὸν εἶναι ἢ σὲ κακοδαίμονα· quod reprehenſioni eſt obnoxium, niſi κακο-

κακοδαίμων idem valeat hic, ac κακὸς· quod minus aptum cohærentiæ. Nescio tamen an ideo mutatum in *Paraphrasi*, ut minus invidiosa esset sententia: an vox κακοδαίμων (ut δυςυχὴς & ἀτυχὴς antea) tantum vitata.

1 Εἰ δὲ τούτων.] Apographum habebat τούτου· quod nos τούτων (id est, τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων) fecimus.

ιζ'.

XVIII. Εἰ' προκόψαι θέλεις, ὑπόμενον παρὰ τῶν ἐκτὸς ἄνους δόξαι, καὶ ἠλίθιος· μηδὲν παρ' αὐτοῖς βούλει δοκεῖν ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τι, ἀπιστεῖ σεαυτῷ. ἴσθι γὰρ ὅτι οὐ ῥᾴδιον καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σὴν κατὰ φύσιν φυλάξαι, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀρέσκειν. ἀλλ' ἀνάγκη θάτερον ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι.

XVII.

SI quid proficere vis, ne recusa quo minus ab extraneis [qui tuæ disciplinæ sunt exsortes] amens & fatuus habearis. Ne quid scire videri velis apud tales; & si quid scire aliquibus videaris; ipse tamen tibi diffidito. Scito enim facile non esse institutum tuum in eo statu qui sit naturæ consentaneus conservare, & vulgo placere: Sed aliter fieri non posse, quin is qui alterum curet, alterum negligat.

ιη'.

XIX. Ἐὰν τοὺς ἀγαπῶντας σε καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰ παιδία θέλῃς πάντοτε ζῆν, καὶ εὖ πράττειν· τὰ μὴ ἐπὶ σοι * θέλῃς εἶναι, καὶ ἀνάγκη, μὴ οὕτω γινομένων, λυπεῖσθαι, καὶ αἰτιᾶσθαι τὴν τοῦ παντὸς διοίκησιν. Ἐὰν δὲ καὶ τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτῆσαι, ἠλίθιόν τι ἐπιθυμεῖς. θέλεις γὰρ ὁ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό τι.

XVIII.

SI id studes, ut qui te diligunt, & fratres & nati semper vivant, & valeant, (vel floreant:) quæ tui non sunt arbitrii, optas; cui necessario consequens, ut cum aliter quam optabas, accidet, dolore afficiaris, & providentiam Universi gubernatricem accuses. Quod si etiam puerum tuum delinquere non vis, optas quod optare palam stultum est. Improbitatem enim aliud, quam improbitatem esse postulas: [quod quid est aliud, quam rerum naturam pervertere velle?]

* Epict. ἐπί σοι· iterato.

6 Τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν·] Ipsissima sunt Epicteti verba, c. 19. quorum tamen fortasse sensus non cuilibet obvius, nec Simplicii ἐξήγησις hic multum juvat. Nos igitur hoc agamus. Τὴν κακίαν, dices, μὴ εἶναι κακίαν· id est, τοὺς κακοὺς μὴ ἁμαρτάνειν. Hoc quidem ridiculum est, & ἀσύστατον. Sed opponet aliquis: Imò, non τοὺς κακοὺς μὴ ἁμαρτάνειν; sed istum non esse κακὸν. Regerent Stoici: Ergo id postulas, vel omnino non esse κακούς. quod contra (ut multis illi disputant; sed multum refragante Plutarcho:) ordinem Universi: vel, ut ut alii sint, servos tamen universim nullos tales esse: quod quam ridiculum sit, quis non videt, cum servi, quod ut plurimum ἀπαίδευτοι sint & ἀκόλαστοι (id est, nulla severioris educationis disciplina culti & subacti: quæ *filiorum* & *servorum* præcipua differentia: ut Seneca, aliique pluribus:) improbitati maxime sint obnoxii; vel denique tuos saltem non esse malos; quod ut Antoninus alicubi verissime, palam ἄγνωμον est, & τυραννικόν. Superest igitur, ut qui servos non esse malos postulet; aut qui suos tales esse indignatur; τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν postulet: quod stultum & ridiculum est. Ter. in Ad *Syrus, ut captus est servorum, non malus, neque iners.* ubi Donat. *quia servum evenire bonum, non ratio est, aut natura, sed casus est, utpote in re rarissima.*

ιθ'.

Ἐὰν θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τούτων ἐφίου καὶ ταῦτα θέλε, ἃ δύνασαι, καὶ ἃ ἐπί σοι.

XIX.

SI in appetitione frustrari non vis, fac ut ea prosequaris & velis, quæ in tua sunt potestate, & ab arbitrio pendent tuo.

κ'.

XX. Κύριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιήσασθαι, ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω, μήτε φευγέτω τὰ ἐπ' ἄλλῳ. Εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη.

XX.

Cujusque dominus is est, qui rerum ab ipso expetitarum aut non expetitarum, vel præbendi, vel eripiendi, potestatem habet. Quisquis igitur liber esse vult, det operam opportet, ne quicquam eorum cupiat, aut aversetur, quæ penes alios sunt Sin minus, servire necesse erit.

κα'.

κά'

Ὡς ἐν συμποσίῳ, ὕτω δεῖ ἀναστρέφεσθαι ἐν τῷ βίῳ. φέρονέ τι καὶ σε; ἐπτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κατάσχε. ὅπω ἥκει; μὴ ἐπιβαλλε πόρρω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενον ἄχρις ἂν ἔλθῃ καὶ σε. ὕτω περὶ φίλους ἴσθι, ὕτω περὶ τιμὴν, ὕτω περὶ ἀρχὰς, ὕτω περὶ τὰς χρείας· ‡ ἐὰν ἔσῃ ποτὲ ἄξιος συμπότης Χριστοῦ βασιλείας. Εἰ δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, οὐ μόνον συμπότης, ἀλλὰ καὶ συγκληρονόμος ἀναδειχθήσῃ.

‡ Luc. 22. 23.

κϛ.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐπὶ πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότα χρήματα, πρόσεχε, μὴ ἡ φαντασία σε συναρπάσῃ, καὶ νομίσῃς αὐτὸν ἐν κακοῖς εἶναι. ἔστω δὲ πρόχειρον ἐπιλέγειν σεαυτῷ, ὅτι, οὐ τὸ γεγονὸς αὐτὸ φύσει κακὸν, καὶ ἄλλα τοῦτο ὅσους θλίβεται· ἰδοὺ γάρ, ἄλλους οὐ θλίβει. ἀλλὰ τὸ δόγμα αὐτοῦ τὸ περὶ τούτων, ὡς κακῶν ὄντων, τοῦτο αὐτὸν ὠνιᾷ. μὴ ὀκνήσῃς μέντοι καὶ παραμυθήσασθαι, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν βοηθῆσαι.

XXI.

Ut in convivio, ſic in vita verſari te oportet. Si quid circumferendo ad te pervenerit, porrecta manu, partem modeſte capito. Tranſit? noli curſu proſequi. Nondum venit? Ne longe appetitum tendito, ſed expecta dum ad te perventum fuerit. Sic erga amicos, ſic erga honores, ſic erga magiſtratus, ſic erga illa quæ commodum uſum præbent, affectus; dignus eris regni Chriſti conviva At vero ſi etiam oblata recuſaveris; non conviva tantum, ſed regni conſors renuntiaberis.

XXII.

Cum ejulantem quenquam videbis, vel ob mortem [chariſſimorum: vel peregre profecto filio, vel rebus amiſſis: cave ne te viſum illud abripiat, ut eum in malis verſari exiſtimes: ſed in promptu tibi ſit; quod ipſe tibi mox ſubjicias: Non iſtud quod accidit ipſum, vere malum, & inde hic luctus. (Ecce enim, non omnes quibus iſta accidunt, ita lugent:) Sed concepta ipſius de rebus iſtis tanquam bonis, opinio; hoc utique eſt quod illum angit. Ne tibi tamen grave ſit [aut faſtidioſum,] tum conſolari; tum, quantum in te, ſuccurrere.

κγ'.

Τὴν τάξιν φυλάττειν σε χρὴ, εἰς ἥν σε ἔστησεν ὁ θεός· ἂν ἐν μικροῖς, μικρόν· ἐὰν ἐν προβεβηκόσιν, ἐὰν πτωχὸν ἠβουλήθη εἶναι, ἵνα τοῦτο γενναίως ἐνέγκῃς, ἂν χωλὸν, ἂν ἰδιώτην, ἂν κληρικόν. σον γὰρ τοῦτό ἐστιν, τὸ δοθέν σοι παρὰ θεοῦ καλῶς μετελθεῖν. δοῦναι δὲ αὐτὸ, τοῦ θεοῦ.

XXIII.

ORdinem oportet eum te conservare, cui te Deus assignavit: ut in parvis rebus, parvum te geras: [in magnis, magnum.] Si in dignitate: si mendicus; ut generose defungaris: si claudus: si privatus: si clericus denique. Hoc enim tuum est, bene obire, quod à Deo cunque tibi assignatum est: assignare autem, Dei est.

κδ'.

Ὄναρ τεταραγμένον ἐὰν σοι ἐπιστῇ, διάκρινε παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε· οὐδέν μοι κακὸν οὐδαμόθεν σημαίνεται, ἀλλὰ τῷ σώματί μου, ἢ τῇ δοκούσῃ δόξῃ, ἢ τοῖς ἐκτός. ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐθέλω. ὅτι γὰρ ἂν συμβῇ, ἐπ' ἐμοί ἐστι διὰ τῆς ὑπομονῆς, καὶ εὐχαριστίας εὐοδωθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

XXIV.

SOmnium somniare tibi contigit turbulentum [& quod animum tuum anxium habet.] Dijudica tecum, & effare: Mihi nihil ipsi mali ullo modo portenditur: sed aut corpusculo meo, aut dignitati [ut vulgò loquuntur: aut si quid aliud externum,] & extra me positum est.] Mihi verò omnia fausta portenduntur, si ipse voluero. Utique cum in me sit, si quid tale contingat, per patientiam & gratiarum actionem fructum ex eo capere.

κε'.

Ἀόργητος εἶναι δυνήσῃ, ἐὰν μηδενὸς ἄρξῃ, οὗ ἐπί σοι τὸ νικᾶν οὐκ ἐστί.

XXV.

IRæ nullus erit unquam locus, si nihil unquam aggredieris, quod supra vires tuas sit.

κϛ'.

κϛ'.

Ὅρα μήποτε ἰδὼν τινα προτιμώμενον, ἢ μέγα δυνάμενον, ἢ νομιζόμενον εὐδοκιμεῖν, μακαρίσῃς μὲν ἐκεῖνον συναρπασθείς. ταλανῇς δὲ σεαυτόν. ἐάντε γὰρ διὰ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ ταῦτα αὐτῷ συμβαίνει, ἀφθόνως δύνασαι τῶν ἴσων τυχεῖν. Εἰ δὲ παρὰ φύσιν τρεπομένης τῆς προαιρέσεως, τί πρός σε, τὸν κατὰ φύσιν βουλόμενον τὴν σὴν προαίρεσιν φυλάξαι; οὔτε γὰρ ἄρχων, ἢ πλούσιος πεύδεις γίνεσθαι, ἀλλ' ἐλεύθερος, καὶ μόνον 10 θεῷ ἀνακεῖσθαι. μία δὲ ὁδὸς πρὸς τοῦτο, καταφρόνησις πάντων τῶν σὺν ἐφ' ἡμῖν.

XXVI.

Cum aliquem vides tibi prælatum; aut potentia præcellentem; aut (apud vulgus) virtutis opinione magis celebrem: cave ne opinione subita abreptus, beatum illum prædices; te verò infælicem. Si hæc enim per ea quæ sunt in nostra cujusque potestate bona illi contigerunt, sine invidia potes [cum voles] eadem adipisci, Si verò præpostero, & contrario naturæ instituto; quid hoc ad te, cui institutum tuum naturæ tuæ consentaneum præstare, summa votorum est. Non enim id tibi proponebas, ut magistratum gereres; ut dives evaderes: sed ut liber, & Deo soli addictus, & mancipatus. Ad eam autem rem via unica est, eorum quæ in potestate nostra non sunt omnium contemptio.

10 Θεῷ ἀνακεῖσθαι.] Docent viri doctissimi τοὺς Θεῷ ἀνακειμένους à Chrysostomo nuncupari viros *Deo devotos & sacratos*. Imò, *monachos & anachoretas*: (τοὺς τὰς ἐρήμους κατειληφότας μοναχοὺς:) signate hoc elogio ab illo notatos, est in illo reperire. Sed non Christiani primi ita locuti sunt. Apud Euripidem Pentheus, jam ἔνθεος, & numine plenus, Bacchum alloquitur: σοὶ γὰρ ἀνακείμεθα δή, Insignis Origenis contra Celsum locus. ubi tum de gentilibus, tum Judæis una eademque periodo usurpatur. Ἔτα, πανταχοῦ μὲν, ἢ πολλαχοῦ δυνάμεις ἐγίγνοντο· ὡς καὶ αὐτοὶ ἐν τοῖς ἑξῆς παρατίθεται ἀσκλήπιον εὐεργετοῦντα, καὶ τὰ μέλλοντα προλέγοντα ὅλαις πόλεσιν ἀνακειμέναις αὐτῷ ----- παρὰ δὲ μόνοις Ἰουδαίοις, φάσκουσιν ἀνακεῖσθαι τῷ τῶν ὅλων θεῷ, οὐδὲν ἦν σημειῶν, &c. Postrema hæc, per se alioquin satis plana, obscure expressit interpres Latinus. Sed hoc parum est, præ ut alia sunt in ista versione plurima dudum nobis observata. τοῦ πονηροῦ κίμματος.

κζ'.

Γίνωσκε ὅτι οὐκ ὁ λοιδορῶν, ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ἀμέλει, ἑαυτοῖς ταῦτα λέγοντες, οὐκ ἀλγοῦμεν. ὅταν οὖν λέγοντος περί σου τινὸς ἐρεθισθῇς, ἴσθι ὅτι ὑπόληψις ἠρέθισέ σε, καὶ οὐ [11] τὸ συναρπασθῆναι. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ εἰς τοῦτο ἦν, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

XXVII.

PRo certo habe non eum qui convitietur aut verberet, auctorem esse contumeliæ: sed opinionem de iis, tanquam contumeliosis conceptam. Enimvero hæc eadem ipsi nobis ingerentes, non dolemus. Quandocunque igitur verbis alicujus irritatus es, noris te ab opinione tua irritatum esse; & operam da, ne tibi unquam contingat occupari. Nam si semel tempus ad hoc quoque tibi suppetat, facilius te continebis; [vel, *ipse tibi temperabis.*]

11 Καὶ τὸ συναρπασθῆναι. Ἂν γὰρ ἅπ.] Nihil factu facilius, quam ista ex *Enchiridio* supplere & restituere. Suspicor tamen hanc lacunam in antiquis jam olim codicibus repertam, à posterioribus scribis, & imperitis monachis non observatam fuisse: atque ita verba imperfecta, paucis immutatis, ab illis temere conjuncta, ut τὸ συναρπασθῆναι, ad violentam aliquam, per vim, corporis raptationem, aut correptionem, referretur. Pro, χρόνου, χρόνος in hanc sententiam verior lectio fuerit. Sed ægrotorum somnia piget ultra persequi. Tanti tamen erat semel hoc monuisse, quia non uno fortasse loco fraudi fuit huic antiquæ *Paraphrasi* recentiorum monachorum ignorantia, quibus *Epicteti*, (nedum hujus *Enchiridii*:) ne fando quidem nomen auditum. Favet tamen aliquatenus huic delirio verbum τύπτων initio capitis: quod & Simplicius agnoscit.

κη'.

Θάνατος, καὶ δίωξις καὶ πάντα τὰ φαινόμενα δεινὰ, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν, καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ἀνάξιόν σου ἐνθυμήσεις, οὐδ' ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

XXVIII.

MOrs & persecutio, & quæcunque acerba & gravia vulgo credita, ob oculos tibi quotidie versentur. Sic, neque te indignum quicquam cogitabis unquam; nec impense se cupies quicquam.

κθ'

κθ'.

Εἰ τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐπιθυμεῖς, παρασκευάζου ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρουώτων, ὅτι ἄφνω ἀναχωρητὴς ἡμῖν ἐπανελήλυθας· καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρῦν μὲν μὴ ἔχε. τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων, οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν χώραν, ἐν ᾗ ἕστηκας. μέμνησο, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ πρότερον καταγελῶντες ὕστερον θαυμάσονται. Ἐὰν δὲ ἡττηθῆς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ τὸν καταγέλωτα.

XXIX.

SI vitam austeriorem & solitariam amplectaris; sic para te, ut qui mox expectes fore, ut deridearis: ut multi te subsannent; ut dicant te subitò *anachoretam* extitisse: ut dicant; *Unde nobis hoc supercilium? hæc austeritas?* Tu verò austerus ne sis: ea verò quæ optima tibi videntur [ad veram fælicitatem] sic retine, ut qui sis à Deo, in ea statione, quam obtines, collocatus. Cæterum, memento te, si in eodem statu permanseris, iis admirationi fore, qui te prius deriserunt. Si verò succubueris illis, duplo te magis deridendum propinabis.

λ'.

Ἐάν ποτε συγκαταθῇς λογισμῷ πείθοντί σε ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἔνστασιν. ἀρκοῦ οὖν τῷ εἶναι ἐν παντὶ τῷ τῷ θεῷ μόνῳ ἀνακειμένων. Εἰ δὲ δοκεῖν βούλει, σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸν ἔσται τοῦτο.

XXX.

SI quando acciderit, ut cogitationi quæ studium cuiquam placendi tibi commendabat, assensum præbueris; de statione tua dejectum esse te noris. In omni loco igitur, & occasione illud tibi satis sit, te ex eorum numero esse, qui Deo soli addicti & consecrati vivunt. Quod si talis etiam videri cupis, tibi ipsi videaris, & hoc sufficiet.

λά.

Οὔτοι σε οἱ λογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν. ἄπιμεν ἐγὼ ἀφιώσομαι, καὶ ἀδόξις ἔσομαι. ἐπίλειπε δὲ μᾶλλον σεαυτόν. μή τι ἄλλων ἐμὸν ἔργον ἐστὶ πυθέσθαι, ἢ ποῖος ἄλλον ἐπὶ χειροτονίαν ἐλθεῖν, ἢ ποῖον θύειν ἢ φιλοπρωτεῖσθαι εἰς τὰ συνέδρια; πῶς οὖν ἔτι τοῦτο λογίζομαι ἀπρέπειαν; πῶς δὲ καὶ ἀδοξίαν ἀδόξις ἀδοκιμάσῃ; ὃν σὺ μόνοις δεῖ με εἶναι τοῖς ἐπ' ἐμοί, σὺ δὲ ἐξεστί μοι πολλοῦ εἶναι ἄξιον; εἰ δὲ * ὑποβάλλῃ, ὅτι καλὸν τοῖς φίλοις βοηθῆσαι, ἐπιστομιστέον αὐτῷ λέγων· τί λέγεις τὸ βοηθῆσαι; ἵνα ἔχωσι παρ' ἐμοῦ χρήματα; ἢ ἵνα λαμπρυνῶσι αὐτοὺς ποιήσω θύραις τοῖς πολλοῖς; εἰ τίς μοι εἴπειν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια; τίς δὲ δώσει δωρεὰν ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; ἀλλ' ἐρεῖ σοι ὁ λογισμός· κτῆσαι, ἵνα αὐτοῖς μεταδῷς· λέγε δὲ τοῦτο σύ· εἰ δύναμαι κτήσασθαι τοσοῦτον ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν καὶ ἀδιάφθορον· δεῖξον τοίνυν τὴν ὁδόν. Εἰ δὲ θορυβεῖς μοι τὰ ἐμαυτοῦ ἀγαθὰ ἀπολέσαι, ἵνα ἄλλοις τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσω, ὄφρα πῶς

* τις: vel, λογισμός.

XXXI.

ISTæ cogitationes ne te crucient; fore ut ſine honore vivas, & nullo ſis loco. Ipſe tibi dicito potius: an igitur ad honores provehi [vel, honore affici] meum opus eſt: [vel, mei res arbitrii:] an ad electiones, vel *conſecrationes* ſacerdotum in aliena domo celebratas vocari: aut in conſeſſibus & ſynedriis primum locum habere? Quinam igitur id ignominiam, aut dedecus eſſe cenſes? Et quæ ratio te nullo loco fore; quem in illis ſolum, quæ tui ſunt arbitrii, occupari debere, recta ratio ſuadet; in quibus etiam [niſi deſis ipſe tibi:] ad ſumma tibi patet aditus? quod ſubjiciat aliquis: At pulchrum [potentiâ præditum, & ad dignitates, quæ vocantur, evectum.] amicis opitulari poſſe: Increpa tu illum, & reſponde: Quid tu dicis *opitulari*? Ut per me pecuniam conſequantur? ut apud vulgus illuſtres & honoratos illos faciam? Iſta enim, penes me ſunt ipſum, aliena? Quis autem poteſt aliis præſtare, quod ipſe non habet? Sed ſubrepet cogitatio fortaſſe: Acquire igitur, ut & aliis impertiri queas. Oppone tu: Si iſta parari poſſunt, conſervato pudore, fide, libertate: viam monſtra tu: (per me nulla mora eſt.) Si verò id ſuades, ut ipſe, dum aliis falſò credita bona quæro, quæ mea

ἀπαι-

ἄτακτος εἶ, καὶ 12 ἀσύμφορος. τί δὲ βούλονται οἱ γνήσιοι φίλοι; ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα; Εἰς τοῦτο οὖν σπούδαζε μᾶλλον, ὅπως αὐτοῖς χρήσιμος ᾖς. τοὺς γὰρ μὴ τούτοις ψαίροντας, καὶ ταῦτα ἐκείνων προτιμῶντας, οὐδαμῶς εἰς φίλους τακτέον. Ἀλλ' ἐνοχλοῦσιν οἱ λογισμοὶ λέγοντες· τί τουτονὶ στερξομεν τὸν βίον; οὐδεμία ἡμῶν ἐν τῇ πόλει μνήμη, οὐδ' ὄνομα, οὐδὲ τιμή. λέληθε δὲ τοὺς πολλοὺς, ὅτι καὶ πολίτης εἰμί. ποίαν πάλιν ταύτην τιμὴν λέγουσιν; οὐ χειροτονήσουσι πρεσβύτην, οὐδὲ ἄρχοντα αἱρήσονται. καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ εἰς τοῦτο ἔταξας ἑαυτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἐπαγγέλλη. οὐδὲ * γὰρ ἄρχων εἶ, οὐδὲ τῶν τὰ κοινὰ πρασσόντων. Εἰ δέ τινες, μὴ τούτων ὄντων εἰς αὐτὰ μᾶλλον ὠθοῦσιν ἑαυτοὺς, τί πρός σε τὸν ἀνακεῖσθαι θεῷ θέλοντα. καὶ εἰς τοῦτο ὄντα; ἱκανὸν γὰρ ἑκάστῳ, εἰ τῆς ἑαυτοῦ τάξεος φανείη ἄξιος. Εἰ γὰρ τὴν ἐνάρετον πολιτείαν μεταδιώκεις, τούτων οὐδέν σοι προσήκει ζητεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον

propria bona sunt, eorum jacturam faciam; cogita tu, quam præter æquum & bonum, & contra rationes etiam publicæ utilitatis, id à me requiras. Quid enim genuini amici malint; pecuniam; an amicum fidelem & verecundum? Id igitur, da tu operam potius, ut in istis utilis eis sis, illos autem qui non ista cupiunt, sed illa magis præferenda ducunt, noli in amicitiam tuam admittere. Sed iterum cogitationes interpellant. Quid vivere juvat, si nulla nostri in civitate memoria; nullum nomen; nulla dignatio? plerique, ne civem quidem esse me, resciturí sunt. Nos iterum: Quem dicunt honorem: quam dignationem? Non cooptabunt in ordinem Senatorium: non (*archonta* [vel, prætorem] constituent. Quid autem mirum, cum nec subductæ vitæ tuæ rationes eo collimarint; nec id in votis tibi fuerit; [vel neque id profitearis:] ut archon esses, aut rem publicam administrare? Si enim alii nullo tali vitæ instituto prohibiti, se inferunt & intrudunt in ista munera, quid hoc ad te, qui Deo te vovisti; & id agis scilicet? Sufficit enim unicuique, si statione sua dignum se præbeat. Si igitur

* ιστ. ἵνα ἄρ. ᾖς, οὐδ.

12 Ἀσύμφορος.] Vel hæc una vox asserat hoc scriptum meliori sæculo. Utuntur optimi scriptores, & is maxime proprius ejus usus, cum de utilitate publica quæritur. Φέρειν, & συμφέρειν, de fato & Providentia divina, non unus: Antoninus autem acutissimè & elegantissime, non uno loco.

δὲ ὧν ὁ ὑπηγεῖλω πληρώσῃς. Ἀλλ' οὐκ ἔχει ἡ πατρὶς, φησὶν, ἄνδρα ὅστις μὴ φρονήσεως αὐτῆς ἡγεμὼν, λαμπροτέραν ἀποφήνῃ· τίνος μὴν ἕνεκα ὁ λογισμὸς δείκνυσιν, ὡς εἰς ὃ ὑπηγεῖλω ἀνάρμοστον εἶ. Εἰ μὲν εἰς ἄλλο χρήσιμος ἦς, εἰς τοῦτο ἂν χρήσιμον. Εἰ δ' ὅτι οὐκ ἔχει ἡγούμενον φρόνιμον, χρὴ σε ἀναγκῆ πληρῶσαι τοῦτο χρεών· λείψει δ' αὐτῇ χαλκεύς, ἢ τέκτων, ἢ γραμματοδιδάσκαλος. Εἰ δὲ ὅτι ἂν δύνασαι ποιῆσαι· πῶς ἂν σκοπεῖς, ὅτι καὶ ῥητορὸς δυνάσαι εἶναι, ἢ σοφιστής· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ καταβάλλουσί σοι οἱ λογισμοί· τὸ δὲ τῷ ἡγεμόνι ἢ ἀρχιτέκτονι σώφρονα μόνον ἁρμόττειν λέγοντες, οὐκ ἐῶσιν ἔπαλξι θεῶ, ἢ εἶκειν δύσχρηστοτέραις εἰς τοῦτο τεῖχος, εἰς ἣν κληθῆναι ἠξιώθης· τίνα δέ, φασὶ, χώραν ἔχεις ἐν τῇ πόλει; ἣν ἔχειν δυνῃ φυλάττων τὸ ἀναγκαῖόν θεῷ. Εἰ δὲ ἐν τῇ πόλει πᾶσαν θέλων, τῶν ἀρχικῶν ἐκπίπτεις, τί τὄφελος; ὅτῳ δὲ ἐν τῇ πόλει καινὸς πολίτης, ἢ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπαχθὴς ἔσῃ.

sublimius vivendi inſtitutum [vitam ſcil. auſteriorem, & ſolitariam:] amplexus eſt, iſta ſectari minimè te decet, ſed illa potius, per quæ quod profiteris adimpleas. Sed non habet inquit, Patria virum, qui prudentia pollens, gubernationem ejus ſuſcipiat; ornatiorem reddat. Hactenus iſta ratio [vel cogitatio] procedit, ut te vincat ad id, quod profeſſus es, inhabilem & ineptum eſſe. Si enim aliud eſt, in quo operā tuam utiliter collocare poſſis, haud utilis & opportuna fuerat ad id in quo nunc verſaris opere. Sin autem quia prudenti gubernatore patria deſtituta eſt, ideo neceſſe eſt te iſtam ſuſcipere provinciam; quid ſi deſint illi faber ferrarius, aut lignarius, aut verò notarius? Quod ſi ob imperitiam te excuſas ab iſtis; non vides nihil obſtare, quin ſaltem ſis janitor, aut ædituus, cui mundandę ædis munus incumbat? At de iſtis nullæ tibi ſubrepunt cogitationes, ſed ſolam gubernatoris & præſidis perſonam, quaſi tibi convenientem commendantes, non permittunt te Deo adhærere, & illi cum gratiarum actione adhærentem, ſervare locum, in quo nos gratioſe collocavit. Sed quem tamen locum, inquiunt, habebis in civitate? Quem tenens poſſis Deo jugiter ſervire, & pietati vacare. Si enim, dum dignitatem in Civitate [terrena] conſequi ſatagis; cæleſtibus excidas [vel cæleſtia curare deſinas;] quid admodum lucratus es, cum nec civitati bonus civis apparebis, & fratribus, quos deſeruiſti: odioſus eris?

λϐ'.

Προετιμήθη σου τὶς εἰς ἑστίασιν, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβούλιον; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα ἐστὶ, χαίρειν χρὴ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος. εἰ δὲ κακά **** γίνωσκε, ὅτι οὐ δύνασαι μὴ τὰ αὐτὰ ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἴσων τοῖς ποιοῦσιν ἀξιοῦσθαι· πῶς γὰρ ἴσον δύναται ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ὁ λογισμὸς, ὁ μὴ προέμενος μὲν ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα δὲ βουλόμενος αὐτὰ λαβεῖν. Εἴ τις, τυχὸν, ἐχὼν ὀβολὸν καὶ σου τὸ ἴσον ἔχοντος, πρόοιτο αὐτοῦ, καὶ λάβῃ θρίδακας· σὺ δὲ μὴ προέμενος, μὴ λάβῃς· μὴ οἴου ἔλαττον ἔχειν ἐκείνου; ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει τὰς θρίδακας, οὕτω καὶ σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τούτοις· οὐ παρεκλήθης εἰς ἑστίασιν τινός; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ πωλοῦντι ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου ἐκεῖνος πωλεῖ αὐτὸ, θεραπείας, κολακείας. Εἰ ἐκείνου ἐπιθυμῶν * βούλει ταῦτα προέσθαι, καὶ τοῦ δείπνου τυχεῖν, ἄπληστος εἶ. Εἰ δὲ σκοπήσῃς τι ἕξεις

* γρ. μὴ β.

XXXII.

Est tibi prælatus aliquis ad convivium [te præterito, vocatus ?] aut in salutatione, aut dandi consilii officio ? Si quidem ista bona sunt, gaudere debes ejus causa, quod bona consecutus sit. Sin mala **** Cæterum pro certo habe, cum non eadem agas quæ non sunt in nostra potestate: fieri non posse, ut eadem tibi tribuantur. Nam quæ ratio est, ut ille tantum possit qui fores non frequentat, atq; ille qui frequentat? qui non assectatur, atque ille qui assectatur ? Iniqua igitur est ista cogitatio, si non numerato quo væneunt illa pretio, gratis ea consequi te postules. Si quis, exempli causa, obolum habeat, tu tantundem : ille obolum suum dat ; & lactucas aufert : tu nullum das, nec habes lactucas : An minus te consecutum putas eo, qui lactucas accepit ? Ut lactucas habet ille, sic tu obolum, quem non dedisti. Ad eundem modum & hic se res habet. Non vocatus es ad convivium alicujus ? nec enim venditori dedisti, quanti vænit convivium. Vendit autem convivator laudatione. Vendit obsequio : Vendit adulatione. Quod si convivii cupidus, nec illa vis præstare, & ta-

† ἀπὸ

† ἀπὸ τοῦ δείπνου, πολλὰ εὑρήσεις. τὸ μὴ ἐπαινῆσαι, ὃν οὐ θέλεις. τὸ 13 μὴ ἀναχέσθαι αὐτοῦ, καὶ ὧν αὐτὸς ἥδηται· τὸ μὴ πάντα τὰ προσόντα αὐτῷ κἂν κακὰ ᾦσι, θαυμάσαι. τὸ μὴ συνθέσθαι ψέγοντι πολλάκις τοὺς αὐτοῦ κρείττονας· τὸ ἀπηλλάχθαι τῆς τῶν ὑπηρετούντων περιεργίας, καὶ ὧν ἀποσκόπτουσιν εἰς τοὺς κεκλημένους. Καὶ γὰρ τὸ ἀναχέσθαι, δοσκατόρθωτον. καὶ τὸ ‡ ἀνθυμακοῦσαι, ταραχῶδες. ἐπαντὰς διεγείρει εἰς ἐπίπληξιν κατὰ σου, ὡς τὴν ἀγάπην ταράξαντος, ἐπὶ τὸ κεκληκότα ὑβρίσαντος, ἐπὶ πολλῶν κόπτοντος τὴν σπουδήν.

men istius particeps fieri: iniquus, & avarus es. Si porro tecum pendas, quæ consequare loco convivii; multa reperies; non laudare te, quem nolis: mores ipsius & ineptias tolerare non coactum: non omnia ipsius, qualiacunque, etiam mala, admirari: non assentire denique melioribus sæpius obtrectanti: pæterea, vitare te ministrantium molestam curiositatem, & probrosa quibus appetere solent vocatos dieta Nam & ita tolerare, [ut placeas: [arduum pariter, & illiberale est: & repugnare, rixosum est: omnibus illico in te insurgentibus, & tanquam fraternæ concordiæ turbatorem, & cum qui convivium præbuit, contumelia afficientem: & multorum qui aderant alacritatem obtundentem, increpantibus.

† γρ. ἀντὶ.

‡ ισ. ἀντιμαχῆσαι.

13 Τὸ μὴ ἀναχ. αὐτοῦ, καὶ ὧν ἥδεται.] Ex his verbis aliquando conjiciebam, etiam in *Enchiridio*, cap. 32. (postremis verbis:) veram, aut probabilem saltem lectionem esse, τὸ μὴ ἀναχ. αὐτοῦ ἐπὶ τοῖς, οἷς ἥδεται quod à vulgata lectione non adeo remotum. Sed illa præferenda quæ ibi diximus: quibus addi debuit, in Salmasiana editione ista, τὸ μὴ ἀναχ. αὐτοῦ, &c. penitus omissa esse; osciranria crederem (cum alibi quoque integræ lineæ omissæ sint) typographica, nisi & in apposita versione ita res haberet. Wolfii editiones aliter; Veneta: Plantiniana: sed nec Politiano præterita: qui (sensu non nihil immutato) vertit: *quod non ea perfers quæ ad ejus limen perferuntur.*

λγ',

λγ'.

Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα. οἷον. ἄλλου παιδάριον κατέαξε τὸ ποτήριον. πρόχειρον εὐθὺς, ὅτι τῶν γεγονότων ἐστὶν. ἴσθι οὖν ὅτι ὅτε καὶ τὸ σὸν κατεάγῃ, τοιοῦτον ἐστιν οἷον καὶ τὸ τοῦ ἄλλου. ταῦτα μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα· ἐὰν παιδίον ἄλλου, ἢ ἀδελφὸς, ἢ ἄλλος τελευτήσῃ, οὐδείς ἐστιν ὅστις οὐκ ἐρεῖ, ὅτι ἀνθρώπινον. μέμνησο οὖν ὅτι καὶ ἐπὶ τοῖς σοῖς, ἀνθρώπινον συνέβη. 14 καὶ ὃ πάντως καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ποιήσει ὁ χρόνος, προσεχέτω ἡ σύνεσις. ὥσπερ ὁ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυγχάνειν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν τῷ κόσμῳ γέγονε. μή σε ταράξῃ λοιδορῶν τις, ἢ κατηγορῶν. ἄτοπον γὰρ οὕτως εὐχερῆ εἶναι, ἵνα ὅταν θέλει τις ψεύδεσθαι, σὺ ταράττῃ.

Cap. XXXIV.

XXXIII.

NAturæ propositum ex iis rebus, quæ ad nos nihil attinent, cognosci potest. Ex. grat. alterius [vicini: vel amici:] servulus poculum fregit: in promptu illud statim est: Ita fieri solere. Memento igitur, si & tuum confractum fuerit, eandem tui quoque poculi naturam esse, qualis alterius. Jam transfer hæc ad majora. Si vicini filius, aut frater, aut de propinquis alius obierit, nemo est cui non statim succurrat, ita natos esse homines. Memento igitur, si & tuorum aliquis obierit, humanum id quoque: Et quod tempus ipsis vel imperitissimis adfert, fac ut prudentia tibi repræsentet remedium. Quemadmodum aberrandi causa meta non ponitur: sic nec mali natura in mundo existit. Si quis tibi convitietur, aut te criminatur: nolito commoveri animo. Indignum fuerit, usque adeo in alterius esse te potestate, ut quoties visum fuerit illi mentiri, tu doleas.

14 Καὶ ὃ πάντως καὶ τοῖς ἀπαιδ. ποιήσει ὁ χρόνος.] Cicero sæpius, in Epistolis, alibique. Lib. 5. Ep. 16. ad fam. *Nam quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit; id nos præripere consilio prudentiaque debemus.* Et lib. 7. 28. *Dies qua stultis quoque)* hic. ἀπαιδεύτοις) *mederi solet, &c.*

λδ'.

λδ'.

XXXVII. Τὰ καθήκοντα, ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστι; δέον ἐπιμελεῖσθαι. παραχωρεῖν ἁπάντων. ἀνέχεσθαι λοιδορούντος, παίοντος. ἀλλὰ κακὸς πατὴρ ἐστι· μήτι οὖν πρὸς ἀγαθὸν φύσει οἰκειωθῇς, * ἀλλὰ πρὸς πατέρα. οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς, θεσπίσας τιμᾷν σε τὸν πατέρα, προσείπεν, ἀγαθόν. αὐτὸ δὲ τοῦτο χρεωστεῖς, τὸν πατέρα τιμῆσαι, διακρίναι δ' οὐ, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εἴκειν, πλὴν τοῦ θεῷ ἐναντιοῦσθαι. θεὸς γὰρ πρὸς πατέρα πολλῇ καὶ ἀσυγκρίτῳ τῇ διαφορᾷ σεβαστέος· ὁ μὲν γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων δι' ἀγαθότητα παρήγαγεν· ὁ δὲ ὄργανον γέγονε τῆς θείας προστάξεως.

XXXIV.

Officia [ut plurimum:] pro *relationibus* & qualitatibus personarum definiuntur. Pater est? officii admonetur filius, ut curam ejus habeat; cedat ei in omnibus, toleret convitiantem, ferientem. Sed pater malus est. Num igitur natura cum patre bono conjunctus es? Minimè: sed cum patre. Neque enim Deus cum in lege sua *Patrem tuum honorare te* præcepit, addidit *bonum*. Hoc igitur muneris tui est, patrem ut honores, non ut dijudices; sed in omnibus illi morem geras, quæ divinæ legi non sunt contraria. Deus enim si cum patre componatur, longè majore, & quæ comparationem non admittit, mensura venerandus. Ille enim ex nihilo, sola bonitate motus, nos creavit. Hic autem instituti à Deo ordinis [ad hominum procreationem:] fuit instrumentum.

* Ep. οὐκ, ἀ.

λέ.

ibidem. Ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τὴν τάξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τὶ ἐκεῖνος * ποιήσαι, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι κατὰ φύσιν ἕξει ἡ προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἐὰν μὴ σὺ θέλεις. τότε δ' ἔσῃ βλεβλαμμένος,

XXXV.

Frater injurius est; Tu igitur *relationis* ordinem quo illi conjunctus es, tuere: nec quid ille agat, considera; sed quibus agendis, tuum institutum naturæ futurum sit consentaneum. Te enim alius non lædet, nisi ipse velis. Tum autem læsus eris,

* γρ. ποιεῖ σοι. vel ἐποίησε.

ὅταν

ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. οὕτω πρὸς φίλον, οὕτω πρὸς γείτονα τὴν ὑποβάλλουσαν σχέσιν τήρει.

cum te lædi existimaris. Sic igitur erga amicum *relationem* quam tibi natura commendat, serva.

λϛ'.

XXXVIII. Τῆς πρὸς θεὸν εὐσεβείας ἴσθι, ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτοῦ ἔχειν, ὡς ὄντος καὶ διοικοῦντος τὰ ὅλα καλῶς, καὶ δικαίως· καὶ πείθεσθαι αὐτῷ, καὶ ἥκειν, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα εἰς ὅιαν σε βούλεται τάξιν εἶναι. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτε τὸν θεὸν, οὔτ' ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελούμενος. ἄλλως δὲ τοῦτο οὐχ οἷόν τε κατορθοῦν, ἐὰν μὴ ἄρῃς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἐπὶ τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ εἶναί τι ἀγαθὸν ἢ κακόν. Ἐὰν γὰρ ὑπολάβῃς τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὸν, ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν ὀρέγῃ, καὶ περιπίπτῃς, οἷς ἐκκλίνεις, μέμφεσθαί σε καὶ δυσφημεῖν τὴν διοίκησιν. ἀμήχανον δὲ βλάπτεσθαι, εἰ μὴ τὸ βλαπτὸν ἀγαθὸν ὁριζόμενον. φεύγοντά τε τὸ ὠφελοῦν, ὡς ἐπίπονον., καὶ προσέχοντα τῷ προσαυτίκα, ὡς ἡδεῖ. ἔνθεν πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκοῦντων ἀγαθῶν τῷ παιδὶ μὴ μεταδῷ. ἔνθεν ὁ γεωργὸς αἰτιᾶται τὸν θεὸν, ἔνθεν ὁ ναύτης, ἔνθεν οἱ τοὺς ἀδελφοὺς,

XXXVI.

Religionis erga Deum, præcipuum illud esse scito, rectas de eo opiniones habere; ut esse eum, & mundum bene & juste gubernare, persuasum habeas: tum vero ut pareas illi, cedas illi, & cuicunque te muneri destinarit, libenter amplectaris. Sic enim fiet, ut nec incuses unquam, vel tanquam neglectus, de eo conqueraris. Hoc autem præstare non aliter potes, quam si iis quæ in potestate nostra non sunt abjudicatis, in iis tantum quę penes nos sunt, boni & mali naturam collocaris. Nam si quid illorum, quæ penes nos non sunt, bonum aut malum credideris, aliter non poterit, quin cum iis frustratus fueris quæ cupiebas, & in ea quæ nolles incideris, providentiam Dei culpes, & ei maledicas. Sed nec illud potest, ut unquam ille lædatur, nisi qui quod verè nocet [vel, verè malum est:] ut bonum appetit; quod autem verè utile est, (vel bonum:) quasi damnosum & ærumnosum fugit, & quæ præsentia sunt & momentanea, eis, ut maximè

ἢ τέκνα

ἢ τέκνα ἀπολλύντες οἴονται ἀδικεῖσθαι.

jucundis adhæret. Hinc fit ut & patri filius, convitietur, cum quæ in bonis habentur, filio non impertierit: quod agricola & nauta Deum accusent: quod denique qui fratres aut natos amittunt, injuria se affici existimant.

λζ'.

Ibidem. Προσφορὰς προσφέρειν, καὶ 15 δεομένοις ἐπαρκεῖν, ἑκάστῳ προσηκεῖ καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, ἢ ἀμελῶς, μηδὲ γλισχρῶς, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

XXXVII.

PRæterea, ad Dei cultum pertinet, ut oblationes offeramus, & egenorum necessitatibus subveniamus, purè & nitidè: non negligenter, non sordidè, sed neque supra facultates.

λη'.

Προσευχόμενοι μὴ περὶ χρημάτων ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς αἰτώμεθα. μᾶλλον δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ αἰτώμεθα πάντοτε, ὅτι καὶ προγινώσκει ὧν χρήζομεν, καὶ κήδεται πάντοτε.

XXXVIII.

CUm Deum precamur, ne de re, pecuniis, aut omnino rebus ad externa quælibet pertinentibus precemur: sed id potius, & continuò, ut *fiat ejus voluntas*: qui quibus rebus indigeamus, jam multo ante novit, & nos semper curat.

λθ'.

XLI. Σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω σοι. δι' ὀλίγων δὲ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα. Εἰ δὲ καὶ τοσαύτη χρεία γένοιτο, ὥστε λαλεῖν, ὅρα μὴ περί τινος κοσμικοῦ, ἢ βρωμάτων, ἢ δόξης. μάλιστα δὲ πάντων οὐ λαλήσεις περὶ

XXXIX.

UT plurimum, silentium præsta: quæ autem necessaria, paucis dicantur. Quod si ita res postulet, ut loquendum tibi sit, vide ne de rebus mundanis, de cibis, aut dignitate, tua sit oratio. Sed ante omnia id cave, ne de aliis, aut vi-

ἀνθρώ-

15 Καὶ δεομένοις ἐπαρκεῖν.] Eleganter: & ita purissimi Scriptores: præter ea quæ jam aliis notata: Philostr. De vita Apoll. lib. 5. τοῖς μὲν δεομένοις ἐπαρκῶν. Sed inprimis Pindarus: φίλοις ἐξαρκέων.

ἀνθρώπων, ψέγων, ἢ συγκρίνων τινάς. Εἰ δὲ ἄλλοι τῶν τοιούτων ἄρξονται, καὶ οἷος ᾖς, μετάγαγε τὸν λόγον ἐπὶ τὸ προσῆκον. Εἰ δὲ ἀδυνατεῖς τοῦτο ποιεῖν, σιώπα.

Cap. LII.

tuperans, aut alium alii præferens. Alii autem si tales sermones aggrediuntur, quantum in te est, traduc eorum sermonem ad alia quæ magis eos deceant. Sin id supra tuas vires est, tu saltem fac sileas.

μ'.

XLIII. Γέλως μή σοι πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

XL.

Risus ne sit multus, nec ob multa, nec effusus.

μά.

XLV. Ἑστιάσεις τὰς ἐν οἰκίαις κοσμικῶν ἀπόκρυε. εἰ δέποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι ἡ προσοχὴ, μήποτε 16 ὑποσυρῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ ὅτι ἐὰν ἑταῖρος μεμολυσμένος ᾖ, καὶ τὸν συνανατριβόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη.

XLI.

Convivia in sæcularium domibus devita. Sed si quando tulerit occasio, animadversio intendatur, ne forte in vulgares mores prolabaris. Scito enim si alius pollutus fuerit, eum etiam qui familiariter cum ipso versatur, effugere non posse, quin & ipse polluatur.

μβ'.

XLVI. Τὰ περὶ τὸ σῶμα μέχρι τῆς χρείας ψιλῆς παραλάμβανε. Τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ὅλως περίγραφε.

XLII.

Quæ ad corpus pertinent, ad usus necessarios adhibe. Quicquid autem ad ostentationem aut delicias, repudiato.

μγ'.

XLVII. Ἐγκράτειαν τῶν σωματικῶν εἰς δύναμιν ἀσκη-

XLIII.

Quæ ad voluptates corporeas attinent, in iis con-

16 Ὑποσυρῇς εἰς ἰδιοτισμόν] Epict. ὑπορρυῇς. verbo signatissimo: sed cui non cedit quod hic habemus. Est enim ὑποσύρειν hic, *sensim trahere*, ut minimè percipias; & incauto obrepere: quem vocis usum ex Gregor. notavit olim Græcarum literarum decus illud immortale, Budæus; subscribente suppari Stephano, in incomparabili *Thesauro*: nisi quod λύχνον ibi, pro λίχνον, sphalmate typographico.

τέον, ἐ παντὶ φθέγμ ζῷ ἀς αὐτῷ σωτελοῦλα μεταδιώκειν ὀφείλεις. μὴ μβόῃ ἐπαχθὴς γένυ τοῖς ἄλλοις, μηδὲ ἀλεξιλικὸς, μηδὲ πολλαχοῦ, ὅλε αὐτὸς ἄκρως σωφρονεῖς, ωθφέρε.

μδ'.

XLVIII. Ἐ'ὰν ζις σε λοιδορῶν κακῶς λέγῃ, μὴ πειρῶ τοῖς ἀπαγγέλλουσί σοι ἀπολογεῖθαι, ἢ μόνον, ὅτι ἀιόμεν ἐκεῖν ἔργον ποιεῖν, κακῶς μὲ λέγῃ, ἐ σὸκ ἔχω ἐξουσίαν. ἄλλον κωλύειν ἔ ωφοέθετ ποιεῖν ἔργου, ὅπω ἐμαυτὸν δωσαθεὶς κωλύσω παθῶν. καὶ ὅπ, εἰ μὴ ἢμὶν ἄξιον τὸ τοιαῦτα ἀκοῦσαι, σὸκ ἂν ἦκουον. μάλιτε ἐὰν αἰσθεθῇς ὅπ τῶν λεχθέντων ωθέ ζου ἔπεξέρχ π.

μέ.

XLIX. Ἐ'ν πᾶς ἀγορᾶς, ἢ ἐν τοῖς δημοσίοις τόποις ἐπιπολὺ παρείναι, σὸκ ἀναγκαῖον. Εἰ δέ ποτε καιρὸς καλέσει, μηδενὶ ἄλλῳ φαίνε σπεδάζων, εἰ μὴ σεαυτῷ, τυτέςι, θέλε γίνεθαι μόνα τὰ γινόμενα, ὅια ἂν ὦσι· βοᾶς ἢ καὶ ἐπιγελᾶν τινὶ, ἢ πολὺ συσκινεῖθαι, ἢ ἀγαναχτεῖν ωθὲ

tinentiam, quantum potes, exerce, & quæ ad eam tuendam conducunt, totis viribus perſequere. Ne tamen aliis ideo moleſtus ſis, vel vitio verte; vel quod ipſe perfectè contineas, identidem ſubinfer.

XLIV.

SI quis per convitium malè de te loquitur, ne contende iis qui tibi renuntiant, purgare te: ſed hoc tantum, ſi quicquam, reſponde: Nempe, quod ille ſibi faciendum credidit; maſè de me loquitur: ego verò quis ſum, qui alium ab opere quod ſibi proponit perſequendo impediam, qui proprias animi mei perturbationes prævenire nondum valeo? Et præterea, niſi dignus ego, qui iſta audirem: non ita contigiſſet: præcipuè, ſi tibi conſcius es, aliquid te, quod affine ſit iis, quæ tibi objecta ſunt, commiſiſſe.

XLV.

FOra & quævis alia publica loca, frequentare te, nihil neceſſe eſt. Sed ſi quando tempus tulerit, nulli te, niſi tibi ipſi ſtudere appareat: hoc eſt, ea duntaxat fieri velis, quæ fiunt, qualiacunque ſunt. Clamore autem, aut arriſione, aut corporis motu crebriore, approbationem tuam teſtari, aut indignari ob ea quæ fiunt, penitus abſtineto. Ac

τῶν

τῶν γινομένων, παντελῶς ἀπέχου. Καὶ μετὰ ἀπαλλαγὴν, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γεγενημένων διαλέγου, μηδὲ ἃ ἴδῃς, φιλονείκει ἐξηγεῖσθαι. μάλιστα, ὅσα μὴ λυσιτελεῖ πρὸς τὴν σὴν πολιτείαν. Εἰ γὰρ περὶ τούτων πολλάκις εἴπῃς, ἐμφαίνεις ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν ὧν ἔφυγες.

post discessum, ne multus de iis quæ acta sunt, tibi sit sermo: neque affecta quæ videris, aliis narrare, præcipuè quæ ad institutam vitæ rationem, quam profiteris, nihil utilitatis afferunt. Sæpius enim de iis loquendo, manifestum erit te admiratum esse, quæ invitus spectasse volebas videri.

μϛ'.

L. Εἰς οἰκίας τινῶν μὴ ἧκε, μηδὲ ῥᾳδίως πάριθι· παριὼν δὲ τὸ σεμνὸν καὶ εὐσταθὲς καὶ ἀνεπαχθὲς φύλαξαι.

XLVI.

Ad quorundam [qui ostentando ingenio scilicet id agunt, non ut prosint] publicas recitationes, ne veni, neque facile accede. Si tamen accesseris, gravitatem & constantiam tuere: & id unà cave, ne cui sis molestus.

μζ'.

LII. Ὅταν φοιτᾷν ἀνάγκη πρός τινα τῶν λαμπρῶν τοῦ κόσμου, λόγισαι, ὅτι οὐκ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον· ὅτι οὐ μηνυθήσῃ· καὶ ὅτι ἀκούσεις, τί θέλει ὁ περιττὸς οὗτος; ὅτι ἀποσκώψουσιν εἰς σε οἱ παῖδες· ὅτι ἐρεῖ σοι ἐκεῖνος, ὅτι ὑπερβαίνει σε ὃ αἰτεῖς. καὶ μηδέποτε εἴπῃς ἐν σεαυτῷ, ὅτι ταῦτά σοι οὐ ποιήσουσιν· ἢ ὅτι αἰδεσθήσονται τὸ ἐπάγγελμα. Ἐὰν γὰρ οὕτω συντύχῃς, καὶ τύχῃ ταῦτα γενέσθαι, ἀταράχως ὑποδέξῃ τὰ γινόμενα, ἅτε μεμελετηκὼς αὐτά· ἐάν τε μηδὲν τού-

XLVII.

Cum necessitas aliqua te cogit quempiam adire de mundi magnatibus, proponito tibi fore ut domi eum non invenias: ut non illi renuntieris: ut tibi dicatur, Quid sibi vult præclarus ille vir? ut famuli irrideant: ut ipse denique tibi dicat: supra te est quod requiris. Nunquam autem tibi veniat in mentem, non ista te passurum, sed professionem tuam revertituros eos. Si enim ita tibi contingat, & ista verè evenient, imperturbatus ea feres, ut quæ tibi prius meditata & prævisa fuerint. Si

των συμβῇ, εὐχαριστήσεις τῷ θεῷ λέγων, ἐγὼ μελέτημα ἂν ἤμην ἀξιος ὑποσῆναι· ἢ ἐμοῦ θεοῦ φιλανθρωπία ἀπεῖχέ μου, καὶ οὐδὲν τούτων εἴασε γενέσθαι.

nihil autem contingat tale; Deo gratias ages & dices: Ego quidem quæ merebar pati, meditatus ante fueram: ſed Dei bonitas adfuit mihi, & non permiſit.

μη'.

LIII. Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέχου τὸ σεαυτοῦ ἔργον, ἢ ἀρετῶν ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι· ἃ γὰρ ὤσπερ σοὶ ἡδύ ἐστι σοὶ λέγειν, ὅτῳ LIV. καὶ τοῖς ἄλλοις τούτων ἀκούσασθαι. ἐπισφαλὲς δὲ τὸ εἰς 17 εὐτραπελειλογίαν ἐμπεσεῖν· πάντως γὰρ τὴν πρός σε αἰδῶ καὶ πλησίον οἰκειοῖ, καὶ φαυλοκοιλίᾳ *διαλογεῖν· ἐξ ὧν καὶ * ἀκαιρολογία πίπτεται. ὅταν οὖν τι τοιοῦτον, ἐὰν μὲν οἷός τε ᾖς, καὶ ἐπίπληξον· εἰ δὲ μὴ δύνῃ, τῷ ἀποσιωπᾶν καὶ ἐρυθριᾶν, δῆλον γίνε δυσχεραίνων τοῖς τοιούτοις.

XLVIII.

IN familiaribus congreſſibus, abſit factorum tuorum aut virtutum, frequens & immodica commemoratio. Nec enim ut tibi jucundum eſt tua narrare, ita & aliis eadem audire. Periculoſum autem eſt ad jocos & facetias delabi: & tui obſervantiam apud vicinos minuere, vel maximè idoneum: ſed & ad *ſtultiloquium* viam munit; ex quibus & *turpiloquium* etiam naſcitur. Cum autem tale quid in aliis deprehendis: ſi tibi fas eſt, objurgatione deterrito: ſi id non potes, ſaltem ſilentio ſimul & pudore tuo omnibus liqueat, offendi te iſtiuſmodi ſermonibus.

* γρ. μωρολ.

17 Εὐτραπελιλογίαν.] Ita rectum puto, quod quis fortaſſe malit ut magis uſitatum, εὐτραπελίαν. Sed ratio verbi non obſcura. Propriè enim εὐτραπελία ad mores pertinet, facile mutabiles, & verſatiles: quales debent eſſe illorum, qui mimicam exercent, & hiſtrionicam. Inde ad verba tranſlatum; ut εὐτραπελία, pro εὐτραπελιλογία diceretur.

* γρ. αἰσχρολ.

μθ'.

LVI. Ὅταν φαντασία ἡδονῆς σε πειράσῃ, μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὃν τε συγκαταθήσῃ τῇ δοκού-

XLIX.

SI voluptatis alicujus imago animo tuo obſervans te irritat, memento utriuſque temporis, & e-

σῃ

σῃ ἡδονῇ, καὶ καθ' ὃν πράξας, ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσῃ· τούτοις τε ἀντίθες, οὕπως περιγενόμενος χαίρῃς καὶ ὅτι ἄμεινον συνειδέναι ἑαυτῷ νικήσαντι, καὶ καθαρῶς εὐχομένῳ· μὴ σε ἡττήσῃ τὸ προσηνὲς αὐτῆς, καὶ ἐπαγωγόν. βέλτιον γὰρ τούτου καὶ ἡδύτερον, τὸ συνειδέναι ἑαυτῷ ταύτην νενικηκότι τὴν νίκην.

jus, quo voluptati, victus succumbes; & quo postea pœnitebit te, & ipse tibi convitians, exprobrabis. Ad hæc, oppone; si eluctatus fueris gavisurum te; & quanto præstet victæ voluptatis conscientia, & pura ad Deum oratio. Ne te vincant autem pellacia voluptatis, & illecrebræ: multò enim præstantior & suavior victoriæ tam bellæ conscia sibi mens, & memoria.

ν'.

LVII. Ὅταν ποιῇς τι διαγνοὺς ὅτι σου συμβάλλεται τῇ πολιτείᾳ, οἱ δὲ ἄλλοι ἄλλως περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνουσιν, ὅρα μὴ φύγῃς αὐτὸ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ὑπόληψιν. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεύγε. εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φόβῃ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

L.

QUando aliquem aggrederis, certus id ad institutum vitæ tuæ conducere, alii autem aliter judicant, cave ne aliorum judicium reveritus incepti desinas. Si enim malo consilio usus id aggrediaris, opus ipsum fuge: si bono, quid illos non bene reprehendentes moraris?

νά.

LVIII. Ὅταν συνεσθίεις τινὶ, μὴ τι παραβάλῃ ἐκεῖνος ἐδώδιμον λογίζου, ἀλλά τι ποιήσας ἀνεπαχθὴς αὐτῷ γενήσῃ, μᾶλλον αἰδήμων.

LI.

CUm conviva alicujus es, ne quid ille tibi edendum apponat cogita; sed quo pacto non illi gravis, & tanto verecundior appareas.

νβ'.

LIX. Ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς ἐπάγγελμα, καὶ ἐν αὐτῷ ἀσχημονήσεις, καὶ

LII.

SI quam professionem, quæ vires tuas superat, in te susceperis, tum ea simul indecorè defungeris; tum illam quam

οὗ ἠδύνασο ἐκπληροῦν ἐκπέσεις.

numeris omnibus implere poteras, elabi tibi passus es.

νγ'.

LX. Καθάπερ ἐν τῷ περιπατεῖν προσέχεις μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸν πόδα· οὕτω πρόσεχε μὴ βλάψῃς τὸν σεαυτοῦ νοῦν. καὶ οὕτως ἐφ' ἑκάστῳ ἔργῳ παραφυλάττων, ἀσφαλέστερον ἅψῃ ἑκάστου.

LIII.

Quemadmodum inter ambulandum, ne clavum calces, aut pedem distorqueas, caves: sic in degenda vita cave, ne mentem in qua inest dominium rationis, impingens, lædas. Quod si in re unaquaque observaveris, omnia cautius aggredieris.

νδ'.

LXI. Μέτρον κτήσεως ἑκάστῳ, τὸ σῶμα· ὡς ὁ πούς, τῷ ὑποδήματι. ἐὰν μὲν ἐπὶ τοῦτο στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον. ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ἀνάγκη κατὰ κρημνοῦ φέρεσθαι· καθάπερ δὲ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος ὁ τὴν χρείαν ὑπερβαίνων, ποιεῖ κέντητον, εἶτα φοινικοῦν, εἶτα διάχρυσον, πολλοὶ δὲ καὶ λιθοκόλλητον, οὐ * τῶν ὀρέξεων· τοῦ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος οὐδείς.

* γρ. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὁρ.

LIV.

Necessariarum ad usum vitæ rerum modus cuique corpus est, ut pes calcei modulus. Si hic constiteris, modum servabis: sin præterieris, jam veluti per præceps ferri te necesse est. Ut autem in calceo: si quis ultra usum progressus fuerit, primo variegatum, postea purpureum: tandem auratum: sunt etiam qui gemmis internitentem gestent: sic in cupiditatibus. Ejus enim, quod modum semel supergressum fuerit, nullus terminus.

νέ.

LXII. Ἀφυΐας σημεῖον, ἐν διατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα· ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἢ πίνειν, ἢ καθεύδειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιη-

LV.

Animi [degeneris, &] à natura malè informati, signum est, rebus corporis immorari: ut, diu exerceri: diu edere, vel bibere: vel dormire. Nam hæc quidem facienda sunt obiter: cura au-

τέον.

τέον. περὶ δὲ τὸν νοῦν ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.

νϛ'.

LXIV. Ὅταν τις κακῶς δοκῇ σοι ποιεῖν, ἢ κακῶς λέγειν, ἐνθυμοῦ, οἰόμενος λυπιτελεῖν αὐτῷ τοῦτο ποιεῖ· εἰ δέ σοι οὐ λυσιτελεῖ, καί τις ἀναγκάσει τινα, τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον ἀφέντα, τὸ ἄλλου ποιεῖν; ὥστε οὐκ ἦν ἐπί σοι τὸ κωλύσαι αὐτόν. τῶν δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, μηδ' ἐρέγεσθαι παρηγγέλμεθα. ἄλλωστε εἰ μὲν ψεύδεται, αὐτὸς βέβλαπται καὶ ἐξηπάτηται, τὸ ψεῦδος ἀληθὲς νομίσας. ὥσπερ οὖν εἰ μακρὸν σε ἔλεγε κονδὸν ὄντα, ἢ τὸ ἔμπαλιν, οὐκ ἂν ἠγανάκτεις, ἢ ἔχαιρες, διὰ τὸ μὴ τοῖς ἐκείνου ῥήμασιν ἕπεσθαι ἡμῶν τὸ σῶμα· μᾶλλον δὲ καὶ ἐγέλασας ἂν ὡς παράβλωπα τὸν τοιοῦτον· οὕτως ἀόργητος διάμενε· ἐλέει δὲ αὐτὸν τῆς πλάνης. Εἰ δὲ ἀληθῆ λέγει, διόρθωσαι, ἵνα μὴ ἔχῃ τι λέγειν. οὕτω πρὸς πάντας τοὺς λοιδοροῦντας γίνου, ἐπιφθεγγόμενος, ὡς πολλάκις εἴρηται, ὅτι ἐκείνῳ μὲν ἔδοξε ταῦτα λέγειν· ἐγὼ δὲ

tem omnis ad animum transferenda est.

LVI.

Quandocunque putat aliquis nocere se tibi, vel dictis, vel factis; cogita tu, ideo illum facere, quia expedire id sibi censet: At idem tibi si non expedit, quis tamen cogat alium, eo omisso, quod sibi putat expedire, id curare quod tibi prosit? Non igitur erat in te, illum prohibere: quæ autem in potestate nostra non sunt, ea non apparere, aut persequi, professio nostra est. Præterea, si falsus est, (qui tali de te opinione concepta, tibi malè dixit aut fecit:) ipse læsus est, qui deceptus est, dum falsum pro vero amplectitur. Quemadmodum igitur, si cum pusillus esses corpore, diceret te *procerum*: aut contra: non indignareris: sed neque gauderes, ut qui ab ejus verbis non pendere corporis tui staturam videres: sed illum potius, ut strabum rideres: ita hic quoque abstine ab ira omni, sed ejus potius errorem miserere. Sin autem verum dicat, tu id age, ut te ipsum emendando, desit illi quod in te reprehendat. Denique erga omnes qui tibi maledicunt, ita (ut jam sæpius monuimus) affectus esto, ut statim tibi veniat in mentem: Ita quidem illi visum

Cap. LXV.

οὐ καστεστάθην εἰς τὸ κωλύσαι τὸν βουλόμενον λέγειν ἃ θέλει. ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἀδικῇ, ἢ γείτων, μὴ λογίζου ὅτι παρ' οὗ * ἥκει πα ἐχρῆν, ἠδίκημαι, ὡς ἐνόμισεν. ἢ ὅτι τούτῳ οὐκ ἐχρῆν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεραγανακτεῖν ἐμοῦ. οὕτω γὰρ θρέψεις τὴν ὀργὴν, καὶ ἕξιν σεαυτῷ ποιήσεις δυσφόρητον· μᾶλλον δὲ ὅτι ἀδελφὸς, καὶ χρεωστῶ αὐτοῦ ἀνέχεσθαι. ὅτι γείτων, κἀγὼ αὐτοῦ ὀφείλω φέρειν τὴν ἄγνοιαν, καὶ ὅτι ἡ νομιζομένη ἀδικία περὶ τὰ ἐκτὸς. τῆς γὰρ προαιρέσεώς μου, οὐδεὶς κύριος, καὶ οὕτω ῥᾷον ἕξεις.

est, ista, in me dicere: mei autem non est muneris impedire, quo minus ipse quod vult, non liceat illi loqui. Quod si frater, aut vicinus is est, qui tibi injuriam facit: noli tecum reputare, ab eo quem minimè decebat, tibi factam (ut ille quidem credidit:) hanc injuriam: imò ab illo, quem pro te adversus alios commoveri potius æquum erat: sic enim fomentum iræ parabis, & evades tum aliis, tum tibi in vita quotidiana, non tolerabilis: Sed ita potius cogita; Quia frater est, injurias ejus ferre debeo: quia vicinus, quod per ignorantiam [veri boni] commisit, id me patienter ferre, ratio suadet. Præterea, injuriam illam, quæ facta creditur, in rebus externis versari. Voluntatem autem tuam [qua sola censeris] nullius imperio, ac proinde nec injuriæ obnoxiam esse. Ita commodius habebis, [vel facile feres.]

* γρ. ἥκιστα.

νζ'.

LXVI.

Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσύντακτοι. Ἐγὼ σου πλουσιώτερος· ἐγὼ σου ἄρα κρείττων. Ἐγὼ σου λογιώτερος. * * * οὗτοι δὲ μᾶλλον ἀληθεῖς καὶ συνεκτικοί. ἡ ἐμὴ κτῆσις τῆς σῆς κρείττων * σοῦ δὲ οὐδὲ κτῆσις † ἐστὶν οὐδὲ λέξις· γί-

LVII.

ORationes hæ non cohærent: Ego sum te locupletior, ergo sum melior. [vel præstantior.] Ego sum te eloquentior, ergo melior. At illæ magis veræ & cohærentes: [Ego te ditior.] Mea ergo pecunia tua præstat. [Eloquentior, &c.] Tu verò nec pecunia es, nec

νωσκε

νωσκε οὖν ὅτι οὐκ ἐπὶ σεαυτῷ ἐπαίρῃ, ἀλλ' ἐφ' ἄλλῳ.

fermo. Noris igitur te cum sic gloriaris, non in te verè glotiari, sed in alieno.

* γρ. σὺ. † γρ. εἶ.

νη'.

Τοῦ σκώπτειν εἴργε σεαυτόν. καὶ μάλιστα μὲν σιώπα τὰ ἀλλότρια σεαυτῷ δὲ μόνῳ πρόσεχε. εἰ δὲ λαλῇς, λάλει ἀληθῆ, καὶ ἃ βλέπεις, καὶ μὴ ἃ στοχάζῃ.

LVIII.

AB omni cavillatione abstineto. De rebus externis, quantum potes, sile, tibi intentus uni. Si tamen interdum ita res feret, ut loquendum tibi sit; quæ vera sunt loquere, & quæ comperta habes, non ea quæ conjicis.

νθ'.

LXVII. Ἔπιέ τις πολὺν οἶνον; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς· ἀλλ' ὅτι **** ἐλούσατο. ἔφαγέ τις πρὸ ἕτερος; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς· ἀλλ' ὅτι ἔφαγεν. Εἰκὸς γὰρ σε μὲν στοχάζεσθαι κακῶς· ἐκεῖνον δὲ * ὅτι καλῶς αὐτῷ περιπεποιηκέναι, ἢ νόσου βιασαμένης, ἢ ἀδελφῶν ἀναγκασάντων, ἢ ἄλλων εὐλόγων αἰτιῶν, αἵ σοι μὲν οὐ γινώσκονται· ἐκείνῳ δὲ 18 κατὰ νοῦν ἐχώρησαν.

LIX.

BIbit quispiam multum vini? ne dicas bibisse *male*, [vel nimiæ potu peccasse:] sed [multum.] Lavat quispiam cito, &c. Edit quis alius [vel, socius:] manè? ne dicas *malè* illum edisse, [vel, malè ab illo factum, quod ederit:] sed edisse [manè.] Potest enim, ut tu malè conjicias: illum autem vel morbo cogente, vel fratribus, vel aliis sonticis causis urgentibus, quod ipsi expediebat fecisse: quæ causæ, tibi quidem fortasse ignotæ fuerunt; illi autem] cui notæ] res pro voto bene & rite cesserit,

* ισ. ὅτι κάλον: vel ὅτι κάλ. ἀ. πετ.

18 Κατὰ νοῦν.] Sententiæ ratio postulat, ut ad ambiguam τοῦ κατὰ νοῦν notionem allusum sit. Parum enim honesta oratio, quenquam ani-

animo ſuo obſecutum eſſe, niſi, quod *animus* ſuadebat, idem & *rationi* conſentaneum fuerit. Vide (ſi vacat) quæ nos in Antoninum lib. 6. p. 79. in iſta Antonini: (ἔχε σοι πάντα κατὰ νοῦν·) de hac locutione notavimus. Non igitur (vel hinc diſcamus) hoſpes in vetere & meliore philoſophia, qui primus iſta concinnavit: quamvis poſteriorum monachorum ignorantiæ veſtigia nonnulla deprehendere fortaſſe poſſimus. Plato in Timæo venuſtiſſime: Ἐπὶ ὃ χρὴ νῦν τὸ ξυμπεσὸν πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγχείτω. Hinc poſteriores alii, mi ſallor.

ξ'.

LXVIII. Μηδαμοῦ σεαυτὸν ἡσυχαστὴν εἴπῃς, μηδὲ λαλῇ σου ἰδιώταις περὶ δογμάτων. σὺ ἐσιάσῃ μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλ' ἔσθιε ὡς δεῖ τύπον χρώμενον ἅπασι· ‡ τοῦτο γὰρ ἀπόστολον ἐνδείκνυται λέγων, τύπον γίνου τοῖς πιστοῖς.

‡ 1 Tim. 4. 12.

LX.

NUllibi *Heſychaſtem* (vel *anachoretam:*) te profitere; neque inter ſæculares de dogmatibus tuis [quibus inſtitutæ vitæ ratio nititur:] loquere. In convivio, ne diſſere quomodo ſit edendum, ſed ede ut te decet. Ita enim & Apoſtolus exhortatur, ubi dicit: *Exemplum eſto fidelium.*

ξα'.

LXIX. Τὸ πολὺ περὶ δογμάτων σὺ ἰδιώτεις μὴ λαλῇ. ἐὰν δὲ ἐμποίπτει λόγος, τὸ ἐπιδεικτικὸν ἔκκοπτε, καὶ σιώπα. μέγας γὰρ κίνδυνος δογματίσαι περὶ ὧν * ἢ ὄντως κατάληψις δυσχερὴς τοῖς πολλοῖς, ἢ ἄγνοια. καὶ ὅταν εἴπῃ σοί τις ὅτι οὐδὲν οἶδας, ἢ μὴ δηχθῇς ἐπὶ τούτῳ, τότε γνῶθι, ὅτι ἤρξω τοῦ ἔργου.

* ισ. ἢ ὄντως.

LXI.

INter *idiotas* [ſive ſæculares] de dogmatibus tuis ut plurimum ſileto. Quod ſi occaſio incidat, tu tamen oſtentandi te occaſionem vita, & tace. Magnum enim periculum eſt, diſputando de iis rebus aſſerere, quarum comprehenſio de vulgo hominibus difficilis eſt, & inſolens Quod ſi quis dixerit te nihil ſcire, tuque commotus non fueris, ſcitò te jam opus [fæliciter] exorſum eſſe.

ξβ'.

LXX. Ἐ'υτελῶς φορῶν, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ. μηδὲ ἐὰν ὑδροποτῇς, περιέρχου ζητῶν ἀφορμὴν τοῦ λέγειν, ὅτι ὑδροποτεῖς· ἄσκει δὲ σεαυτῷ μόνῳ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, ἵνα καὶ ἡ ὠφέλειά (ου μόνου γένη).

LXII.

VIliter vestitus, ne ideo gloriare, & si aquam bibis, ne obambula, occasionem quærens alicui dicendi, te aquam bibere. Temperantiæ quam exerces, conscius ipse tibi sis soli, aliis nesciis: ut & merces ad te solida redeat.

ξγ'.

ΜΗ' κατάξηρον ἐπιδείκνυέ (ου τὸ στόμα, μηδ' ἄσθμαινε συνεχῶς, τεκμήρια τοῖς πέλας τῆς σῆς ἀσκήσεως παρέχων, καὶ ἀναγκάζων ἐρωτᾶν, πόθεν οὕτως ἀσθμαίνεις, καὶ ξηρὸς εἶ;

LXIII.

NE ostenta os aridum: ne assiduè anhela: quæ vicino tuo, vel alii cuicunque obvio, abstinentiæ tuæ sint indicia; quibus ille provocatus quodammodo cogatur interrogare: Quid tu sic anhelas, & aridus es?

ξδ'.

LXXI. Ἀ'παιδεύτου χαρακτὴρ, μηδέποτε ὠφέλειαν, ἢ βλαβὴν προσδοκᾶν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω· θεοφίλου ἀνδρὸς χαρακτὴρ, πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλαβὴν ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾶν.

LXIV.

INdocti [seu veræ philosophiæ rudis] character & nota certa, nunquam à se ipso damnum expectare, vel utilitatem, sed à rebus externis. Verè pii & religiosi character & nota, omnem utilitatem & damnum à semet ipso expectare.

ξέ.

LXXII. ΣΗμεῖα προκόπτοντος, οὐδένα ψέγει· οὐδένα μέμφεται· οὐδενὶ ἐγκαλεῖ· οὐδὲν περὶ αὐτοῦ λέγει, ὡς

LXV.

SIgna proficientis; neminem vituperare: neminem culpare: neminem accusare: nihil de seipso quasi a-

ὄντος

ὄντος τι, εἰδότος τι· ὅταν ἐμποδισθῇ, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ. κἂν τις αὐτὸν ἐπαινέσῃ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος παρ' ἑαυτῷ ὡς πλανηθέντος, καὶ ταλανίζει ἑαυτὸν ὡς ἀπατήσαντα τοὺς ἐκτός. καὶ εἰς ψευδολογίας ἐμβάλλοντα. κἂν ψέγῃ τις, οὐκ ἀπολογεῖται. περιέρχεται δὲ ὥσπερ οἱ ἄῤῥωστοι, εὐλαβούμενός τι κινῆσαι. πᾶσαν ὄρεξιν ἦρεν ἀφ' ἑαυτοῦ. ὁρμῇ ἀνιεμένῃ πρὸς πάντα χρῆται· ἂν ἠλίθιος, ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, οὐ πεφρόντικεν. ἑνὶ δὲ λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάττει.

liquis sit, aut aliquid sciat, prædicare. Si in aliquo impeditus fuerit, aut prohibitus, se accusat ipsum. Si ab aliquo laudatus, secum ipse ridet laudatorem, ut deceptum, & miserum se reputat, qui alios deceperit, & falsa de se prædicandi ipsis in causa fuerit. Si reprehenditur, non defendit se: & ut qui recenter [ex morbo] convaluerunt; sic ille [omnia circumspiciens & metuens] ne impingat, obambulat. Omnem cupiditatem à se removit; aversationem ad ea sola, quæ naturæ eorum quæ sunt in nostra potestate repugnant, transtulit. Appetitione ad omnia remissa utitur. Si stolidus, si indoctus habeatur, perinde habet. Denique ut inimicum & hostem se ipsum observat

ξϛ'.

LXXIII Μὴ ὀρέγου ἐξηγεῖσθαι τὰς γραφάς· μάλιστα μὴ ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν παρειλεφώς. ἀλλ' ἄρκου τῷ τὰ ἀπ' * αὐτῶν, καὶ παραχώρει τὸν λόγον τοῖς εἰδόσιν. Εἰ δὲ τοῦ μὲν ποιεῖν καταφρονήσεις, ἐπὶ δὲ τὸ ἐξηγεῖσθαι μόνον σχολάσεις, οὐδὲν ἕτερον ἢ γραμματικὸς ἀντὶ ἡσυχαστοῦ γέγονας· ἐν τούτῳ μόνον διαλλάττων, ὅτι τὰς γραφὰς ἀντὶ Ὁμήρου ἐξηγῇ.

LXVI.

NE affectato *Scripturas* interpretari: præcipuè, nondum satis illarum intelligens: sed aliis te peritioribus interpretandi munus concedens, tibi sufficiat, te documentis ex *Scriptura* promptis obtemperare. Si verò obtemperare, & ad usum convertere negligis; interpretationi autem totus incumbis, ex *Hesychaste*, merus *Grammaticus* factus es: hoc tantum discrimine, quod *Homeri* loco, *Scripturas* interpretaris.

* Sc. τὰ ἀπ' α. ποιεῖν, κ.

ξζ'.

Ibidem. Ἐνθυμοῦ ὁποία αἰσχύνη, ὅταν τις ἀναγινώσκων τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐξηγούμενος αὐτὸ καλῶς, ἀσύμφωνα παράσχει τὰ ἑαυτοῦ ἔργα.

LXVII.

Quam turpe sit, cum quis *Euangelium* legit, & præclaré interpretatur, sed facta minime consentanea edit; cogita.

ξη'.

LXXIV. 19 Ὅσα ὀρθῶς προτίθεσαι, τούτοις ὡς νόμοις ἐπίμενε· ὡς παρανομῶν ἑαυτῷ 20 ὃ ἀφῇς. τί δὲ λέγουσιν οἱ πολλοὶ περὶ σου, μὴ φροντίσῃς. οὐ γὰρ ἐπί σοι ἐστὶ κωλύσαι αὐτοὺς ψέγοντας τὰ καλὰ, ἢ τὰ φαῦλα ἐπαινοῦντας.

LXVIII.

Quæ bene semel expensa, & dictante ratione tibi proposuisti; in eorum tanquam legum observatione constans esto, & si quid omittas, leges te tuas violare reputa. Quid autem vulgus de te loquatur, ne sollicitus sis. Nam quo minus illi quæ bona sunt vituperent; & quæ prava, laudent, in te non est situm.

19 Ὅσα ὀρθῶς προτίθεσαι.] Epict. προτίθεται· nec dubium quin ad similem *Aureorum* Pythagoræ (ut vocant) *carminum* conclusionem allusum sit. Sed nec male, sic; ut hic legimus: si ad omnia quæ nobis semel decreta & probata, referamus. Virtutum enim maxima prope dixerim *constantia*: & tolerabiliora sæpe prava, (ita memini legere) quam levia ingenia. Sed nec Simplicii expositio ab hoc sensu aliena.

20 Ὃ ἀφῇς.] Acrior longe sententia, & ad Enchiridii scripturam aptior, si legamus, ὃ σέβεις.

ξθ'.

LXXV. Εἰς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβάλλῃ ἀρέσαι θεῷ; ποίαν ἡλικίαν προσδοκᾷς; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλ' ἀνὴρ ἤδη τέλειος. ἐὰν καὶ νῦν ἀμελέσῃς, καὶ ἀεὶ προθεσμίαν ἐκ προθεσμιῶν διδῷς σεαυτῷ, καὶ ἡμέραν ἐξ ἡμερῶν ὁρίζεις, ἐν αἷς

LXIX.

Quousque tandem differes Deo placere? Quod tandem ætatis tempus expectas? Non jam puer es, sed matura vir ætate. Itaque si porro negliges, & de die in diem certum tempus, aliud ex alio, quo Deo placere incipias, tibi propones; im-

μέλλεις

μέλλεις ἀρέσαι θεῷ, λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόπτοντα, 21 ἀλλὰ καὶ κλεπτόμενον, ἕως οὗ καὶ τὸ τέλος φθάσῃ. ἀξίωσον οὖν σεαυτὸν ἤδη ὡς τέλειον, πονῆσαι ἐν τῇ ἀσκήσει καὶ προσοχῇ· ὅτι ἐνταῦθά ἐστιν ὁ ἀγών, καὶ * ἢ πάρεστι, καὶ οὐκ ἐπιδέχεται ἀναβολήν. σκόπει δὲ, ὅτι ἔνδοσις † μιᾶς ἀρετῆς, ἢ ἐπίτασις, στεφανοῖ τὸν ἀγονιστήν, ἢ ἀστεφάνωτον παρέρχεται. οὕτως ὁ μακάριος ‡ Παῦλος ἀγωνισάμενος ἔλεγεν· Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, καὶ λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. Σὺ δὲ εἰ καὶ μὴ εἶ Παῦλος, ἀλλὰ οὕτως ἀγωνίζου, ὡς ὅμοιος αὐτῷ εἶναι βουλόμενος.

prudenti tibi proficiendi tempus elabetur, & prius mors occupabit, quam dolo rem geri intelliges. Tandem aliquando igitur, ut *asceta*, severiorem religionem, & tolerantiæ disciplinam professus, incipe laborare, & diligentiam adhibere, ut qui jam ad maturitatem perveneris. In hoc enim certamen versatur; & jam certandi tempus adest, quod delationem non admittit. Considera autem in hac unius [vel, in una] virtutis remissione vel intentione situm esse, vel ut coroneris, vel præterearis. Ita & beatus Apostolus postquam decertasset, de seipso prædicat: *Bonum certamen certavi*: &c. *In reliquo, reposita est mihi corona justitiæ.* Tu autem quamvis non sis *Paulus*; sic tamen certa, ut qui *Paulo* simillimus esse cupias.

21 Ἀλλὰ καὶ κλεπτόμενον.] Apposita Greg. Naz. verba, quæ profert ex illo (ed. Aldinæ in 80. elegantissimæ, p. 180.) doctissi. Stephanus: ἐὰν ἀεὶ τὸ σήμερον παρατρέχων, ἐπιτηρῆς τὸ εἰς αὔριον, ταῖς κατὰ μικρὸν ἀναβολαῖς ὑπὸ τοῦ Πονηροῦ κλεπτόμενος.

* γρ. ἤδη. † γρ. μία. ‡ 1 Tim. 4. 7.

ό.

LXXVIII Ἐπὶ πάσῃ περιστάσει καὶ παντὶ πειρασμῷ ἐπαγομένῳ ἡμῖν, πρόχειρον ἔχωμεν τὸ λέγειν, Ἄγε ἡμᾶς ὦ σῶτερ σὺ, καὶ σὺ ἅγιόν σου πνεῦμα, * ὅπου σὺ καὶ ὅπως φίλον σοι. ὡς ἑψώμεθά γε ἄοκνοι. Εἰ γὰρ μὴ θέλωμεν κακοὶ γενόμενοι, οὐ-

* ὁποσε, καὶ ὁ.

LXX.

IN omni majore quod nos circumstat periculo, & omni tentatione in quam inducimur, in promptu sit hæc ratio: Duc nos, ô Salvator, & Sanctus tuus Spiritus, quò, & modo quocunque tibi gratum. Enimverò sequemur impigri. Quod si præ metu recusaverimus, nihilominus tamen

δὲν

δὲν ἧττον ἐψώμεθα. ὥστις δὲ ἑκὼν εὐπειθῶς ἕπεται θεῷ, σοφὸς παρ' ἡμῖν καὶ προσφιλής. ὃ γὰρ τῷ θεῷ φίλον, τοῦτο ἡμῖν γενέσθαι εὐχόμεθα.

sequemur. Qui verò volens & morigerus Deum sequitur, is à nobis *sapiens* & *Deo Charus* habetur. Quod enim Deo gratum & amicum, nobis contingere [ita animati] precamur.

οα'.

LXXIX. Βιοῦντας γὰρ οὕτως ἡμᾶς, βλαβῆναι ὑπό τινος ἀδύνατον. κἂν γὰρ, ὡς νομίζουσι συσκευάζονταί τινες, κἂν ὑπερβῶσιν ὕβρεις, καὶ διώξεις, καὶ εἰς φόνους χωρήσουσι· φονεῦσαι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὐδαμῶς. ὡς γὰρ μὴ δυναμένων βλάψαι παρήγγειλεν ὁ κύριος, μὴ φοβεῖσθαι λέγων· ‡ Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων.

‡ Matth. 10. 28.

LXXI.

Sic enim viventes, à quoquam lædi nos impossibile est. Quamvis enim bonis, (ut quidem putant ipsi:) spolient: contumeliæ quamvis & persecutiones exuperent: imò & ad cædes procedant: *Occidere quidem possunt; non tamen omnino lædere.* Ideo, tanquam qui lædere non possint: adhortatur Dominus ne timeamus illos, his verbis: *Nolite timere eos qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere.*

FINIS.

EPICTETI STOICI ENCHIRIDION.

AB

ANGELO POLITIANO

è Græco verſum.

ANGELI POLITIANI IN EPICTETI.

Stoici Enchiridion è Græco à ſe interpretatum, ad Laurentium Medicem Epiſtola.

CÆnea Lapitham, eum qui Centauris pugnaverit, Laurenti Medices, adeo vulneribus inviolabilem, teliſque impervium fuiſſe ſcribit Pindarus, ut cum in eum Centauri ingentem quandam ſilvarum molem facto unanimiter impetu congeſſiſſent, recto (ut idem inquit) pede terram ſciderit. At vero Epictetus hic noſter, non à Vulcano, ut Achilles atque Æneas, ſed à natura ipſa ac ratione arma accepit. Quæ non modo ſe à telis & ferro, ſed à metu quoque & dolore, ceteriſque animi perturbationibus tutum inviolabilemque præſtiterint. Bellum quidem hic vir non cum Centauris, ut ille, ſed cum fortuna eumque opinione acerrimum geſſit. Quas ita ambas fudit atque fugavit, ut eas ex univerſa quoque hominum vita exterminaverit. Qui cum & ſervus eſſet, & claudus, & Homerico Iro pauperior, haud tamen dubitavit, diis ſeſe amicum notiſſimo apud Græcos diſticho aſſeverare. Legerat enim apud Platonem, in eo dialogo qui Alcibiades primus, aut de natura hominis in-

ſcribitur, cum proprie vereque hominem eſſe, cujus omnis in rationali animo ſubſtantia exiſteret. Quapropter quicquid extra hunc hominem foret, id ad ſe minime pertinere arbitratus eſt. Neque id verbis tantum, aut libris ſed vita quoque ipſa præ ſe tulit. Ita enim ſeſe ab externorum cura avocavit, ut Romæ ejus domus ne ianuam quidem ullam habuerit: quippe in qua, præter viliſſimum cubile, nihil omnino eßet. Hujus de vita ac moribus ingens volumen, quod tamen olim culpa temporum interiit, Arrianus vir clariſſimus conſcripſit; eque ejus libris quaſi florem quendam, qui hunc Platonicum, hoc eſt verum hominem in libertatem vendicaret, excerpſit, atque in volumen redegit: quem quia librum ad manum ſemper habere oporteat, Enchiridion, quo nomine militaris pugiunculus ſignificatur, inſcripſit. Sermo autem in eo omnino efficax eſt, atque energiæ plenus, & in quo mira ſit ad permovendum vis. Suos enim quivis affectus in eo agnoſcit; adque eos emendandos, ceu quodam aculeo excitatur. Omnia vero ordinem inter ſeſe mirum habent, omnibuſque veluti lineis (quamvis in plura id opus capita ſit diſtinctum) ad excitandum rationalem animum, quaſi ad ipſum centrum contendunt: ut is & ſuæ dignitatis curam habeat, & propriis actionibus ſecundum naturam utatur. Stilus autem, qualem res poſtularet, conciſus eſt, dilucidus, quique omnem reſpuat ornatum; Pythagoreorumque præceptis, quas illi diathecas vocant, quam ſimillimus. Hoc ego opus cum Latinum facere aggrederer, ut in-

dulti

dulti a te nobis hujus tam ſuavis ocii rationem aliquam redderem, in duo omnino mendoſiſſima exemplaria incidi, pluribuſque locis magna ex parte mutilata. Quapropter cum & cætera quæcunque uſquam exemplaria extarent, non diſſimilia his eſſe audirem; permiſi mihi, ut ſicubi aliqua capita aut deeſſent, aut dimidiata ſuperforent, ea ego de Simplicii verbis, qui id opus interpretatus eſt, maxima (quantum in me eſſet) fide ſupplerem. Quod ſi non modo fieri poterat) ad ſenſum certe ipſum purum ſincerumque Latinum a nobis redditum arbitror. Quod ne quempiam fortaſſe perturbet: quemadmodum Ariſtarchus Homeri verſus quos ipſe non probaret, ita nos ſingula ipſa capita, quæ noſtris quidem verbis explicentur, obelo, hoc eſt veru ingulavimus. Suffurare igitur, Laurenti, tuis occupationibus ociolum aliquod, ſi potes, quod libelli hujus lectioni impertias. Id enim diſciplinæ genus in eo eſt, quod, ſi recte perpendas, non cuiquam magis aliorum, quam ingentis fortunæ viris conveniat. Sed quod in toto hoc libello pluribus explicatur, id omne Epictetus duobus his verbis, quæ etiam frequentiſſime uſurpabat, compræhendere eſt ſolitus, ſuſtine & abſtine. Patriam hic vir Hierapolim Phrygiæ urbem habuit. Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari ſerviit, atque ad Marci uſque Antonini tempora pervenit. Domitiano autem imperante, ejus dominatu offenſus, Roma Hierapolim migravit: ratus verum eſſe, quod apud Tragicum, Patriam eſſe cujuſque, ubi quis recte ageret. Tanta vero apud omnes homines ejus vitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus

Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus ob ejus auctoritatem vaniſſe tradat. Nos ad te nunc non lucernam Epicteti, ſed ejus imaginem animi, quæ multo plus lucis habeat, Laurenti, mittimus. Nam cum univerſam tuæ pulcherrimæ bibliothecæ ſupellectilem, quam tute nobis utendam conceſſiſti, nuperrime ſcrutarer; hoc unum merito opuſculum, quaſi ex horto floſculum, quod tibi offerrem, delibavi. Hic enim unus eſt liber, niſi me opinio fallit, qui & naturæ iſti tuæ ad magna quædam ſemper, atque ardua excitatæ, & his tam duris temporibus, quibus te undique fortuna exercendum accepit, maximè omnium conveniat. Vale.

EPIC-

EPICTETI STOICI ENCHIRIDION.

AB

ANGELO POLITIANO

è Græco Verſum.

CAPUT I.

Quæ in nobis ſint, quæve non, qualiave quæque ſint.

EOrum quæ ſunt, partim in nobis eſt, partim non eſt. In nobis eſt opinio, conatus, appetitus, declinatio: & ut uno dicam verbo, quæcumque noſtra ſunt opera. Non ſunt in nobis, corpus, poſſeſſio, gloria, principatus: & uno verbo, quæcunque noſtra opera non ſunt. Quæ igitur in nobis ſunt, natura ſunt libera, nec quæ prohiberi impedirique poſſint. Quæ in nobis non ſunt, ea imbecilla, ſerva, & quæ prohiberi poſſunt atque aliena.

CAP. II.

Quid ex eorum quæ noſtra, quæque aliena ſint, ignoratione notitiaque eveniat

SI quæ natura ſunt libera, ſerva putabis, & aliena quæ ſunt, propria, impedieris, dolebis, turbaberis, incuſabis deos, atque homines. Si verò quod tuum eſt, id ſolum tuum eſſe putabis, & alienum quod revera eſt alienum, nemo te coget unquam, nemo prohibebit, neminem culpabis, neminem accuſabis, invitus nihil ages, nemo te lædet, inimicum non habebis.

CAP. III.

Quòd aliena omittenda, nostra curanda, quodque utraque assequi non est.

SI ERGO talia expetis, memento non oportere modicè commorum ea attingere, sed partim omnino dimittere, partim in præsentia rejicere, ac primo tui ipsius curam agere. Si autem & hæc ipsa velis, regnare scilicet, dives esse, & domesticos dirigere: fortasse neque hæc ipsa consequêris, quia priora quoque expetis. Illa verò nullo modo consequeris, quæ sola homini felicitatem pariunt.

CAP. IV.

Quo nos pacto in aspera quavis imaginatione gerere oporteat.

CONTINUO igitur in quavis aspera imaginatione disce considerare, imaginationem esse illam, neque id omnino esse quod videtur. Deinde scrutare id, & examina his regulis, quas habes. Primaque hac, & maximè, utrum circa ea sit quæ sunt in nobis, an quæ non sunt. Quòd si circa aliquod eorum sit quæ in nobis non sunt, promptum hoc esto, Nihil ad me.

CAP. V.

Quomodo tractanda sunt, quæ in nobis sunt.

MEMENTO appetitus promissionem esse, ut consequaris, quod appetis: declinationis autem promissionem, ut in id non incidas, quod declinas. Qui ergo appetitus promissione excidit, infortunatus est: qui autem in id quod declinat, incidit, malè est fortunatus. Si ergo sola declines, quæ præter eorum naturam sunt, quæ in te sunt, nunquàm in id incides, quod declinabis. Morbum autem si declines, aut mortem, aut paupertatem, malè fortunatus eris. Aufer igitur declinationem ab omnibus quæ non sunt in nobis, eamque transfer in ea quæ præter eorum naturam sunt quæ in nobis sunt Appetitum verò penitus in præsentia aufer. Si enim appetis, quæ in nobis non sunt, ab aliquo eorum excidas necesse est; quantum verò eorum quæ sunt in nobis appetere expediat hondum tibi constat. Solo animi conatu aut avocatione utere leviter, & cum supputatione, & remisse.

CAP.

CAP. VI.

Quomodo tractanda quæ in nobis non ſunt.

IN uno quoque eorum quæ aut delectant, aut utilitatem præbent, aut diliguntur, memento conſiderare, quale id quidque eſt: incipiens à minimis. Si ollam diligis, dic, ollam diligo. Ea enim fracta, non perturbaberis. Si filium tuum amas, aut uxorem, dic te hominem diligere; mortuo enim, non perturbaberis.

CAP. VII.

Quomodo præparari in actionibus oporteat, ut perturbatione vacemus, ac primò per meditationem.

CUM rem quampiam aggreſſurus es, redige tibi in memoriam, qualis nam ea res ſit. Si lotum abis, propone tibi quæcunque in balneo fiunt, irroranteis, inquietos, convicianteis, furanteis atque ita tutius rem aggredieris. Si autem continuò dices, lavari volo, propoſitumque meum, quod ſecundum naturam eſt, ſervare, & in quacunque re ſimiliter: non peccabis. Hoc enim pacto, ſi quid inter lavandum impedimenti accidat, in promptu hoc tibi erit: Non hoc volebam ſolùm, ſed & meum propoſitum, quod eſt ſecundum naturam, ſervare. Non ſervabo autem, ſi moleſtè feram, quæ fiunt.

CAP. VIII.

De perturbatione declinanda, per eorum naturæ conſiderationem, quæ nos perturbant.

PERTURBANT homines non res ipſæ, ſed rerum opiniones. ut mors nihil terribile, alioquin & Socrati viſa foret: ſed quia opinio de morte terribilis, ideo illa terribilis. Igitur cùm aut impediamur, aut perturbemur, aut doleamus, nunquam alium accuſemus, ſed nos ipſos; hoc eſt, opiniones noſtras.

CAP. IX.

Ratio ſuperioris præcepti, tripliciſque hominum gradus aſſignatio.

INERUDITI eſt, alios culpare, cum quid malè agat. Ejus qui jam cœpit erudiri, ſeipſum: Eruditi, neque alium, neque ſe ipſum.

CAP. X.

Quomodo tractanda, quæ de externis videntur eligenda.

OB NVLLAM alie-

nam

nam excellentiam te efferas. Si equus ſuperbiens dicat, pulcher ſum, ferendum eſſet. Tu verò, cùm dicis ſuperbiens, pulchrum habeo equum: memento te ob pulchrum equum ſuperbire. Quid ergo eſt tuum, præter uſum imaginationum? Ergo cum in uſu opinionum ſecundum naturam te habebis, tum verò ſuperbias: ob aliquod enim tuum bonum ſuperbies.

CAP. XI.

Quæ nobis ex externis concedantur, quoque iis pacto ſit utendum; per ſimilitudinem.

QVEMadmodum in navigatione, ubi in portum eſt ventum, ſi exeas aquatum, incidit ut cochleas in itinere, aut bulbulos colligas: animum tamen ad navigium intentum habere convenit, & ſæpe reſpicere, an gubernator vocet: omnia illa abjicere, ne vinctus eò conjiciaris inſtar pecudum. Sic in vita, ſi pro bulbulo, aut cochleola, uxorcula nobis, aut filiolus præbeatur, nihil ſit prohibendum: ſi autem gubernator vocet, curre ad navigium, relinquens hæc, neque reſpiciens. Si autem ſis ſenex, nonquam procul à navigio diſcede, ne fortè vocatus de ſis inque id vinctus conjiciaris. Qui enim volens non ſequitur, neceſſitate hoc patietur.

CAP. XII.

Quo pacto ſine perturbatione, & noxia, externis acquieſcere poſſimus.

NE VELIS quæ fiunt, fieri ut velis: ſed velis, quæ fiunt, ut fiunt, & proſpereris. Morbus corporis eſt impedimentum: propoſiti verò minimè, niſi ipſum velit. Claudicatio cruris impedimentum eſt, propoſiti verò minime. Atque hoc in quocunque incidentium conſidera. Invenieſque id alterius eſſe impedimentum, non tuum.

CAP. XIII.

Quòd impoſſibilia non ſunt, quæ præcipiuntur, quando vires animo adverſus omnia inſunt.

IN quocunque incidentium, memento tecum ipſe quærere, quam tu vim habeas ad ejus uſum. Si malum habeas, vim bonam invenies, ut ad voluptates continentiam. Si labor offeratur, invenies robur: ſi convitium, patientiam. Atque hoc pacto aſſuetus, ab imaginationibus non perturbaberis.

CAP.

CAP. XIV.

Quales præbere nos oporteat, cùm externa amittamus.

NUNQUAM in re quapiam dicas, perdidi hoc, ſed reddidi. Puer obiit, redditus eſt. Ager ereptus, nonne & hic redditus eſt ? Sed malus eſt vir, qui abſtulit. Quid ad te per quem repetierit, qui dedit ? Quouſque autem tibi præbeantur, velut alienorum curam habe: ut hoſpitii viatores.

CAP. XV.

Reſponſio ad objecta, quæ de ſuperiori præcepto emergunt: ac regula, qua talia eligeres, ab ærumnis non exerceamur.

SI proficere vis, dimitte has conſiderationes: Si rem meam neglexero, nutrimentis carebo: Niſi puerum puniam, malus erit. Præſtat enim fame obire ſine dolore & metu, quàm in affluentia vivere cum perturbatione. Præſtat & puerum malum eſſe, quàm te infelicem dominari. Igitur à minimis incipias oportet. Effuſum eſt oleum, ablatum vinum: conſidera tanti abs te emi quietem, ſecuritatemque animi. Gratis autem nihil acquiritur. Si autem voces puerum, cogita poſſe illum non audire, aut audientem nihil eorum agere quæ velis. Sed non tanti is eſt, ut propter eum tute perturberis.

CAP. XVI.

Contra vulgi de nobis exiſtimationem.

Si PROFICERE vis, ne moleſte feras, ſi propter ea quæ extrinſecus ſunt, demens aut ſtultus videaris.

CAP. XVII.

Adverſus inanem gloriam.

NE VELIS rei cujuſquam gnarus videri. Et ſi quibus eſſe aliquis videare, ne crede tibi ipſi. Scis enim, non facile eſſe, & propoſitum tuum ſecundum naturam ſervare, & iis qui ſint extrinſecus placere: ſed neceſſe eſt, ut qui alterum curet, alterum negligat.

CAP. XVIII.

Quibus ſtudendum ſit, quibus non ſit.

SI velis liberos, uxoremque tuam, & amicos vivere ſtultus es. Quæ enim in te non ſunt, vis in te eſſe: & quæ aliena, tua. Atque ita ſi puerum peccare non vis, ſtultus

es;

es: vis enim, ut vitium non ſit vitium. Si autem velis, appetens aliquid, eo non excidere, hoc potes: hoc igitur exercere potes.

CAP. XIX.

Quæ nos ſervos faciant, quæve liberos.

DOMINUS cujuſque eſt is, qui quæ ille vult, aut non vult, poteſt aut dare aut auferre. Qui ergo liber ſe vult, neque velit quicquam, neque fugiat eorum quæ ſunt in aliis. alioquin, ut ſerviat neceſſe.

CAP. XX.

Regula electionis præſentium, præteritorum, & futurorum, per ſimilitudinem.

MEMENTO, oportere te in convivio verſari: in quo ſi fercula ad te perveniunt, extenta manu modeſtè carpe: ſi tranſit qui fert, ne eum detine: ſi nondum pervenit, ne procul appetitum extende: ſed expecta, dum ad te veniat. Sic erga filios, ſic erga uxorem, ſic erga principatus, ſic erga divitias: Eriſque aliquando dignus deorum convivio. Si verò quæ appoſita fuerint, non capies, ſed contemnes: tunc verò non modò deorum conviva, ſed collega eris. Id enim cùm facerent Diogenes & Heraclitus; atque his ſimiles, meritò & divini erant, & vocabantur.

CAP. XXI.

Quo pacto imaginationi moderandum, circa ea quæ fugienda videntur.

CUM flentem videas in luctu, quia ejus filius aut peregre abſit, aut obierit, aut bona dilapidaverit, cave ne te imaginatio corripiat, tanquam in malis ſit ille, cùm ſit in externis. Sed ſtatim in promptu habeto: Non hunc caſus hic torquet, quia alium non torquet, ſed opinio. Quantum igitur ad ſermonem pertinet, verſare audacter cum illo: quinimo & ſi inciderit, ſimul geme. Cave tamen, ne & intrinſecus gemas.

CAP. XXII.

Quid ad nos attineat, quidve ſupra nos ſit, aptiſſima ſimilitudine.

MEMENTO actorem te eſſe fabulæ, quancunque is velit, qui docet: ſi brevem, brevis: ſi longam, longæ. Si mendicum agere te velit, & tunc ingenioſe age: ſi claudum, ſi principem, ſi privatum. Ad te enim pertinet, datam tibi perſonam bene agere: eligere, ad alium.

CAP.

CAP. XXIII.

Quo pacto & in diverſorum expectatione imaginationi moderandum ſit.

SI CORVUS adverſam crocitabit, ne te imaginatio corripiat: ſed ſtatim tecum ipſe dijudica & dic, Nihil mihi hæc ſignificant: ſed vel corpori meo, vel gloriolæ, vel natis, vel uxori. Mihi verò omnia proſpera ſignificant, ſi voluero; quicquid enim horum incidat, in me eſt, ut ex iis utilitatem capiam.

CAP. XXIV.

Cauſa ſuperioris, & quaſi concluſio.

INVICTUS eſſe poteris, ſi in nullum certamen deſcendes: quòd ut vincas, in te non eſt.

CAP. XXV.

Quæ via ad libertatem expeditiſſima ſit.

VIDE ne quenquam, quem tu aut honore, aut potentia, aut fama præſtantem videas, beatum dicas: ab imaginatione videlicet correptus. Nam ſi ſubſtantia boni in iis eſt quæ ſunt in nobis, ibi neque invidia neque æmulatio locum habet. Tu autem non Imperator, aut Conſul eſſe vis, ſed liber. Una autem via ad hoc eſt, contemptus eorum quæ in nobis non ſunt.

CAP. XXVI.

Solutio eorum quæ ſuperioribus obſtare videntur.

MEMENTO, non qui conviciatur, aut verberat, injuriam facere: ſed opinionem de hoc, velut injuriam facere. Cùm te igitur quis irritet, tua de opinione ſcito irritari. Quamobrem à principio enitere, ne te imaginatio corripiat: ſi enim ſemel per aliquod tempus eam continebis, facilius tui ipſius compos eris. Mors & exilium & omnia quæ terribilia videntur, ante oculos tibi continuò ſunto. Maximè verò omnium mors: neque quicquam unquam humile cogitabis, neque quicquam cupies nimis.

CAP. XXVII.

Secunda pars, qua eum qui jam profecerit, inſtituit. Eaque primò diſſolvit, quæ philoſophari incipientibus occurrunt.

SI philoſophiam cupis, præpara te continuò, ut irridearis, ut ſubſannerisà multis: ut dicant, Repentè nobis phi-

philoſophus emerſit. Et unde nobis hoc ſupercilium? Tu verò ſupercilium quidem ne habe, quæ verò tibi optima videntur, ita retine, tanquam ſis à Deo in hac acie collocatus. Quòd ſi perſiſtes in iiſdem, & qui te prius deridebant, iiſdem poſtea admirabuntur: ſi verò iis terga dederis, dupla irriſione afficieris.

CAP. XXVIII.

Quòd à ſeipſo ad externos converſio, philoſophi ſtatum deſtruit.

SI quando evenerit, ut ad ea quæ extrà ſunt, te convertas, veliſque cuipiam placere, ſcito te de ſtatu decidiſſe. Satis igitur tibi in omnibus ſit, philoſophum te eſſe: Si autem videri etiam vis, tibiipſi videare, & ſatis erit.

CAP. XXIX.

Solutio emergentium in ejus animo cogitationum, qui philoſophiam aggrediatur.

Hæ te cogitationes ne crucient, honore carebo, neque uſquam ullus ero. Si enim carere honore in malis eſt, (ut certè eſt) non potes in malo eſſe propter aliud, non magis quàm in turpi. Nunquid igitur tuum opus eſt, principatu potiri, convivio accipi? Minimè. Quomodo igitur hoc eſt, honore carere? quomodo verò, neque uſquam ullus eris, quem in iis ſolis eſſe oportet, quæ ſunt in te, in quibus tibi ipſi maximè eſſe licet? Sed amicis prodeſſe non potero. Quid tu ais prodeſſe? non habebunt abs te argentum, neque eos cives Romanos facies? Quis tibi ergo dixit, eſſe hæc in nobis, & non aliena opera? Quis autem poteſt dare alteri, quod ipſe non habet? Poſſide igitur, inquit, ut & nos habeamus. Si poſſum poſſidere, ſervans memet verecundum, fidum, & magnanimum: oſtende viam, & poſſidebo. Si verò æquum ducitis, mea me bona perdere, ut vos, quæ bona non ſunt acquiratis: vos ipſi videte, quàm iniqui ſitis, quamque ingrati. Quòd ſi fidum, verecundumque amicum argento præponitis, in hoc vos mihi opitulamini: neque ea me agere æquum ducite, quibus hoc perdam. Sed patria, quantum in me erit, adjumento carebit. Rurſus, quod tu hoc ais adjumentum? porticus non habebit per te, neque balneas? Quid tum? neque enim calceos habet per cerdonem, neque arma per fabrum? Satis eſt autem, ſi ſuum quiſque opus expleat. Quòd ſi ei quempiam alium compares,

pares, civem fidum & verecundum, nihilque ei prodes? Utique. Neque tu igitur inutilis illi eris. Quo igitur ordine in civitate ero? Quo poteris: ſervans ſimul te fidum, & verecundum. Quòd ſi dum illi prodeſſe velis, hæc perdas: quem tu illi uſum afferes; qui impudens, infiduſque evaſeris?

CAP. XXX.

Continuo eorum ſolutionis, quæ philoſophari incipientem impediunt.

PRAEPOSITUS tibi eſt quiſpiam in convivio, aut in ſalutatione, aut in conſilio. Si hæc bona ſunt, gaudere te oportet, quia his potius ſit ille: ſi mala, ne ægrè fer, quia tibi non acciderunt. Memento autem, non poſſe te hæc ſolummodo facientem, paria cum cæteris conſequi, in iis quæ in nobis non ſunt. Quomodo ergo paria habere poteſt, alicujus fores non frequentans, cum eo qui frequentat: non deducens, cum deducente: non laudans, cum laudante? Injuſtus igitur eris, atque inexplebilis, ſi iis nequaquum relictis, quibus illa emuntur, ea gratis volueris. Sed quanti emuntur lactucæ? obolo, ſi ita contingat. Ut igitur, cùm quis obolum præbens accipiat lactucas: tu non præbens, non accipias: haud minus habere te cenſes eo, qui accipit. Ut enim ille habet lactucas, ſic tu obolum non dediſti. Eodem modo hîc evenit. Non vocaris ad cujuſqam convivium: Non enim quanti convivium emitur, dediſti. Laude id vendit, miniſterio vendit. Da igitur, ſi tibi conducit, quanti emitur. Quod ſi & illa amittere non vis, & hæc accipere, inexplebilis es, & ſtolidus. Nihil igitur habes pro cœna. Nempe habes, quod non laudas, quem non vis: quod non ea perfers, quæ ad ejus limen perferuntur.

CAP. XXXI.

Quæ ſunt communia etiam ex naturæ voluntate.

VOLUNTAS naturæ perpendi ex his poteſt, in quibus alteri ab alteris non differimus: velut cùm alienus puer fregerit poculum, in promptu ſtatim eſt, eſſe id ex iis quæ fiunt. Scito igitur, cùm tuum fuerit fractum, talem te eſſe oportere, qualis fueris,

ſueris, cum alienum frangeretur. Idem ad majora quoque transfer. Alienus obiit filius, aut uxor, nemo eſt, qui non dicat, humanum id eſſe. Sed cùm ſuus cujuſque obiit, ſtatim, Hei mihi, & me miſerum. Oportebat autem meminiſſe, quid nobis accidat, cùm de aliis idem audimus.

CAP. XXXII.

Mali naturam in mundo non eſſe.

QUEMADMODUM non ideo ſagittarii ſignum figitur, ut non attingatur: ſic neque mali natura in mundo fit.

CAP. XXXIII.

Quæ putanda ſit animi perturbatio: quidve agendum, ne in eam incidamus.

SI QUIS tuum corpus imperium habenti traderet, ægrè ferres: quòd autem tu tuam mentem cuivis tradis, ut cùm tibi convitia dicuntur, perturbatur illa, & confunditur, nonne te pudet? Quicquid igitur aggreſſurus es, ejus initium primò, tum quid deinceps ſequatur, conſidera: atque ita rem aggrediare. Id ſi non feceris, nunquam ipſam promptè aggredieris, nihil eorum cogitans quæ ſunt. Poſtmodum verò cùm quædam apparebunt turpia, pudore afficieris.

CAP. XXXIV.

Efficax conſiderandi exemplum, quid quaque in re, quam ſimus aggreſſuri, accidere poſſit.

VIS Olympia vincere? & ego, per deos: magnificum enim eſt. Sed conſidera & initia, & conſequentia, atque ita rem aggredere. Oportet bene ſeſe inſtituere, neceſſariis veſci, abſtinere condimentis, exerceri ad neceſſitatem, ad præſcriptam horam, in æſtu, in frigore, frigidam non bibere, non vinum. ſi ita ferat res: totum te denique præfecto ipſi ceu medico tradere: tum in certamen prodire. Et interdum manum vulnerari, talum diſtorqueri, multam aphen deglutiri, interdum verò & flagellari, poſtquè hæc omnia ſuperari. His animadverſis, ſi adhuc vis, abi certatum: ſin minus, inſtar puerorum deges, qui nunc palæſtritæ ludunt, nunc gladiatores, nunc tuba canunt,

nunt, mox tragœdum agunt: ita & tu nunc athleta, nunc gladiator, nunc orator, tunc philoſophus: toto verò animo nihil, ſed velut ſimius, quicquid cernis, imitaris, aliudque ex alio tibi placet. non enim cum animadverſione rem aggreſſus es, neque circumſpectans: ſed temere, & per frigidam cupiditatem. Sic nonnulli cùm philoſophum intuentur, aut cùm à quopiam audiunt, Bene Socrates dicit, & qui poteſt dicere ut ille? volunt & ipſi ſtatim philoſophari. Homo conſidera primò, quænam, aut qualis ſit ea res quam aggrederis. Deinde naturam tuam conſule, utrum id tolerare poſſis. Vis eſſe luctator, aut pantathlus? aſpice brachia tua, aſpice lumbos, aſpice femora. Aliud enim aliis aptum rebus natura parens largita eſt. An te cenſes hujuſmodi rebus ſtudentem, eodem modo veſci poſſe, eodem modo potum ſumere, eodem modo iraſci, eodem modo mœrere? Vigilare oportet, laborare, diſcedere à propriis bonis, à pueris contemni, derideri ab omnibus, univerſis in rebus minus autoritatis habere, in honore, in magiſtratu, in judicio, in cæteris omnibus. Hæc inquam: omnia conſidera: & utrum pro his indolentiam, libertatem, quietem malis, animadverte quod ni malis, cave ea aggrediaris, ne iſtar puerorum modò philoſophus, modò publicanus, paulò poſt rhetor, poſtremo Cæſaris procurator fias. Hæc invicem nequaquam conveniunt. Illud oportet, hominem eſſe te, vel bonum vel malum: aut ad interiora te vertas neceſſe eſt, aut ad exteriora: vel philoſophi locum teneas, vel idiotæ.

CAP. XXXV.

Quòd officia à natura ducuntur, quodque ut ſeſe quiſque adverſus quempiam habeat, conſiderantur: tum de officiis erga homines.

OFFICIA habitibus penſantur. Pater appellatur: curandus eſt, cedendum ei in omnibus, ferendus cùm aut objurgat, aut verberat. Sed malus pater eſt. At natura te non bono patri, ſed patri conciliavit. Frater injurius eſt: vide quo tu loco ſis, non quid ille faciat. Propoſitum tibi eſt, ut ſecundum naturam tu facias. Nemo enim te lædit, niſi volentem. Tum læſus eris, cùm te lædi opinaberis. Sic ergo à cive ad civem, à vicino ad vicinum, ad Im-

peratorem ab imperatore officium invenies, ſi conſiderare habitus aſſueſces.

CAP. XXXVI.

Officia adverſus deos.

PIETATIS erga deos id maximum eſſe ſcito, ut de ipſis bene ſentias, puteſque & eos eſſe, beneque ac rectè gubernare. Tum ut ita te compares, parere eis, atque omnibus cedere quæ fiant, neque invitum ſequi, quaſi omnia ex optimo conſilio efficiantur. Hoc enim pacto neque deos unquam culpabis, neque incuſabis, quaſi neglectus. Id vero aliter efficere non potes, niſi ab his te avoces, quæ in nobis non ſunt: inque iis tantum, quæ ſunt in nobis, bonum ac malum ponas. Quod ſi eorum aliquid bonum eſſe aut malum opineris, neceſſe eſt, ut cùm ea non conſequaris quæ velis, aut in ea incidas quæ nolis, conqueraris, atque oderis ejus rei cauſam. Omne ad hoc animal natum eſt, ut quæ noxia videntur, eorumque cauſas, fugiant, atque ab his avertantur: utilia vero, & eorum cauſas, quærant, atque admirentur. Non poteſt igitur, qui ſe lædi putat, eò quòd lædere videtur gaudere: unde & ipſa læſione gaudere, impoſſibile eſt. Unde & patri filius convitiatur, cùm his quæ bona videntur, filium non impartit. Et Polinicem atque Eteoclem hoc inter ſe diſcordare compulit, quòd tyrannidem bonum eſſe putabant. Propter hoc agricola convitiatur diis, propter hoc nauta, propter hoc mercator, propter hoc ipſum quibus aut uxores aut liberi interîêre. Ubi enim utilitas, ibi pietas. Quamobrem qui ea curat appetere atque evitare quæ oportet, is eo tempore etiam pietatem curat. Libare autem & ſacrificare ſecundum patrios mores unumquenque decet: purè, abſque laſcivia, abſque negligentia: non parcè, non ſupra facultatem.

CAP. XXXVII.

Qualem ſe ad divinationem adhibere, de quibus vatem conſulere, quomodo divinationibus uti oporteat: in quo ſimul & officium erga deos, & erga nos ipſos exiſtit.

CUM ad divinationem accedis, memento ignorare te, quid ſi eventurum: atque

que ideo vatem adire, ut ex eo id audias. Quale autem quidque ſit, ſi philoſophus es, non ignoras. Si enim ex iis eſt quæ in nobis non ſunt, neceſſarium profecto eſt neque bonum id eſſe: neque malum. Tolle igitur abs te, cùm vatem adis, appetitum ac declinationem. aliter enim tremens vatem adibis. Sed cùm noris, quicquid eventurum ſit, ſuſque deque eſſe & nihil ad te, licebit (quodcunque id ſit) eo bene uti, neque te quiſquam prohibebit: fidens igitur deos tanquam conſultos adi. Mox ubi quid tibi conſuluerint, memento quos in conſilium acceperis: quibuſque ſit obaudire, niſi parueris. De his autem (ut & Socrates dictitabat) conſulendus eſt vates, quorum omnis conſideratio relationem ad exitum habet: cujus cognoſcendi occaſio, neque ex ratione nobis, neque ex arte aliqua ſit præbita. Quamobrem cùm tantum periclitandum tibi fuerit cum amico, aut cum patria, ne conſule, an periclitaturus ſis. nam ſi tibi vates dixerit adverſa apparuiſſe exta, manifeſtum eſt, aut mortem ſignificari, aut corporis impedimentum, aut exilium. Sed dictitabit ratio, teque confirmabit, ut cum amico & patria periclitéris. Maximo igitur vati, hoc eſt, ipſi Pythio intende, qui eum de templo expulit, qui amico opem non tulerit.

CAP. XXXVIII.

Officia erga nos ipſos, ac de iis primò quæ ad morum conſtantiam faciunt, quæve eam impediunt: & de ſermone in primis ac ſilentio.

STATUE tibi ipſi formulam quandam, ac regulam, quam deinceps ſerves, & cùm tecum ipſe es, & cùm in homines incidis. Silentium ſit plurimum. Loquere neceſſaria, & paucis, & rarò: aut quandoque, cum te ad aliquid dicendum tempus vocat, dic quidem, ſed non de quavis re: non de gladiatorum pugna, non de curſu equorum, non de athletis, non de epulis, vel poculis ſingulatim: maximè verò omnium, non de hominibus vituperans, aut laudans, aut cum cæteris judicans. Si igitur poſſis, demuta eorum ſermones qui tecum ſint, in id quod deceat. Quòd ſi inter extraneos te deprehenſum videas, tace.

CAP. XXXIX.

De riſu.

RISUS neque multus ſit, neque ob multa, neque ſolutus.

CAP. XL.

De jurejurando.

JUSJURANDUM refuge, ſi poſſis, prorſus: ſi minus, cum licet.

CAP. XLI.

Adverſus cupiditatem, ac primò de conviviis.

CONVIVIA cum extraneis, ac vulgaribus, reſpue. Quòd ſi quando tempus incidat, intentum habe animum, ne in vulgarium ſtatum defluas. Scias enim, neceſſarium eſſe, qui cum inquinato conflictetur, & ipſum inquinari.

CAP. XLII.

De eorum, quæ ad corpus pertineant, uſu.

QUOD ad corpus attinet, ad purum uſque uſum ſume: velut cibum, potum, veſtem, domum. Quod autem ad gulam, aut delitias pertinet, penitus circunſcribe.

CAP. XLIII.

De re venerea.

CIRCA rem veneream quantum in nobis ſit, ante nuptias pure agendum eſt. Quòd ſi cogimur, quæ tamen ſunt legitima, aſſumenda. Ne ſis tamen moleſtus utentibus, neque redargutor: neve ſæpius objice, te non uti.

CAP. XLIV.

Adverſus iracundiam, & quales nos erga detractores præbeamus.

SI QUIS ad te deferat. Ille de te malè dicit: ne excuſa quæ dicantur, ſed reſponde, Ignorat ille & alia quæ mihi adſunt mala: alioquin non ſola hæc diceret.

CAP. XLV.

De ſpeculatorum cupiditate.

AD theatra ſæpe accedere, neceſſarium non eſt. Quòd ſi quando tempus incidat, cave ne cuiquam magis ſtudere videaris, quàm tibi: velis quæ fiunt, ita fieri ut fiunt: & eum tantummodo vincere, qui victor fuit. Status

tus autem ne ſit gravis, ſed conſtans cum quadam lætitia. Egreſſus ſpectaculo, multa de iis, quæ facta ſint, ne diſputa, quando ad te corrigendum non faciunt: neque de omnibus ſermonibus, qui dicti ſint.

CAP. XLVI.

De auſcultationum cupiditate.

AD recitantes ne accede, neque his vel rarò interſis. Quòd ſi interſis, gravitatem, conſtantiamque ita ſerva, ut moleſtia vaces.

CAP. XLVII.

De congreſſu cum potentioribus.

CONGRESSURUS cum aliquo, & eorum præſertim qui potentiores videntur, præpone tibi, quid in hoc feciſſet Socrates, aut Zeno: neque dubitabis, quo te pacto gerere oporteat.

CAP. XLVIII.

Quomodo præparare nos debeamus potentiorem adituri.

CUM aditurus quempiam eorum es qui magna poſſunt, præpone tibi ipſi: fore ut non admittaris intro ad eum, ut excludaris, ut tibi fores non pateant, ut te ille negligat. Tum cogita, an eum iis eum adire expediat: ubi adieris: fer quæ fiunt. Neque tu tecum dicas unquam, Talia non merebar. Vulgare enim eſt, quæ extrinſecus ſunt calumniari.

CAP. XLIX.

De congreſſibus cum plurimis.

IN congreſſibus abſit, ut de tuis aut operibus, aut periculis nimium atque immodicè memineris. Non enim, quemadmodum tibi de tuis periculis meminiſſe, ita & aliis, quæ tibi acciderint, audire eſt jucundum. Abſit etiam ut riſum moveas. Eſt enim res vulgaris, & neſcio quo modo ducit ad vilitatem: & hæc una venerationem, qua te proſequantur qui adſint, remittere poteſt. Nonnunquam vero & in ſermonis obſcœnitatem trahit. Quod ſi quando incidat, ſi res & tempus fert, obſcœnitate utentem increpa: ſin minus, at ſaltem taciturnitate & rubore oſtende, eum te ſermonem ferre iniquo animo.

CAP. L.

Quomodo reſiſtendum voluptati.

CVM voluptatis cujuſpiam imaginationem capis, quemadmodum in cæteris ſerva te ipſum, ne ab ea corripiaris: ſed excipiat te res ipſa, atque aliquod tute ſpatium cape. Tum utrunque tempus animo volua: & qua voluptate potieris, & qua jam potitus pœnitentia afficieris. teque ipſum tute increpa. His vero oppone, Quantopere, ſi abſtinueris, gaudebis? teque ipſum tute laudabis? Quod ſi res poſtulare videtur, ut rem aggrediaris: cave ne ſuis te blandimentis atque illecebris ſuperet. Tum oppone, quàm melius ſit, hujus certaminis victoriam tibi ipſi conſcire.

CAP. LI.

Agendum bonum propter ſeipſum, reliquis neglectis, ac primò de Juſtitia.

CVM judicaris faciendam tibi rem, idque facias, ne da operam, quo minus te facientem alii videant, etiam ſi aliud quippiam ea de re multi ſint opinaturi. Si enim non rectè facis, ipſum opus fugiendum eſt: ſi recte, ne metue increpaturos non rectè. Vt enim hoc, Aut dies, aut nox eſt, adverſus disjunctum magnam habet dignitatem: adverſus autem conjugatum, indignitatem: ſic & majorem partem eligere, magnam erga corpus dignitatem habet: ad ſervandam autem quam in convivio communionem oportet, indignitatem habet. Si quando igitur cùm aliquo convivaris, memento, ne ad eorum quæ oppoſita ſunt, dignitatem adverſus corpus aſpicias: ſed adverſus quoque animum, qualem decet convivam, te ſerva.

CAP. LII.

Quod non bonum ſimpliciter, ſed quòd nobis faciat, eligendum.

SI perſonam induiſti ſupra tuas vires, neque eam ſuſtines: & quod implere potueras, omiſiſti.

CAP.

CAP. LIII.

Quomodo animum vel ab irrationalibus affectibus, vel à ſuo perverſo judicio ſervemus.

INTER deambulandum, quemadmodum caves, ne clavum calces, aut pedem diſtorqueas: ita cave, ne quod in teipſo dominatur, offendas. Et hoc ſi in quavis re ſervemus, tutius illam aggrediemur.

CAP. LIV.

De eorum, quæ ad corpus pertineant, poſſeſſione.

MODVS poſſeſſionis unicuique corpus eſt, velut pes calcei. Si in hoc ergo conſiſtas, modum ſervabis: ſi excedas, in præceps feraris neceſſe eſt. Velut in calceo, ſi ſupra pedem extendas. Fit aureus calceus, deinde purpureus, deinde punctabundus. Nullus enim terminus eſt, ubi modum ſemel exceſſeris.

CAP. LV.

De officio & cura erga uxorem.

MVLIERES ſtatim à XIIII. anno dominæ vocantur. His enim viri ob concubitum bandiuntur. Virorum ergo culpa ſibi deinceps nimis placent. Monendæ igitur ſunt, fore ut apud nos in honore ſint, nihil ob aliud, niſi ſi modeſtæ ſint, & virum revereatur.

CAP. LVI.

Degeneris ſignum, deque nimio corporis cultu.

DEGENERIS ſignum eſt, inſiſtere iis, quæ corporis ſunt: ut plurimo exercitio, plurimo corporis cultui. Sed & conſenſus cujuſdam ſupervacanei ſignum eſt. Quibus enim gaudemus, cum iiſdem conſentimus. Oportet igitur nimiam corporis curam, velut ab re eſſe arbitrari. Maximè verò curam ejus habere, quod ipſo utitur corpore.

CAP. LVII.

Præceptum ad patientiam ac manſuetudinem.

CUM quiſquam tibi malefacit, aut dicit, memento illum ſuo ſe officio fungit arbitrantem, facere aut dicere. Eſſe igitur non poteſt, ut is quod tibi videtur, ſequatur, ſed quod ſibiipſi. Quòd ſi

malè ſibi videtur, ipſe lædi-tur, qui & deceptus eſt. Verum enim conjugatum : ſi quiſquam falſum arbitretur, non conjugatum ipſum lædi-tur, ſed qui decipitur. Si ab his igitur movearis, mitem te adverſus conviciantem præbebis. Loquere igitur, Sic in quavis re, ipſi eſt viſum.

CAP. LVIII.

Quod res omnes partim alteræ alteris conſentiunt, partim diſſident.

OMNIS res duas habet anſas, alteram quæ ferri poſſit, alteram quæ non poſſit. Frater ſi injurius ſit, ne eum inde capias, quod ſcilicet eſt injurius. hæc enim ejus anſa eſt, quæ ferri non poſſit. Sed inde magis, quod frater eſt, quod tecum educatus; atque ita inde eum capias, unde ferri poſſit.

CAP. LIX.

De ſermonum congruentia.

HI ſermones non congruunt: Ego ſum ditior te, ego igitur melior ſum. Ego ſapientior te, ego igitur melior te. Hi autem magis congruunt: Ego te ditior ſum, mea igitur poſſeſſio quàm tua melior eſt: Ego te ſapientior, mea igitur oratio quàm tua melior. Tu vero, neque poſſeſſio es, neque oratio.

CAP. LX.

De judicio rerum exacto.

LAVATUR quis cito, ne dicas malè eum lavari, ſed cito. Bibit quis multum vini, ne dicas malè, ſed multum. Niſi enim ejus conſilium ſcias, unde ſcis an malè? Sic enim accidet, ut aliorum apprehenſivas imaginationes accipiamus, aliis autem aſſentiamus.

CAP. LXI.

Adverſus gloriam atque oſtentationem & primò circa ſcientiam.

NVLLO modo te ipſum dixeris philoſophum, neque multum loquere inter ineruditos de ſpeculationibus: ſed fac aliquid ex ipſis ſpeculationibus. veluti in convivio, ne dice quo pacto oporteat comeſſe, ut oportet. Memento enim & Socratem undecumque abſtuliſſe oſtentationem. Quòd ſi de aliqua ſpeculatione ſermo

inter

inter ineruditos incidat, tace ut plurimum. Magnum enim periculum eſt evomere, quæ non concoxeris. Et cùm quis dixerit te nihil ſcire, idque te non remordeat, tunc ſcito initium eſſe operis. Nam oves, non herbam evomentes, paſtoribus oſtendunt quantum comederint: ſed cibum intus concoquentes, vellera extrà ferunt, & lac. Et tu igitur ne ſpeculationes ineruditis oſtenta: ſed ex his concoctis opera.

CAP. LXII.

Adverſus ſobrietatis, tolerantiæque oſtentationem.

CVM attenuato ſis corpuſculo, ne tibi ob id placeat. Neque ſi aquam bibas ex quavis occaſione, dic, Aquam bibo: ſed cogita, quàm ſint medici aſtinentiores nobis, quamque tolerantiores. Tum quod alia non habeamus bona, quæ alii habent. Quod ſi exerceri velis ad laborem ac patientiam, tecum ipſe hoc fac: neque ab externis videri velis, ut qui vim patientes à potentioribus, quo populum convocent, ſtatuas incendunt, & ſe vim pati clamant. Oſtentator enim totus extrà vergit, & patientiæ atque abſtinentiæ bona deſtruit, cum eorum finem ſtatuit eſſe multorum opinionem.

CAP. LXIII.

Deſcriptio triplicis habitus ineruditi, philoſophi, & proficientis.

INERVDITI ſtatus & formula eſt, nunquam à ſe ipſo expectare utilitatem, aut nocumentum, ſed ab externis. Philoſophi ſtatus eſt & formula, omnem utilitatem ac nocumentum à ſeipſo expectare. Signum proficientis hoc eſt, neminem vituperat, neminem laudat, de nemine queritur, neminem accuſat, nihil de ſeipſo dicit, ceu ſi ſit aliquis, aut aliquid ſciat. Cùm in re quapiam aut impeditur, aut prohibetur, ſeipſum accuſat. Et ſi quis ipſum laudet, ridet laudantem ipſe ſecum: & ſi vituperet, non ſe expurgat. Degit autem inſtar valetudinarii, cavens aliquid eorum quæ ſunt in ſe commovere, priuſquàm ad ſoliditatem perveniat. Appetitum omnem à ſeipſo ſuſtulit. Declinationem vero in ea tantum, quæ ſunt contra naturam, eorum videlicet quæ ſunt in nobis, tranſtulit. Conatu ad omnia remiſsè utitur. An ſtultus,

an rudis dicatur, minimè curat: utque uno explicem verbo quaſi adverſarium ſe ipſum obſervat, & quaſi inſidiatorem.

CAP. LXIV.

Quòd verba propter opera.

CVM quis ideo gloriatur, quod Chryſippi ſententias interpretatur, dicat ipſe ſecum: Niſi obſcurè Chryſippus ſcripſiſſet, nequaquam haberem unde gloriarer. Sed ſcripſit Chryſippus, non ut quis eum interpretaretur, ſed ut ſecundum ſe operaretur. Si ergo ſcriptis utar, tum eorum bonum fuero conſecutus: ſi autem interpretantem admirer, aut etiam ipſe interpretari poſſim, grammaticum, non philoſophum admirer, aut agam. Quid autem prodeſt medicamenta quædam inveniſſe deſcripta, eaque intelligere, atque aliis tradere, ipſummet ægrotantem minimè eis uti?

CAP. LXV.

Quòd in his perſeverandum.

IN propoſito perſeverandum velut in lege eſt. Perſta igitur, velut ſi hæc tranſcendas, impius ſis futurus. Quod ſi quis de te dixerit, ne cura. id enim tuum non eſt.

CAP. LXVI.

Quòd ſuperſedendum non eſt, ſed quàm primum ad hæc incumbendum.

QVO te uſque differs, ut jam te aliquando dignum his quæ optima ſunt, putes: neque uſquam tranſgredi hæc ſtatuas? quod ſi diem de die termino adjictas, non proficis, ſed deficis. Iam nunc igitur aſſueſce, ut tanquam perfectus vivas: omnibuſque, quæ accidant, rectè utaris. Et quacunque in re arbitrare propoſitum tibi certamen, neque ullum diem negligas: quo enim die non proficis, deficis. Hoc igitur pacto Socrates virorum omnium ſapientiſſimus evaſit. Quòd ſi ipſe nondum es Socrates: at vivere debes, ut qui Socrates velis eſſe.

CAP. LXVII.

Tres loci in philoſophia, eorumque inter ſe ordo.

PRIMVS ac maximè neceſſarius locus eſt in philoſophia,

phia, qui ad uſum ſpeculationum pertinet: velut eſt, non mentiri, Secundus, qui ad demonſtrationes: velut eſt, cur mentiri non oporteat. Tertius, qui ad eas confirmandas, & proſpiciendas ſpectat. HOC eſt, quo pacto, & unde demonſtrare id poſſimus, verum eſſe aut falſum. Igitur tertius quidem locus neceſſarius eſt ob ſecundum, ſecundus ob primum: maximè omnium neceſſarius, & in quo quieſcere oporteat, primus eſt. Nos verò contrà facimus. tertio enim loco immoramur, inque eo omne noſtrum ſtudium conterimus.

CAP. LXVIII.

Tres antiquorum ſententiæ in promptu habendæ. Quarum prima Cleantis, Euripidis ſecunda, tertia Platonis eſt.

SEMPER hæc in promptu habenda. Primum: Si renitar, malus ergo, gemensque; ac plorans ſequar. Secundum: Neceſſitas omnia ſurſum verſus ad divinam cauſam ducit volentia, & invita. Eam qui lætus ſequitur, is verè eſt ſapiens. Sed & tertium: O Criton, (ſi ita diis placet) ita fiat: Me verò Anytus & Melitus interimere quidem poſſunt, lædere autem non poſſunt.

AN-

ANGELI POLITIANI
PRO
EPICTETO
STOICO.

Ad Bartholomæum Scalam Epiſtola.

TU quidem, mi Scala, non contentus & ſtrenui militis & fortiſſimi imperatoris officio deſungi, etiam tyrunculos tuos (quæ tua in omni re diligentia eſt) ocio ſituque langueſcere non ſinis; Sed vel de tabernaculi umbraculis ad campi pulverem, ad ſudorem, ad palum vocas: quippe qui omnis militaris numeros ad te unum pertinere, jure intelligas. Putabam equidem factum à me ſatis, quod Epictetum eſſem de Græco interpretatus: tu me ad eum quoque tuendum quaſi tuba nunc claſſicoque excitas. Igitur quod Horatius inquit, Libenter hoc, & omne militabitur bellum in tuæ ſpem gratiæ. Artem tu quidem ipſam vereque totius urbis caput oppugnas; qui primum Epicteti caput, quaſi totius circuli aut globi potius, quæ perfectiſſima figura ſit, punctum aboleas. Tria autem ſunt quæ objicis, ſed quæ vel maxime a præcipiendi ratione abhorreant: quod obſcura, quod ſupra hominis vires, quod falſa præceperit. Obſcura, ut cum negas explicatum ab eo, quæ nam tandem noſtra ſint opera. Supra hominis vires, ut cum nos naturæ imperio gemere aſſeveras: id quod plus poſſe, pollereque affirmas, quam ullam hominis facultatem. Falſa, ut cum corpus contra Epicteti ſententiam in nobis eſſe contendis, quoniam ex animo ut ais, conſtemus & corpore. Ea mihi nunc, quando id tibi placet, refellen-

da

da, dicendaque nonnulla; non quidem ut te doceam, id enim eſſet quod Græce dicitur ſus Minervam; neque ut me legitimum Epicteti propugnatorem contra te putem; non enim vel ego tanto me dignor honore, vel Epicteto tam faveo quam te illi favere certo ſcio: Sed ut impoſitam a te nobis perſonam, quantum in nobis ſit, ſuſtineamus. Proferam tamen in primis nonnulla in medium, & quaſi ſemina jaciam, è quibus quemadmodum fabulæ terrigenas viros Thebis aut Colchis ſatu dentium enatos dicunt, ita omnes Epicteti noſtri pugnaciſſimæ inſtructiſſimæque copiæ exoriantur. Sed ut Homerus irruenti in Græcorum caſtra Hectori Salaminium Ajacem, ita nos tibi Athenienſem Platonem objiciemus. Is igitur Plato in eo libro qui de hominis natura inſcribitur, Socratem cum Alcibiade illo, cui pulchro cognomen fuerit, diſputantem inducit: quo in libro nihil aliud eſſe hominem quem dicimus probat, niſi rationis participem animum. Nam ut cerdo, inquit, ſubula, ita homo ad agendum manu utitur. Hoc ſumpto, & ſecundum aſſumit. Aliud autem eſt, inquit, quod re utitur quapiam, atque ea res qua utitur. Nam illa inſtrumentum eſt. Tum inducit, homo vero is eſt, qui ſuopte corpore quaſi inſtrumento utitur. Corpore autem ipſo quaſi inſtrumento, vel in artificiis, vel in actionibus reliquis, nihil omnino aliud utitur, quam ratione particeps animus. Mox & aliud ſibi ex his vindicat, quod corpore utatur, idem & corpori dominari. Tum dividit ad hunc modum. Neceſſe eſt hominem aut animum eſſe, aut corpus, aut utrumque ſimul. Si vero homo quidem corpori, ſibi vero ipſi corpus non dominetur, minime ipſum corpus homo eſt. At neque utrumque ſimul. Si enim qui corpori dominetur homo eſt, corpuſque ipſum minime dominatur, haud profecto utrumque ſimul eſt quod dominatur. Præter hæc, ſi ſuapte corpus natura immobile eſt, animus vero is qui moveat: hoc autem re ipſa in artibus videmus, artificem eſſe qui moveat inſtrumenta quæ moveantur, nihil eſt dubium, quin corpus inſtrumenti vicem adverſus animum habeat. Ipſe igitur homo eſt, quique hominis curæ ſtudet, animum curet: qui vero aut pecuniam, aut ejuſmodi alia curat, is non modo hominem non curat, ſed ne hominis quidem inſtrumentum. Jam ergo vel Platonis auctoritate, quæ tanta quidem eſt, ut quaſi illa Vergilii fama

ma caput inter nubila condat; vel ferreis illis ſuis atque adamantinis rationibus, conſtare nimirum arbitror, non eſſe in nobis corpus. Vt jam mendacii crimine, Si videtur, Epictetum abſolvas. Sed pergamus. Triplex apud Platonem virtutum eſt gradus. Sunt enim ſupremæ omnium, quas vocant exemplares: quales in ſapiente requirimus, in Deo ſtatuimus. Quæ ſequuntur, purgati animi dicuntur: quales in eo eſſe philoſopho volumus, qui ſe ab omni corporis labe contagioneque avocarit. Unde & in Protagora Plato idem, cujus mihi dulciſſimum in ore verſatur nomen, emoriendum ei eſſe dicit, qui ſit philoſophus evaſurus. Tertium eſt virtutum genus, quas purgatorias vocant: quales in continente eſſe ſtatuimus, negamus in temperante. Has ſibi virtutes is jure vindicet, qui rationes participem animum vere hominem eſſe ſibi perſuaſerit, quique neque corpus animæ eſſe partem judicet, neque ad hominem perficiendum concurrere ipſum arbitretur: Sed eo quaſi inſtrumento utendum, animum induxerit. Nam qui aut paria aut ſuperiora corpori tribuat: eum non magis eſſe hominem putandum eſt, quam bruta illa quæ vocamus animantia: quæ natura (ut egregie Salluſtius inquit) prona ac ventri obedientia finxit. Animi ergo (ut idem inquit) imperio, corporis ſervitio magis utimur: ut quo uno a belluis differamus, quoque uno ſuſtantia hominis conſtet, id nobis liberum ſervemus. Corpore autem ipſo non quidem ut parte aliqua animo adjuncta, ſed ut inſtrumento utamur. Hunc Epictetus hominem inſtituendum accepit. Neque enim vel ille ſapiens his præceptis indihebat, qui ſe iampridem in libertatem vindicavit, Quique metus omnis, & inexorabile fatum, Subiecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis avari. Neque cum eo ſibi negotium eſſe putat, qui a ſua tantopere natura degeneravit, ut ſit in brutorum numerum referendus. Hunc ſi hominem accipias, iam, ut arbitror, quæ ſint hominis opera non ignores. Qui autem dixerat conatum (quam & appetitionem dicere poſſis, cum Græcis ſit horme) item appetitum, opinionem, ac declinationem in nobis eſſe; is proculdubio quum ſtatim ſubjiciat, & quæcunque noſtra opera ſunt, ea noſtra eſſe definit, quæ ex iis quæ ſint in nobis deducantur. Vtrum vero corporis animine ſint,

quia

quia noſtris affectus ſeu perturbattiones, pathe a Græcis vocentur, maior profecto eſt quæſtio, quam quæ hoc tempore explicanda ſit. Pertinere tamen ad animum eos omnis affectus, nemo fere eſt quin fateatur. Sed ita pertinere, quemadmodum proſpera adverſaque valitudo ad corpus. Neque enim minus hi animo, quam illa corpori, vel proſint vel officiant. Quicquid igitur hi peccant affectus, quicquid agunt, noſtrum eſt opus. Ut igitur in corpore temperamentum illud habitudinis, quam ſymmetriam vocant, bonam corpori valitudinem præſtat, exceſſus vero defectusque auferunt; idem profecto & in affectibus accidit. effrenati enim illi & violenti miſerum hominem, moderati vero & compoſiti felicem conſtituunt. Sed quùm ſit animus id quod & Plato idem divine ſcribit, velut auriga quidam & rector; is ſi & ſtimulis pareat & loris fortius utatur, facile ad calcem ſecundo curſu perveniat: Si vero aut lora nimis remittat, aut acrius quam par eſt ſtimulis citet, is ceu Phaeton, aut Bellerophon aliquis præceps feratur neceſſe eſt. Hæc igitur ratione, miſeri feliceſne evadamus, in nobis eſt. Quæ vero noſtra ſint opera, facile colligas, cum quæ ad nos pertineant ratiocineris. Quid ergo toto præcipit libro, in nobis eſt: ſtulte enim, quod non foret, præcepiſſet. Obſcurus igitur aut perplexus noſter Epictetus: quo neque planius quicquam, neque enucleatius, neque etiam lucidius ne optare quidem auſis. Vt in eum ne dum tui iſti lyncei oculi, ſed vel hebetiſſimi quique inſpicere poſſint. At ſunt, inquis, ardua nimis, ſupraque hominis vires, quæ præcipit. Quidnam? id tandem, ſi filium, ſi uxorem amas, dic te hominem amare: mortuo enim non perturbaberis. Vtrum ne igitur quod præcipit, an quod pollicetur, ut difficile factu reprehendis. Si quod præcipit, jam tu quæ in communi vita quotidie, quæ in foro, quæ in triviis jactentur, factu difficilia putes. Quis enim non aliquando quæ ſint eventura cogitat! At Terentianus ille ſervulus, O, inquit, Demea, iſtud eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt, videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt, proſpicere. Et ut ſcenæ immoremur, audi ſenem apud eundum: Incertum eſt, quid agam, quia præter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit. Ita ſum irritatus, animum

ut

ut nequeam ad cogitandum inſtituere. Quamobrem omnes, cum ſecundæ res ſunt maxume, tum maxume Meditari ſecum oportet, quo pacto advorſam ærumnam ferant. Pericla, damna, exſilia peregre rediens ſemper cogitet. Aut fili peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ: Communia eſſe hæc, fieri poſſe: ut ne quid animo ſit novum: Quidquid præter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro. Quam vero & illud Vergilianum grave eſt: Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ, & ſervare modum rebus ſublata ſecundis. Vides ut hæc non ſunt obruta, ut paſſim expoſita: vides quam uterque poeta hanc eventorum anticipationem ad cœlum tollat; quod ei contrarium ſit, manes deprimat. Sed ne in re manifeſta minime neceſſariis argumentis ambitioſius utar, pergam quo tendis: neque enim tam quod Præceperit, reprehendi a te intelligo, quam quod ille deinde nimis magnifice polliceatur. Non videlicet perturbatum iri nos, ſi hæc præmeditata nobis fuerint, liberorum, aut uxoris morte. Huic tu præcepto naturæ auguſtum nomen, quod maximum, ut phyſici dicunt, ad omnis affectus momentum habeat, quaſi Aiacis illum clypeum obiectas. Naturæ enim, inquis, imperio gemimus: an vero hic noſter lachrymas arcet, qui etiam præcipiat? ut vel in alienis luctibus, ſi opus ſit, conferamus gemitus, pariterque fleamus. Neque tamen ſibi juvenalis, cuius id dictum eſt, concedi a nobis poſtulet, Cogi nos in liberorum funere ad lachrymas, naturæ imperio. Naturæ autem nemo reſiſtit: cui qui adverſetur, is gigantum more, quod dicitur, cum diis bellum gerat. Multos enim legimus, in chariſſimorum ſibi pignorum obitu, lachrymis fletuque abſtinuiſſe: ut Athenienſem illum Solonem, ut Cenſorium Catonem, qui ambo ſapientes & fuerint, & ſint habiti. Non ſunt quidem hæc factu facilia, non ſupra hominis tamen ſunt vires. Si das in uno hoc, aut altero, dabis profecto & in multis; utarque eo demonſtrationis genere, quam inductionem Dialectici vocant, qua plurima apud Platonem philoſophorum principem Socrates utitur. Ut neceſſe ſit, cum quidem in uno, aut altero homine, actu id extitiſſe conceſſeris; Idem in univerſa quoque ſpecie, virtute ſaltem facultateque in eſſe non diffiteare. vides igitur ut Stoico huic noſtro ſua ratio conſtet, vides

ut

ut dilucide, ut expreſſe loquatur; vel quod per univerſum librum, quæ ſint noſtra opera, diſſeminat. ex iis enim ſolis præcepta ducit; vel quod affectus illos animi enumerarit, a quibus quaſi fontibus noſtra omnia opera deducantur, tum quantopere ad eius veſtigandi ſenſum. Platonis illa ſagaciter comprehenſa diſputatio faciat. Vides ut non eſt in nobis corpus. Quanto vero dii boni, quo pugnatore, quibus ſe rationibus tuetur! ut ſi falſa loquutum pervicacius contenderimus, ipſam. in nos Platonicam maieſtatem, omnemque Academiam concitemus. Tantum vero abeſt, ut magis ardua ſint præcepta quam quæ natura hominis efficere poſſit, ut etiam indulgentiſſimus videatur Epictetus noſter: qui nec ea quidem ſibi præcipienda permiſerit, quorum non modo virtus aut facultas, ſed actus quoque exemplaque paſſim extiterint. Cætera quæ in epiſtola tua ſis machinatus, nullo negotio ſi hæc dederis demoliemur. Cur enim ut aridam ſuccoque carentem diviſionem illam vexes, qua ille pauciſſimis verbis ſcienter circumſpectéque omnia quæ ſunt ſuas in partes tribuit, non intelligo. Nam & quod tute non is inficias, nihil eorum quæ ſunt eam diviſionem effugiat; & ſecunda diviſione minime indiget, cum utraque pars vniformis ſuperſit: ut iam ſi dividere iterum tentes, comminuas potius aut dilaceres, quam diſtribuas. Non ergo aridum hoc eſt, ſed vere corpus ſolidum & ſucci plenum: neque enim quicquam ei diviſioni ſupereſt, neque deeſt: nulla ineſt nugacitas: verbis utitur propriis comprehenſione aptiſſima, nihil vt excogitari circunſpectius poſſit. At dixerit fortaſſe hic aliquis, cur autem non a principio Epictetus iſte oſtendit, qualiſnam is homo foret, quem inſtituendum acciperet. Oſtendit ille id quidem, ſed paucis. Quid enim non ille hoc oſtenderit, qui vel corpus ipſum, aliaque id genus negarit eſſe in nobis. At id planius oportuit & pluribus. At non in abdito hoc erat, ſed in promptuario ad manum volenti id ſumere, ac præſto erat. Quid enim Platone ipſo illuſtrius? Potuit tamen, inquis, Platonis illa argumenta in pauca conferre. Potuit, ſed non tam decuit: præcepta enim hoc libello tradit, & quaſi leges promulgat, non con-

tentionibus pugnat : ſuus cuique profeſſioni finitus eſt terminus ; ultra ſi progrediare , ex iure manu conſertum in iudicium ſis vocandus. Vides ut mathematici demonſtrationum ſuarum principia non probent , ſed earum patrocinium ei , quem primum philoſophum dicimus , commendent. Ad eum enim illa pertinent , quæ univerſalia nuncupantur. Punctum , inquit Euclides , id eſt cuius pars nulla eſt : negato id , obmuteſcet mathematicus ; ſed adeſt periclitanti philoſophus. Quid ille tandem? Quod rem , inquit , quampiam finit : ideo quod a ſe finitur , uno intervallo minus eſt. Extorſerit id , iam perget. Tria corpus intervalla habet. Id a ſuperficie clauditur : cui duo tamen adſint , longitudo , & latitudo. Profunditatem enim minime illa quidem nacta eſt : ea videlicet una a corpore deficit. Superficies autem , quæ duo intervalla habeat , linea terminatur , cui unum tantum intervallum adſit , quæ longitudo ſit. Linea poſtremo a puncto finitur , quod etiam procul dubio carebit intervallo : quoniam id veriſſimum eſt , quod dictum ſit , omnem terminum uno intervallo ab eo quod terminetur deficere. Ergo & Epictetus hunc ita libellum orditur , ut quod a Platone probatum ſit , pro conceſſo accipiat , æque eo omnem præceptorum ſeriem intertexat. Igitur ut apud Homerum Aiacis ſe clypeo Teucer defendit : ita & Stoicus hic noſter ſub Platonis rationibus , quaſi ſub clypeo audacter pugnat. Non ergo limites , quibus ſe circumſcripſerat , tranſgredi decrevit : ne , quod aiunt , extra chorum ſaltare cogeretur. Hæc quæ pro Epicteto dicerem , in præſentia ſuccurrerunt ; eaque plura nimium fuiſſe intelligo , quam epiſtolæ ratio poſtularet : non plura tamen , neque pluribus , ut arbitror , explicata quam oportuerit. Quæ ſi accipis , mi Scala , coeant jam in fœdera dextræ : ſin reſpuis , age iam qualem oppugnatorem præbueris , talem & Epicteto propugnatorem præſta. Atqui eum quidem te fuiſſe magnum virum omnes tradunt , & mihi centies repetitus perpetuo placet. Verendum tamen eſt , ne meus mihi labor , tanquam ſcitus filiolus ſubblandiatur : idque vel auctori ipſi apud me gratiam conciliet ; tibi vero , quod me ad hanc veluti pugnam provocaris , gratiam habeo. Pertinet enim id ,

id, quod & Ariſtoteles ait, ad ingenii profectum contentioſa diſceptatio, ut iam divine Homerus pugnam ipſam, quæ homines reddat illuſtres, κυδιάνειραν vocet: nec minus egregie noſter ignobile ocium dixerit. Quare ut me ſæpe vel irrites, etiam atque etiam te rogo. Eſt enim, mi Scala, reluctandum his temporum turbinibus literarum & philoſophiæ ſtudiis; ut iam nos ipſos nobis, quantum liceat, aſſeramus. Tua vero opera, quam tu quidem liberaliſſime, ut ſoles, pollicere, non minus fidenter, cum uſus venerit, utar, atque ad hanc diem ſum uſus. Vale kal. ſextilibus Mcccc Lxxix. Feſulis.

FINIS.

EPICTETI

APOPTHEGMATA.

NICOLAUS BLANCARDUS,
Leidenſis, Græca ex JOANNIS STO
BAEI Eclogis moralibus decerpſit;
HIERONYMUS WOL-
FIUS Latine vertit.

Accedunt è

MARCI AURELII ANTONINI
libris, & AGELLII Noctibus Atticis,
quædam fragmenta.

DE FORTUNA.

Ὁ τύχῃ βίῳ συμπεπλεγμένῳ, ἔοικε χειμάῤῥῳ ποταμῷ. ἐ γὰ παραχώδης, καὶ ἰλύος ἀνάπλεως, ἐ δυσέμβατος, ἐ τυραννικὴς, ἐ πολύηχος, ἐ ὀλιγοχρόνιος.

VIta quæ a Fortuna pendet, torrenti flumini ſimilis eſt: quippe turbulenta, cœnoſa, impervia, tyrannica, tumultuoſa, non diuturna. Stob. p. 6

De *virtute*.

Ψυχὴ ὁμιλῆσαι ἀρετῇ, ἔοικεν ἀενάῳ πηγῇ. ἐ γὰ καθαρὸν, ἐ ἀπέραχον, καὶ πότιμον, καὶ ὑγιεινὸν, καὶ κοινωνικὸν, καὶ ὠφέλιμον, καὶ ἀβλαβὲς, καὶ ἀνώλεθρον.

Animus virtuti familiaris, ib. perenni fonti eſt ſimilis, qui puram, placidam, potabilem, ſalubrem, ſociabilem, abundantem innoxiam, incorruptam aquam ſuppeditat.

De *profectu*.

Εἰ βέλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον ὅτι κακὸς εἶ. Κόλαζε τὰ πάθη, ἵνα μὴ ὑπ' αὐτῶν τιμωρῇ. Μὴ ἔτω τὸ εὖ τῆς δόξης αἰσχύνῃ, ὡς τὸ * ἐκ τῆς. * τῆς ἀληθείας ἀποφεύγε. Εἰ βέλῃ καλῶς ἀκούειν, μάθε καλῶς λέγειν. μαθὼν ἢ καλῶς λέγειν, πειρῶ καλῶς * ποιεῖν, ἢ ἔτω καρτώσῃ τὸ καλῶς ἀκούειν. * πράττειν.

Si bonus eſſe volueris, primum credito te malum eſſe. Caſtigato affectus, ne illi te puniant. Opinionem non tam verere, quam ipſius rei veritatem. Bene audire ſi cupis, diſce bene loqui: bene loqui edoctus, bene facere conare. Ita id conſequeris, ut & bene audias. ib. 291. 10.

De *divitiis & felicitate*.

Ἐξέταζε σαυτὸν, πότερον πλουτεῖν θέλεις, ἢ εὐδαιμονεῖν. καὶ εἰ μὲν πλουτεῖν, ἴσθι ὅτι ἔτε ἀγαθὸν, ἔτε ἐστὶ σοὶ πάντη. εἰ δὲ εὐ-

Inquire in teipſum, dives ne malis eſſe, an beatus? Quod ſi dives: ſcito id neque bonum eſſe, neque omnino penes te. Sin beatus: id & bonum eſſe, 120. 10.

δαιμονεῖν, ὅτι καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἐπὶ σοὶ. ἐπεὶ τὸ μὲν τύχης ἐπίκαιρον δάνειον. τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, προαιρίσεως.

& penes te. Nam opulentia quidem usura est ad breve tempus, a Fortuna concessa: Beatitudo vero ab animo & voluntate pendet.

De improbitate in divitiis.

Καθάπερ ἔχιν, ἢ ἀσπίδα, ἢ σκορπίον, ἐν ἐλεφαντίνῃ, ἢ χρυσῇ θεώμενος κίστῃ, οὐ διὰ τὸ πολυτελὲς τῆς ὕλης ἀγαπᾷς καὶ εὐδαιμονίζεις, ἀλλ' ὅτι λυμαντικὴ ἡ φύσις, ἐκτρέπῃ καὶ μυσάττῃ· οὕτω καὶ ἐπειδὰν πλούτῳ καὶ ὄγκῳ τύχης θεάσῃ κακίαν ἐνοῦσαν, μὴ καταπλαγῇς τὸ περιλαμπὲς τῆς ὕλης, ἀλλὰ καταφρόνει τῆς ἐν τῷ τρόπῳ κιβδηλίας.

Ut viperam aut aspidem scorpiumve in eburnea vel aurea cista visum, non ob materiæ pretium magnifacis & diligis, sed ob pestiferam naturam odisti & aversaris: ita cum in divitiis & fortunæ splendore improbitatem conspexeris, noli percelli divitiarum magnificentia, sed perversitatem morum aspernare. ib.

Modestia non temere cum opulentia coniungitur.

Ὁ πλοῦτος, οὐ τῶν ἀγαθῶν· ἡ πολυτέλεια τῶν κακῶν. ἡ σωφροσύνη, τῶν ἀγαθῶν. καλεῖ δὲ ἡ μὲν σωφροσύνη, ἐπὶ τὴν εὐτέλειαν, καὶ τὴν κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν. ὁ δὲ πλοῦτος, ἐπὶ τὴν πολυτέλειαν, καὶ ἀφέλκει τῆς σωφροσύνης. δυσχερὲς ἄρα πλουτοῦντα σωφρονεῖν, ἢ σωφρονοῦντα πλουτεῖν.

Divitiæ non sunt in bonis: luxus in malis est, modestia in bonis. Modestia vocat ad frugalitatem & paranda bona: opulentia ad luxum, & abstrahit a modestia. Difficile igitur est vel in divitiis modestiam colere, vel in modestia parare divitias. 120. 20.

Paupertas æquo ferenda animo.

Ὥσπερ εἰ ἐν νηὶ ἐσπάρης ἢ ἐτέχθης, οὐκ ἂν ἔσπευδες αὐτῆς κυβερνήτης ὑπάρχειν.

Quemadmodum si in navi conceptus aut natus esses, eius esse gubernator non stu- 120. 30.

χειν. οὔτε γὰρ ἐκεῖ σοι φύσει ἡ ναῦς συνέσται, οὔτε ἐνταῦθα ὁ πλοῦτος, ἀλλὰ πάντη ὁ λόγος. ὅπερ οὖν σοι φυσικὸν καὶ συγγενὲς ὁ λόγος, τοῦτο καὶ οἰκεῖον ἡγησάμενος. τούτου ἐπιμελοῦ. Ἐν Πέρσαις μὲν γεννηθεὶς, οὐκ ἔσπευδες οἰκεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀλλ' αὐτόθι διάγων εὐτυχεῖν· ἐν πενίᾳ δὲ γεννηθεὶς, τί σπεύδεις πλουτεῖν, ἀλλ' οὐκ αὐτόθι * μᾶλλον εὐτυχεῖν; Ὥσπερ ἐπὶ σμικροῦ σκίμποδος θλιβόμενον ὑγιαίνειν ἄμεινον, ἢ ἐπὶ πλατείας κλίνης κυλινδούμενον νοσεῖν· οὕτω καὶ ἐν μικρᾷ περιουσίᾳ βέλτιον συστελλόμενον * εὐδαιμονεῖν, ἢ ἐν μεγάλῃ τυγχάνοντα * δυστυχεῖν. Οὐ πενία λύπην ἐργάζεται ἀλλὰ † εὐθυμία· οὐδὲ πλοῦτος φόβου ἀπαλλάττει, ἀλλὰ λογισμός. κτησάμενος τοιγαροῦν τὸν λογισμὸν, οὔτε πλούτου * ἐπιθυμίαν, οὔτε πενίαν μέμψῃ. Οὔτε ἵππος ἐπὶ φάτνῃ καὶ φαλάροις καὶ τάπησιν, οὔτε ὄρνις ἐπὶ † κρόκῃ καὶ καλιᾷ ὑψοῦται καὶ γαυριᾷ, ἀλλ' ἄμφω ἐπὶ ὠκύτητι, ὁ μὲν ποδῶν, ὁ δὲ πτερῶν. καὶ σὺ τοιγαροῦν, μὴ ἐπὶ τροφῇ καὶ σκέπῃ καὶ ἁπλῶς τῇ ἔξωθεν περιουσίᾳ † μετογκύλλου, ἀλλ' ἐπὶ χρηστότητι καὶ εὐποιΐᾳ.

μένων εὐτυχεῖν.

* εὐθυμεῖν.

* δυσθυμεῖν.

† lege, ἐπιθυμία.

* ἐπιθυμήσεις.

† ῥώμῃ.

† μέγα ὀγκύλλου.

deres : ita neque in terris divitiæ tibi expetendæ sunt. Neque enim illic natura tecum cohæret navis, neque hic opulentia : sed ubique RATIO. Quæ ut tibi cognata & a natura tributa est : ita eam tuam esse ducito atque excolito. Si in Persia natus esses, habitare in Græcia non cuperes, sed ibi degens beatus esse. Cum autem in paupertate natus sis, quid ditescere cupis, ac non potius in ea esse felix? Ut in parvo lectulo coarctatum valere præstat, quam in amplo thalamo voluptatum ægrotare : sic in parvis copiis anguste vivere præstat, quam in magnis opibus afflictari. Non paupertas dolorem parit, sed cupiditas : neque divitiæ metu liberant, sed ratio. Ratione igitur exculta, nec divitias optabis, nec paupertatem reprehendes. Neque equus ob præsepe, phaleras & tapetes, neque avis ob cristam & nidum insolescit, sed uterque ob celeritatem, alter pedum, altera alarum. Neque tu igitur ob victum & amictum, aut ullas externas copias efferaris, sed ob humanitatem & beneficentiam.

Discrimen beatæ & luxuriosæ vitæ.

Τὸ καλῶς ζῆν, τοῦ πολυτελῶς διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ ἐκ σωφροσύνης, καὶ αὐταρκείας, καὶ ‡ εὐεξίας, καὶ κοσμιότητος, καὶ εὐτελείας παραγίνεται. τὸ δὲ ἐξ ἀκολασίας, καὶ τρυφῆς, καὶ ἀταξίας, καὶ ἀκοσμίας. τέλος δὲ, τοῦ μὲν ἔπαινος ἀληθὴς, τοῦ δὲ ψόγος. εἰ τοίνυν βούλει καλῶς ζῆν, μὴ ζήτει μετὰ πολυτελείας ἐπαινεῖσθαι. Μέτρον ἔστω σοὶ παντὸς σίτου καὶ πότου, ἡ πρώτη τῆς ὀρέξεως ἔμπλησις. ὄψον δὲ καὶ ἡδονὴ, αὐτὴ ἡ ὄρεξις· καὶ οὔτε πλείονα τῶν δεόντων προσοίσῃ, οὔτε ὀψοποιῶν δεήσῃ, ποτῷ τε τῷ παραπεσόντι ἀρκεσθήσῃ. Τὰς σιτήσεις ποιοῦ, μὴ * ἀνειμένας, καὶ σκυθρωπάς. ἀλλὰ λαμπρὰς καὶ εὐτελεῖς, ἵνα μήτε διὰ τὰ σωματικὰ αἱ ψυχαὶ ταράττωνται * φενακιζόμεναι, καὶ τῶν ἡδονῶν τῶν σωματικῶν ὀλιγωρῶσιν, ἔπειτα βλάπτωνται, τρυφῶντα μὲν παραυτίκα πλοῦτον, νοσοῦντα δὲ εἴσαυθις τὰ σώματα.

‡ Gesnerus, εὐταξίας.

* πολυτελεῖς.

* μήτε φενακιζόμεναι πρὸς τῶν ἡδονῶν.

Beata vita differt a luxuriosa. Nam illa quidem modestia, animo sua sorte contento, bona consuetudine, temperantia, frugalitate paratur: hæc intemperantia, delitiis, perturbatione ordinis: immodestia, ac finis illius laudatio vera est, huius vituperatio. Si ergo beate vivere cupis, ne captato laudem e luxu. Modus tibi omnis cibi & potus esto, prima expletio appetitus: condimentum & voluptas, ipse sit appetitus. Sic neque plusquam oportet ingeres, neque coquis egebis, & quovis potu contentus eris. Prandia & cœnæ sint neque petulantes, neque severæ, sed hilares & frugales: ut neque propter corpora mentes perturbentur inescatæ voluptatibus, neque se ipsas negligant, opum delitiis & morbis corporis afflictæ. 121. 1.

Animus curandus potius quam corpus.

Φρόντιζε ὅπως σε μὴ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ * μόνον ἐπαινῇ, ἀλλ' ἡ ἐν τῇ ψυχῇ εὐφρασία. ἐπεὶ τὰ μὲν ἐποσκυβαλίζεται, καὶ συνεκρεῖ, ὡς

* σιτία ἐπ.

Curato ut non ea tantum quæ ventri ingesseris, te laudent: sed & animi hilaritas, nam illa quidem in stereus redacta, torrentis instar effluunt: 121. 20. & 299. 40.

ὁρῶς

‡ Gesnerus conjicit ὁρᾷς vel ὀῤῥῶς. alibi est, καὶ συνεκρεῖ ὁ ἔπαινος.

‡ ὁρῶς· ἡ δὲ κἂν ἡ ψυχὴ χωρισθῇ, διὰ παντὸς ἀκήρατος μένει. Ἐν ταῖς ἑστιάσεσι μέμνησο, ὅτι δύο ὑποδέχῃ, σῶμα καὶ ψυχήν. καὶ ὅ, τι ἂν τῷ σώματι δῷς, τοῦτο εὐθὺς ἐξέχεας· ὅ, τι δὲ ἂν τῇ ψυχῇ, διαπαντὸς τηρεῖς.

hæc vero etiam separato animo, perpetuo incolumis manet. In conviviis meditare, 229
quemadmodum duo hæc, corpus & animum, tractes. Quicquid autem corpori dederis, statim effunditur: quod animo, perpetuo conservatur.

Ira luxui non miscenda.

Μὴ συγκεράσας ἅμα ὀργὴν πολυτελείᾳ προσένεγκαι. πολυτέλεια μὲν πηδήσασα τῷ σώματι, μετ' οὐ πολὺ οἴχεται. * ἡ δὲ ὀργὴ ἐνδοῦσα τῇ ψυχῇ, ἐπὶ τὸ. * ἣν δὲ ὀργὴν ἐνδὺς, ἐπὶ τὸ μήκιστον μένει· σκόπει τοιγαροῦν, ὅπως μὴ ὑπ' ὀργῆς ἐξαχθεὶς, τοὺς δαιτυμόνας πολυτελῶς ὑβρίσῃς· ἀλλὰ μᾶλλον μεθ' ἡμερότητος εὐτελῶς εὐφρανῇς. Αἰσχρὸν τοῖς τῶν μέλιττῶν δωρήμασι γλυκάζοντα τὴν κατάποσιν, τὸ τῶν θεῶν δῶρον τὸν λόγον πικράζειν τῇ κακίᾳ. Μελέτω σοι ἐν τοῖς σιτίοις, ὅπως σοι οἱ ὑπουργοῦντες, μὴ * πλουσιώτεροι τῶν ὑπουργουμένων ὑπάρχωσιν. ἄτοπον γὰρ, ὀλίγαις στιβάσι πολλὰς δουλεύειν ψυχάς.

* πλείους.

Noli mista iræ luxura frui. 121. 30.
Luxuria enim intra corpus recepta, non multo post perit: ira vero diutissime permanet. Quamobrem vide, ne ira impulsus, convivas laute simul & contumeliosè tractes, sed ut eos potius placabilitate & frugalitate exhilares. Apum enim muneribus cibos quidem & potiones 57. 40. & 121. 30.
delinire, dono vero deorum oratione vitia tanquam aculeo acerbe insectari, turpe est. In ferculis curæ tibi sit, ne ministri locupletiores sint iis quibus ministratur. Absurdum enim est, multos homines 121. 40.
paucis servire lectulis.

Æqualitas servanda in conviviis.

Ἄριστον μὲν εἰ κἂν ταῖς παρασκευαῖς χειρουργῶν, κἂν ταῖς τροφαῖς ἑστιώμενος * κυβερνᾶς τοῖς θεραπεύουσι τῶν

* Gesnerus, κοινωνεῖν τ. θ.

Optimum sane fuerit, tum 121. 40.
apparandis rebus necessariis manum admovere, tum in convivio ministris impertiri

πα-

παρόντων. εἰ δὲ τὸ τοιόνδε δυσχερὲς τῷ καιρῷ ὑπάρχοι, μέμνησο, ὅτι μὴ κάμνων ὑπ' ὀκνούντων ὑπουργῇ, ἐσθίων ὑπὸ μὴ ἐσθιόντων, πίνων ὑπὸ μὴ πινόντων, λαλῶν ὑπὸ σιωπώντων, ἀνειμένος ὑπὸ συνεσταλμένων. καὶ οὔτε αὐτὸς φλεγμήνας ἄτοπον πείσῃ, οὐδ' ἕτερον ἀγριάνας χαλεπὸν ἐργάσῃ.

de iis quæ adsunt. Quod si per tempus præstari commode nequiverit: memento tibi otioso ministrare negotiosos, edenti esurientes, bibenti sitientes, loquenti tacentes, exhilarato mœstos. Sic nec ipse inflammatus quicquam in te admittes, neque in alium abs te irritatum committes.

Contentio aliena conviviis.

Ἐρίζειν καὶ φιλονεικεῖν, πάντῃ μὲν * ἄτοπον, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς παρὰ πότον ὁμιλίαις ἀπρεπές. οὔτε γὰρ ἂν μεθύων νήφοντα διδάξει τις, οὔτ' αὖ μεθύων πρὸς νήφοντος πεισθείη. ἔνθα δὲ ἂν μὴ παρῇ * νῆψις, τέλος εἰκῇ σε παρέχει διατείνεσθαι. Οἱ τέττιγες μουσικοί, οἱ δὲ κοχλίαι * ξηροί. χαίρουσι οἱ δὲ μὲν ὑγραινόμενοι, οἱ δὲ ἀλεαινόμενοι. ἔπειτα προκαλεῖται τοὺς μὲν ἡ δρόσος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἐκδύνουσι· τοὺς δ' αὖ διεγείρει ἀκμάζων ὁ ἥλιος, καὶ ἐν αὐτῷ ᾄδουσι. τοιγαροῦν εἰ βούλει μουσικὸς καὶ εὐάρμοστος ὑπάρχειν ἀνὴρ, ἡνίκα ἐν τοῖς πότοις ὑπὸ τοῦ οἴνου δροσισθῇ ἡ ψυχὴ, τότε αὐτὴν μὴ ἔα προϊοῦσαν μολύνεσθαι· ἀλλ' ἡνίκα ἂν ἐν τοῖς συνεδρίοις ὑπὸ τοῦ λόγου διαπυρωθῇ, τότε θεσπίζειν καὶ ᾄδειν τὰ τῆς δικαιοσύνης κέλευε λόγια.

* ἀνοίκειον.

* πειθοῦς.

* ἄφωνοι.

Contentio cum omni loco aliena est, tum conviviorum sodalitatibus indignissima. Neque enim ebrius aliquis sobrium quicquam docebit, neque sobrius ebrio quicquam persuadebit. Ubi autem sobrietas abest, inanis & irritus est contentionis labor. Cicadæ canoræ sunt, cochleæ siccæ: ac hæ quidem humectatione, illæ apricatione gaudent: alteras ut testis emergant, ros provocat: alteras Solis ardor excitat, quo fervente cantillant. Quare si homo elegans & vrbanus esse voles, cum animus in conviviis irroratus vino fuerit, tum noli committere, ut prominens inquinetur. Sed cum in conciliis oratione inflammatus fuerit: tum respondere jube, & justitiæ canere oracula.

122. 50.

122. 1. & 302. 50.

Dis-

Disputatio, ejus qui cum disseras, moribus accommodanda.

Τὸν προσομιλοῦντα τριχῆ διασκοποῦ, ἢ ὡς ἀμείνονα, ἢ ὡς ἥττονα, ἢ ὡς ἴσον. καὶ εἰ μὲν ἀμείνονα, ἀκούειν χρὴ, καὶ πείθεσθαι αὐτῷ· εἰ δὲ ἥττονα, ἀπειθεῖν· εἰ δὲ ἴσον, συμφωνεῖν· καὶ οὔ ποτε ἁλώσῃ φιλονεικίας.

Eum cum quo disseris, trifariam considera, vel vt præstantiorem, vel ut inferiorem, vel ut parem. Qui si te sit melior, audiendus est, eique parendum: inferiori persuadendum, pari assentiendum. Sic nunquam in crimen contentionis incides. 122. 10.

Veritati cedendum.

Ἄμεινον τῇ ἀληθείᾳ συγχωρήσαντα τὴν δόξαν νικᾶν, ἢ τῇ δόξῃ συγχωρήσαντα, πρὸς τῆς ἀλιθείας νικᾶσθαι. Ζητῶν τὴν ἀληθείαν, οὐ ζητήσεις τὸ ἐκ παντὸς τρόπου νικᾶν· καὶ εὑρὼν τὴν ἀλήθειαν, ἕξεις τὸ μὴ νικᾶσθαι. Ἡ ἀλήθεια παρ' αὐτῇ νικᾷ, ἡ δὲ δόξα παρὰ τοῖς ἔξω.

Præstat veritati cedendo vincere opinionem, quam opinioni cedendo vinci a veritate. Quam dum inquiris, non id dabis operam, ut quovis modo vincas. Nam ea inventa, id consequeris, ut ne vincaris. Veritas ipsa penes sese vincit, opinio apud alios. 122. 20.

Virtus libertatis, servitutis vitium est nomen.

Ἐλευθερία καὶ δουλεία, τὸ μὲν ἀρετῆς ὄνομα, τὸ δὲ κακίας· ἄμφω δὲ προαιρέσεως ἔργα. οἷς δὲ προαιρέσις οὐ κοινωνεῖ, τούτων ψαύει μὲν οὐδέτερον· ψυχὴ δὲ δεσπόζειν εἴωθε σώματος, καὶ ὅσα τῶν ἀμφὶ σῶμα προαιρέσεως ἀκοινώνητα. οὐδεὶς γὰρ δοῦλος τὴν προαίρεσιν ὑπάρχων, ἐλεύθερος. Κακὸς δεσμὸς,

Duo nomina sunt Libertas & Servitus: illud virtutis, hoc vitii: utrunque voluntatis opus, quæ quibus tributa non est, ea neutrum horum attingit. Animus vero dominari solet corpori, & iis quæ corpori adjuncta sunt, voluntatis expertia. Nemo enim studio & voluntate servus, liber est. Malum vincu- 6. 30.

σώμα-

σώματος μὲν τύχη, ψυχῆς ἢ κακία. ὁ μὲν τὸ σῶμα λελυμένος, τῷ δὲ ψυχῷ δεδεμένος, δοῦλος. ὁ δ' αὖ τὸ σῶμα δεδεμένος, τῷ ἢ ψυχῷ λελυμένος, ἐλεύθερος. Τὸν μὲν τοῦ σώματος δεσμὸν, λύει καὶ φύσις διὰ θανάτου, καὶ ἡ κακία διὰ χρημάτων· τὸν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀρετὴ διὰ μαθήσεως, καὶ ‡ μεγαλοψυχίας, καὶ ἀσκήσεως.

‡ ἐμπειρίας.

lum eſt, ut fortuna corporis, ſic animi vitium. Nam corpore ſolutus, vinctus animo: ſervus eſt. Contra, ſolutus animo, vinctus corpore: liber. Ac vinculum quidem corporis & natura morte, & vitium pecunia diſſolvit: animi vero vinculum virtus magnitudine animi, doctrina, exercitatione.

Tranquillæ vitæ ratio.

Εἰ βούλει ἀπαραπόδως καὶ εὐαρέστως ζῆν, πειρῶ τοὺς οἰκείους πάντας σοι συμπαντοῦ ἀγαθοὺς ἔχειν. ἔξεις δὲ ἀγαθούς, εἰ τοὺς μὲν ἐθέλοντας παιδεύοις, τοὺς δὲ ἀκόντας, ἔπειτα καὶ χαλεπαινομένους ἀπολύοις. συμφεύξεται γὰρ τοῖς φυγοῦσιν ἡ μοχθηρία αὐτίκα, καὶ ἡ κακία· σωνυπολειφθήσεται δὲ τοῖς συμμένουσί σοι ἡ χρηστότης, καὶ ἡ ἐλευθερία. Βέλτιον μετὰ ἑνὸς ἐλευθέρου ζῆν, ἄφοβον καὶ ἐλεύθερον ὑπάρχειν, ἢ μετὰ πολλῶν δουλεύειν.

Si tranquille placidéque vivere cupis: operam dato, ut contubernales tui omnes ſint boni. Erunt autem boni, ſi eos inſtitueris, alios volentes, alios invitos, ac poſtea ſubactos dimiſeris. Nam cum iis qui fugerint, una & improbitas fugiet, & vitium: cum iis autem qui apud te manſerint, una remanebit & bonitas, & libertas. Præſtat cum uno libero degentem, ſecurum eſſe, & liberum, quam cum multis ſervire.

p. 6. 50. & 40. 30.

122. 20.

Quæ fieri tibi nolueris, ea ne feceris alteri.

Ὃ φεύγεις παθεῖν, τοῦτο μὴ ἐπιχείρει * διαπράττειν. φεύγεις δὲ δουλείαν, φυλάσσου τὸ δουλοῦσθαι. ὑπομένων γὰρ δουλοῦσθαι, αὐτὸς ὑπάρχειν ἀξιόπιστος οἰκέτης δοῦλος. ἔπειτα καὶ κακία ἀρετῇ κοινωνεῖ, οὔτε ἐλευθε-

* Geſnero ad i placet, φεύγειν.

Quod perpeti recuſas, id ne cui feceris. Recuſas autem ſervitutem: cave ergo ne tibi ſerviatur. Nam ſi ſerviri tibi paſſus fueris, te ante ſervum eſſe probabile eſt. Neque enim virtus cum vitio, neque

122. 20. 30.

ἐλευθε-

θελία δουλείας. Ὥσπερ ὁ ὑγιαίνων οὐκ ἂν ὑπὸ νοσούντων βούλοιτο θεραπεύεσθαι, οὔτε τὰς συνοικοδομὰς ἑαυτῷ νοσεῖν· οὕτως οὔτε ἐλεύθερος ἀνέχοιτ' ἂν ὑπὸ δούλων ὑπηρετεῖσθαι, ἢ τὰς συμβιοτεύσας ἑαυτῷ δουλεύειν.

cum ſervitute libertas quicquam commune habet. Ut enim is qui valet, neque ſe curari ab ægrotantibus, neque contubernales ſuos ægrotare vult: ſic homo liber neque a ſervis ſibi miniſtrari, neque convictores ſervire ſibi vult.

Libertatis recuperandæ ratio.

Ὅστις θέλεις δούλων ἄκρατος ὑπάρχειν, αὐτὸς ἀπολύθητι δουλείας· ἔσῃ δ' ἐλεύθερος, ἐὰν ἀπολυθῇς ἐπιθυμίας. οὔτε γὰρ Ἀριστείδης, οὔτε Ἐπαμινώνδας, οὔτε Λυκοῦργος πλουτοῦντες καὶ δουλούμενοι, ὁ μὲν δίκαιος, ὁ δὲ θεὸς, ὁ δὲ ‡ σωτὴρ ‡ προσηγορεύθησαν· ἀλλ' ὅτι πενόμενοι, τὴν Ἑλλάδα δουλείας ἀπέλυον.

‡ ἀντιγορ.

Qui abſque ſervis eſſe cupis, ipſe ſervitute liberator. Liberaberis autem, ſi cupiditate ſolutus fueris. Neque enim Ariſtides, neque Epaminondas, neque Lycurgus, quod divites eſſent, & ſervos haberent, alius juſtus, alius deus, alius ſervator eſt appellatus: ſed quod, quamvis pauperes, Græciam ſervitute liberaſſent. 122. 40. & 291.

Rei familiaris tuendæ ratio.

Εἰ θέλεις τὴν οἰκίαν εὖ οἰκεῖσθαι, μιμοῦ τὸν Σπαρτιάτην Λυκοῦργον. ὃν γὰρ τρόπον οὗτος τὴν πόλιν ἔφραξεν, ἀλλ' ἀρετῇ τοὺς συνοικοδομὰς ὠχύρωσε, καὶ ἀθάνατον ἐτήρησεν ἐλευθέραν τὴν πόλιν· οὕτω καὶ σὺ μὴ μεγάλῳ αὐλῷ κόσμει, καὶ πύργους ὑψηλοὺς ἀνίστα, ἀλλὰ τὰς συνοικοδομὰς οἴκοις καὶ πίστει καὶ φιλίᾳ τήρει, καὶ οὐδὲν

Si rem familiarem probe adminiſtrare cupis, Spartiatam Lycurgum imitare. Ut enim is non urbem mœnibus cinxit, ſed cives virtute muniit, urbiſque libertatem perpetuo defendit: ſic tu ne magnam domum complectere, neque altis turribus adornato, ſed habitatores benevolentia, fide, amicitia confirma. Sic nihil eam mali ingre- 122. 50.

εἰς

εἰς αὐτὴν εἰσελεύσεται βλαβερὸν, οὐδ' ἂν τὸ σύμπαν τῆς κακίας παρατάξηται στίφος.

dietur, etiam si universæ improbitatis turmæ impetum in eam fecerint.

Ædium ornamenta.

Μὴ πίναξι καὶ γραφαῖς τὴν οἰκίαν σου περίβαλλε, ἀλλὰ σωφροσύνῃ κατάγραφε. τὸ μὲν γὰρ ἀλλοῖον, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστιν * ἐπίκουρος γοητεία· τὸ δὲ, σύμφυτος καὶ ἀνεξάλειπτος, καὶ ἀΐδιος οἰκίας κόσμος.

* Gesnerus malle: ἐπίκουρος.

Noli tabulis & picturis ædes tuas occupare: sed modestia, sobrietate, temperantia depingito. Quod enim aliunde accedit, impostura quadam ad pascendos oculos adhibetur. Modestia vero est innatum & indelebile & perenne domus ornamentum. 122. 50.

Amicitia armentis potior.

Ἀντὶ βοῶν ἀγέλης, πειρῶ φίλων ἀγέλας ἐναγελάζεσθαί σου τῇ οἰκίᾳ.

Dato operam, ut multi amici potius, quam multi boves in tua domo sint. 123. 1.

Assentatores cavendi.

Ὥσπερ λύκος ὅμοιον κυνὶ, οὕτω καὶ κόλαξ καὶ μοιχὸς καὶ παράσιτος ὅμοιος φίλῳ. πρόσεχε τοιγαροῦν, μὴ ἀντὶ κυνῶν φυλάκων, λάθῃς λυμεῶνας εἰσδεχόμενος λύκους.

Ut lupus similis est cani: sic & adulator, & adulter, & parasitus similis est amico. Cave ergo, ne deceptus, canum custodum loco pestilentes lupos admittas. ib.

Benignitatis splendor.

Τῷ μὲν γύψῳ λευκανθίζουσαν σπουδάζειν θαυμάζεσθαι τὴν οἰκίαν, ἀπειροκάλου· τὸ δὲ ἦθος χρηστότητι κοινωνίας λαμπρύνειν, φιλοκάλου τε ἅμα καὶ φιλανθρώπου.

Elaborare ut gypso candefacta domus in admiratione sit, luxuriosi est: animum vero benignitate liberalitatis illustrare, est & splendidi, & humani. 123. 10.

Parva

Parva contemnenda, magna amplectenda.

Ἐὰν θαυμάζῃς τὰ μικρὰ, πρῶτον μεγάλων ἀξιωθήσῃ. ἐὰν δὲ καταφρονήσῃς τῶν μικρῶν, μεγάλως θαυμασθήσῃ· οὐδὲν μικρότερον φιληδονίας· καὶ φιλοκερδίας, καὶ ἀλαζωνείας· * οὐδὲν κρεῖσσον μεγαλοψυχίας, καὶ πρᾳότητος. καὶ φιλανθρωπίας.

* Οὐδὲ κρεῖσσον μεγαλοφροσύνης καὶ ἡμερότητος φιλανθρωπίας καὶ εὐποιΐας.

Si initio parva admiratus fueris, magnis indignum te præbebis. Sin parva contemseris, in magna eris admiratione. Nihil minutius est studio voluptatis, avaritia, arrogantia: nihil præstantius magnitudine animi, clementia, humanitate. ib.

Spes moderanda.

Οὔτε ναῦν * ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ἁρμοστέον. Καὶ τοῖς σκέλεσι καὶ ταῖς ἐλπίσι τὰ δυνατὰ δεῖ διαβαίνειν.

* ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου.

Nec navem una ancora, nec vitam una spe niti decet. Et pedibus & votis ea perambulanda sunt, quæ fieri possunt. 854. 20.

Magistratus non temere invadendus.

Ὥσπερ εἰ ναῦν κυβερνᾷν ἐπεχείρεις, πάντως ἂν τὴν κυβερνητικὴν ἐξεμάνθανες τέχνην. ἐξέσται γὰρ σοι ὥσπερ ἐκεῖσε πᾶσαν τὴν ναῦν, οὕτω κἀνθάδε πᾶσαν κυβερνᾷν πόλιν.

Ut navim gubernaturus, omnino gubernandi artem perdisceres: sic rempublicam administraturus, urbis regendæ rationem discito. Nam ut ibi quamvis navim: ita hac quamvis urbem, arte utriusque rei cognita, regere poteris. 536. pr.

Ornamenta vrbium.

Εἰ πρόκειταί σοι τὴν πόλιν ἀναθήμασι κοσμεῖν, σεαυτῷ πρῶτον ἀνάθες τὸ κάλλιστον ἡμερότητος καὶ δικαιοσύνης καὶ εὐποιΐας ἀνάθημα.

Si tibi propositum est urbem donariis ornare: te ipsum in primis illi dedicato pulcherrimum mansuetudinis, iustitiæ, beneficentiæ monimentum. 536. 10.

Amplitudo vrbium.

Εὐποιήσεις σὺ τὴ μέγιστα τὴν πόλιν, εἰ μὴ τὰς ὀρόφους ὑψώσῃς, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς αὐξήσῃς. ἄμεινον γὰρ ἐν μικροῖς οἰκήμασι μεγάλας οἰκεῖν ψυχὰς, ἢ ἐν μεγάλαις οἰκίαις ταπεινὰ φωλεύειν ἀνδράποδα.

Optime de Repub. mereberis, non ſi tecta ædium in altum eduxeris: ſed ſi civium animos evexeris. Præſtat enim in parvis domibus magnos habitare animos, quam in magnis ædibus humilia deliteſcere mancipia. ib.

Mœnia vrbium.

Μὴ τοῖς τῆς ἐξ Εὐβοίας ἢ Σπάρτης λίθοις τὰς τείχους τὴ κατασκευὴ ποίκιλε. ἀλλὰ γὰρ τῇ ἐν τῆς Ἑλλάδος παιδείᾳ τὰ εἴσω τῶν πολιτῶν καὶ τῶν πολιτευομένων διακόσμει. γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν δεῖ οἰκεῖσθαι πόλεις, ἀλλ' οὐ λίθοις καὶ ξύλοις.

Non Euboicis & Spartanis lapidibus ſtructura mœnium interpolanda eſt, ſed Græca diſciplina civium & magiſtratuum pectora adornanda. Florentes enim & tranquillas faciunt reſpub. virorum animi, non ligna & ſaxa. ib.

Fortitudo civium, luxu potior.

Ὥσπερ εἰ λέοντος ἐβούλου τρέφειν, οὐκ ἂν σοι τῆς πολυτελείας τῶν ζωγρείων ἔμελεν, ἀλλὰ τῆς φύσεως τῶν ζώων. οὕτως εἰ πολιτῶν πειρᾷ προΐστασθαι, μὴ τοσοῦτον τῆς πολυτελείας τῶν ἀναθημάτων φρόντιζε, ὁπόσον τῆς ἀνδρείας τῶν συνδιατελούντων ἐπιμελοῦ.

Quemadmodum ſi leonos alere velles, non tam pretium vinculorum quam ipſius animantis naturam curares: ita ſi civibus præeſſe ſtudes, non tam pretium donariorum curato, quam virtutem incolarum. ib. 20.

Cives pro varietate ingeniorum tractandi.

Καθάπερ ἀγαθὸς παιδεύμενος, ἐκ τῶν πώλων τοὺς μὲν ἀγα-

Sicut bonus equiſo, non quidem bonos pullos alit, ef- ib. 30.

ἀγα-

ἀγαθοὺς τρέφει, τοὺς δὲ δυσηνίους λιμώττειν ἐᾷ, ἀλλὰ τρέφει μὲν ἐπίσης ἄμφω, κολάζει δὲ μᾶλλον θάτερον, ἐξισοῦν θατέρῳ βιαζόμενος μέρει. οὕτω καὶ κηδεμονικὸς ἀνὴρ, καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμων δυνάμεως τῶν πολιτῶν, τοὺς μὲν εὐγνώμονας ποιεῖν ἐπιχειρεῖ. τοὺς δὲ ἔμπαλιν, οὐ καθάπαξ διαφθείρεσθαι· ἀλλὰ τροφῆς μὲν ἀμφοῖν ἥκιστα φθονεῖ, παιδεύει δὲ, καὶ σφοδρότερον ἐπισπέρχει τὸν ἀντιβαίνοντα τῷ λόγῳ καὶ τῷ νόμῳ.

frenes vero esurire sinit, sed ex æquo alit utrosque: sed alteros acrius castigat, & alteris æquare studet. ita etiam is cui respublica curæ est, quique regendæ civitatis rationem tenet, moderatos cives beneficiis afficere studet, improbos vero neque subito occidit neque victum illis eundem invidet: sed vehementius castigat & urget eum; qui rationi & legi adversatur.

Vulgus non timendum.

Καθάπερ οὔτε κλαγγῇ χὴν, οὔτε βληχῇ καταπλήσσεται. πρόβατον· οὕτως οὐδὲ πλήθους ἀνοήτου σε δεδιττέσθω φωνή. Ὥσπερ πλῆθος ἀκρίτως αἰτοῦντί σε τῶν ἰδίων οὐ δυσωπεῖ· οὕτω μηδὲ ὄχλον ἀδίκως σε δυσωποῦντα διατραπῇς.

Sicut nec strepitu anser, nec balatu ovis percellitur: ita neque te væcordis multitudinis vox terreat. Ut multitudo temere aliquid suum postulans, te non perturbat: sic tu neque populum inique obturbantem tibi reformidato. ib. 40. 539. 40.

Ultro præstandum quod debetur.

Ὅπερ ἐπιβάλλει τῇ πόλει, τοῦτο εἴσφερε φθάνων· καὶ οὐδέποτε αἰτηθήσῃ τὰ ἐπιβάλλοντα.

Quod Reipublicæ debetur, id vltro confer, priusquam Postuletur: sic nunquam abs te postulabitur, quod non debetur ib.

Ultro & alacriter largiendum.

Ὥσπερ ὁ ἥλιος οὐ περιμένει λιτὰς καὶ γοητείας, ἵνα ἀνατείλῃ· ἀλλ' εὐθὺς λάμπει, καὶ πρὸς ἁπάντων ἀσπάζεται· οὕτω μηδὲ σὺ περίμενε κρό-

Quemadmodum Sol non exspectat preces aut præstigias, ut oriatur: sed statim splendet, & ab omnibus salutatur: sic neque tu applausus ib. 50.

τους καὶ ψόφους καὶ ἐπαίνους, ἵν' εὖ ποιήσῃς, ἀλλ' ἑκοντὴς εὐεργέτει, καὶ ἴσα τῷ ἡλίῳ φιληθήσῃ.

& strepitus & laudationes exspectato, ut benefacias: sed ultro bene merere, & æque ac sol amaberis.

Corpus sordidissimum & molestissimum naturæ instinctu amamus.

Ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι. τοῦ γὰρ ζῆν κακῶς, τὸ τεθνᾶναι κρεῖσσον. Πύῤῥων ἔλεγε, μηδὲν διαφέρειν ζῆν ἢ τεθνᾶναι. καί τις ἔφη πρὸς αὐτόν· τί οὖν σὺ οὐκ ἀποθνήσκεις; ὁ δὲ, ὅτι, εἶπεν, οὐδὲν διαφέρει. Θαυμαστὴ ἡ φύσις, καὶ, ὥς φησι Ξενοφῶν, φιλόζωος. Τὸ γοῦν σῶμα τὸ πάντων ἀηδέστατον καὶ ῥυπαρώτατον στέργομεν καὶ θεραπεύομεν. εἰ γὰρ ἔδει πέντε μόναις ἡμέραις θεραπεῦσαι τὸ τοῦ γείτονος σῶμα, οὐκ ἂν ὑπεμείναμεν. ὅρα γὰρ οἷόν ἐστιν, ἕωθεν ἀναστάντα, τρίβειν τοὺς ὀδόντας τοὺς ἀλλοτρίους, καί τι τῶν ἀναγκαίων ποιήσαντα, ἀπονίζειν ἐκεῖνα τὰ μέρη; τὸ ὄντι θαυμαστόν ἐστι φιλεῖν πρᾶγμα, ᾧ τοσαῦτα λειτουργοῦμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ναττω τουτονὶ τὸν θυλακον, εἶτα κενῶ. τί τούτου βαρυτερον; ἀλλὰ Θεῷ δεῖ με ὑπηρετεῖν. διὰ τοῦτο μένω καὶ ἀνέχομαι λούων τὸ δύστηνον τοῦτο σωμάτιον, χορτάζων, σκέπων. ὅτε δὲ νεώτερος ἦν, καὶ ἄλλό τι προσέταττέ μοι, καὶ ὅμως ἠνειχό-

Mederi animo est magis necessarium, quam corpori. Nam mors improbæ vitæ præstat. Pyrrhon dicebat, nihil inter vitam & mortem interesse. Sed rogatus a quodam, Cur ergo ipse non moreretur? Ob istuc ipsum, inquit, quod nihil interest. Mira quædam res est Natura, &, ut ait Xenophon, vitæ amans. Corpus enim omnium molestissimum & sordidissimum diligimus & curamus. Quod si quinque tantum diebus vicini corpus curandum esset: eam ferre molestiam non possemus. Quam esset grave, mane, cum surrexisses, alienos fricare dentes: & illas purgare corporis partes, quæ ad naturæ necessitatem datæ sunt? Omnino mirum quiddam est, eam nos rem diligere, cui toties singulis diebus inservimus. Impleo saccum hunc, deinde exonero. Quid hoc molestius? Sed Deo me parere oportet: eaque de causa non recuso manere in vita, & miserum hoc corpusculum lavare, pascere, tegere. Cum vero iunior essem, etiam aliud quiddam

879. 19 & 890. 10. & 928. 36

μὴν

μὴν αὐτοῦ. Διὰ τί οὖν οὐκ ἀνέχεσθε, ὅταν ἡ δοῦσα ὑμῖν φύσις τὸ σῶμα ἀφαιρῆται; φιλῶ * φησιν αὐτό. οὐκοῦν ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, καὶ αὐτὸ φιλεῖν ἡ φύσις σοι δέδωκεν. ἡ δ' αὐτὴ λέγει, ἄφες ἤδη, καὶ μηκέτι πρᾶγμα ἔχε. * Ἐὰν νέος τελευτᾷ τὸν βίον, ἐγκαλεῖ τοῖς θεοῖς, ὅτι δέον αὐτὸν ἤδη ἀναπεπαῦσθαι, πρᾶγμα ἔχει. καὶ οὐδὲν ὅταν προσῄη ὁ θάνατος, ζῆν βούλεται, καὶ πέμπει παρὰ τὸν ἰατρόν· καὶ δεῖται αὐτοῦ μηδὲν ἀπολιπεῖν προθυμίας καὶ ἐπιμελείας. θαυμαστοὶ ἄνθρωποι, μήτε ζῆν θέλοντες, μήτε ἀποθνήσκειν. τοῦ σπλείονος βίου, φαυλοτέρου ᾖ, ἐλάσσω ἀμείνονα ὄντα, παντὶ πάντως προαιρετέον.

Gesnerus legit, φῄς.

Gesnerus legit, ἐὰν γέρων μὴ τελευτᾷ.

mihi imperabat, egoque nihilo minus id ferebam. Cur igitur repugnatis, cum Natura corpus: quod dederat, vobis aufert? Amo id, aiunt. Ergo id quod modo dicebam, istum ipsum amorem Natura vobis dedit. Eadem vero ait: Amitte ipsum iam, neque sis amplius occupatus. Si adolescens mortem obit, accusat Deos, quasi ante diem fato abreptus. Si senex curis & negotiis implicatur: queritur se tum esse occupatum, cum requiescendum esset, & nihilo minus ingruente morte vivere vult: accersit medicum, orat ne ulli labori & diligentiæ parcat. Mirabiles profecto homines, qui neque vivere velint neque mori. Longiori vitæ & deteriori, brevior & melior omnibus utique modis est præferenda.

Virtus divitiis potior.

Πλούτῳ μὲν δὴ χρηστέον ὡς ὕλη τινὸς, οὐκ ἐπὶ παντὸς ὁμοίως. ἀρετὴν οὖν τοῖς πᾶσι μᾶλλον εὐκταῖον, ἢ πλοῦτον ἀνοήτοις σφαλερὸν. ὑπὸ γὰρ χρημάτων αὔξεται κακία· καὶ ὅσῳ τὶς ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει; τὸ λυσσῶδες αὐτοῦ τῶν ἡδονῶν ἐκπληροῦν ἔχων. οὐδεὶς φιλοχρήματος, καὶ φιλήδονος, καὶ φιλόδοξος, καὶ φιλάνθρωπος, ἀλλὰ μόνος ὁ φιλόκαλος.

Divitiis utendum est, ut materia quadam non in omni re eodem modo. Virtutem igitur omnibus optare præstat, quam divitias insipientibus periculosas. Pecuniis enim augetur improbitas: & quo quisque stultior est, eo magis insolescit, cum voluptatum suarum rabiem explere potest. Nemo avarus, nemo voluptarius, nemo ambitiosus est, idemque humanus, sed solus honestatis studiosus. 757. pr. 85. 40.

Honesta paupertas luxuriosis opibus potior.

Ὥσπερ οὐκ ἂν ἐβούλου ἐν νηὶ μεγάλῃ καὶ γλαφυρᾷ, καὶ πολυχρύσῳ πλέων βαπτίζεσθαι· οὕτω μηδὲ ἐν οἰκίᾳ αἱροῦ ὑπερμεγέθει καὶ πολυτελεῖ * καθήμενος χειμάζεσθαι. Ἐν πενίᾳ μὲν τις διετέλεσεν εὐδαίμων, ὡς ἥκιστα δὲ πλούτῳ καὶ ἀρχαῖς. τοσοῦτον ὑπεραίρει πενίας ἀγαθὸν, ὥστ' αἰσχροῦ πλούτου νόμιμος ἀνὴρ οὐδεὶς ἀλλάξαιτ' ἂν πενίαν. εἴγε μὴ τῶν ποτὲ Ἀθηναίων ὁ πλουσιώτατος ἀμείνων ἦν Ἀριστείδου καὶ Σωκράτους Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους ἐν πενίᾳ τῆς ἀρετῆς. ὁ δὲ πλοῦτος ἐκείνου αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἐξίτηλός τε καὶ ἀνώνυμος. φαύλῳ γὰρ ἅμα τῷ θανάτῳ πάντα συνοίχεται, τὸ δὲ καλὸν αἰώνιον.

* αὐλιζόμενος.

Quemadmodum in navi magna, eleganti & aurata navigans, mergi nolles: sic ne velis in ædibus ingentibus & sumtuosis sedens iactari tempestate. In paupertate quis- 777. 51
piam felix ætatem exegit, rarissime vero in divitiis & magistratibus, Tantum excellit paupertatis bonum, ut nemo vir bonus paupertatem cum turpibus divitiis commutatam velit: nisi forte olim Atheniensium ditissimus Themistocles, Neoclis F. in egestate virtutis melior fuit Aristide & Socrate. Opulentia vero eius & ipsa evanuit, celebrarique desiit. Nam cum improbo viro in morte una pereunt omnia: honestas vero est æterna.

Deorum muneribus acquiescendum.

Εἰς συμπόσιον μὲν οὖν παρακληθέντες, τῷ παρόντι χρώμεθα. εἰ δὲ τις κελεύοι τὸν ὑποδεχόμενον ἰχθῦς αὐτῷ παρατιθέναι, ἢ πλακοῦντας, ἄτοπος ἂν δόξειεν· ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἰτοῦμεν τοὺς θεοὺς ἃ μὴ διδόασι, καὶ ταῦτα πολλῶν ὄντων, ἅγε ἡμῖν δεδώκασι.

Invitati ad convivium, eo 101. 50.
quod adest fruimur. Si quis vero postulet a convivatore ut sibi pisces aut placentas apponat: ineptus habeatur. In mundo autem multa flagitamus a Diis immortalibus, quæ illi negant: idque, cum multa sint quæ nobis dederunt.

Quis

Quis alio præſtantior?

Χαρίεντες ἔφη εἰσὶν, οἱ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐγώ σε φησὶ κρείττων εἰμί. ἀγρούς γὰρ ἔχω πολλούς, σὺ δὲ λιμῷ διαφθείῃ. ἄλλος λέγει, ἐγὼ ὑπατικός εἰμι. ἄλλος, ἐπίτροπος ἐγώ. ἄλλος, ἐγὼ ἐλαὰς τείχας ἔχω. ἵππος δ' ἵππῳ οὐ λέγει, ὅτι κρείττων εἰμί σου· πολὺν γὰρ κέκτημαι χιλὸν, καὶ κριθὰς πολλὰς, καὶ χαλινοί μοι εἰσὶ χρυσοῖ, καὶ ἐφίππεια ποικίλα· ἀλλ' ὅτι ὠκύτερός σου εἰμί. ἦ πᾶν ζῶον κρεῖττον καὶ χείρον ἐστὶν οὐ τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς καὶ κακίας. ἆρ' οὖν ἀνθρώπου μόνου ἀρετὴ οὐκ ἔστιν; ἀλλὰ δεῖ ἡμᾶς εἰς τείχας ἀφορᾶν, καὶ τὰ ἱμάτια, καὶ τοὺς πώπους;

Lepidi homines ſunt, qui rebus noſtræ poteſtati non ſubiectis gloriantur. Ego te, inquit, ſum melior. Agros enim multos habeo, tu vero fame conflictaris. Alius ait: Ego ſum conſularis, ego procurator: alius, ego ſum criſpus. Equus vero equo non dicit, ego ſum te melior, quia multum pabuli habeo, multum hordei: & varia ephippia: ſed, quia ſum te celerior, atque adeo quodvis animal ſuapte virtute aut vitio, vel melius eſt, vel peius. Hominis ergo ſolius nulla eſt virtus; ſed capilli, & veſtes, & avi nobis ſpectandi ſunt? 101. 50.

Philoſophi munus.

Τῷ μὲν ἰατρῷ μηδὲν συμβουλεύοντι ἄχθονται οἱ κάμνοντες, καὶ ἡγοῦνται ἀπεγνωκέναι ὑπ' αὐτοῦ. τοῖς δὲ τὸ φιλόσοφον * διὸ οὐκ ἄν τις οὕτω διατεθείη, ὥστε οἰηθῆναι ἀπεγνωκέναι ὑπ' αὐτοῦ σωφρονήσειν, εἰ μηδὲν λέγοι τι τοῖς αὐτὸν τὸ χρησίμων.

* Fort. διαπ.

Ut medici eſt, ægrotos; ita philoſophi, homines vitioſos monere. Medico quidem nihil conſulenti ſuccenſent ægrotantes, eumque de ſua deſperaſſe ſalute autumant. Cum vero erga philoſophum eodem modo affecti non ſunt, ut exſtiment, eum de emendatione ipſorum deſperaſſe, ſi nihil utile præceperit? 102. 10.

Tolerantia & corporis & animi sanitatem arguit.

Οἱ τὸ σῶμα εὖ διακείμενοι, καὶ καύματα καὶ ψύχη ὑπομένουσιν. οὕτω δὲ καὶ οἱ τὴν ψυχὴν καλῶς διακείμενοι, καὶ ὀργὴν, καὶ λύπην, καὶ περιχάρειαν, καὶ τ' ἄλλη πάθη φέρουσι.

Qui corpore valent, & æstus & frigora tolerant. Sic qui animo bene constituti sunt, & iram & dolorem, & lætitiam & cæteros affectus ferunt. ib.

Lycurgi patientia & prudentia.

Τὸ δὲ Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίου, τίς ὑμῶν οὐ θαυμάζει; πηρωθεὶς γὰρ ὑπό τινος τῶν πολιτῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον, καὶ παραλαβὼν τὸν νεανίσκον παρὰ τοῦ δήμου, ἵνα τιμωρήσαιτο ὅπως αὐτὸς βούληται, τούτου μὲν ἀπέσχετο· παιδεύσας δὲ αὐτὸν, καὶ ἀποφήνας ἄνδρα ἀγαθὸν, παρήγαγεν εἰς τὸ θέατρον. θαυμαζόντων δὲ Λακεδαιμονίων, τοῦτον μὲν τοι λαβὼν, ἔφη, παρ' ὑμῶν ὑβριστὴν καὶ βίαιον, ἀποδίδωμι ὑμῖν ἐπιεικῆ καὶ δημοτικόν.

Lycurgi Lacedæmonii facinus quis nostrum non miratur? qui a cive quodam, altero mulctatus oculo: cum a populo sibi traditum, ut suo arbitratu mulctaret, nulla quidem pœna affecit, sed instituit. Cumque iam virum bonum effecisset, in theatrum produxit. Admirantibus autem Lacedæmoniis: Hunc, inquit, cum a vobis superbum & iniustum accepissem, vobis æquum & popularem restituo. 307. 30.

Pittaci clementia.

Πιττακὸς ἀδικηθεὶς ὑπό τινος καὶ ἔχων ἐξουσίαν αὐτὸν κολάσαι, ἀφῆκεν εἰπών· συγγνώμη τιμωρίας ἀμείνων. τὸ μὲν γὰρ ἡμέρου φύσεώς ἐστι, τὸ δὲ θηριώδους.

Pittacus quendam a quo læsus fuerat, cum mulctare posset, dimisit: & veniam ultioni præstare dixit, quod illa mansuetæ, hæc ferinæ esset naturæ. 307. 40.

Par-

Parcere humanitatis eſt.

Ὅταν μὴ ἀναπάσεως καὶ ἀπειλῆς ἐπιχειρεῖς, μέμνησο σωφρονίζειν, ὅτι ἥμερος εἶ. καὶ οὐδὲν ἄγριον δράσας, ἀμεταμέλητος καὶ ἀνεύθυνος ἀφῆλθες.

Si quem cum vehementia & minis invadis: memento tibi dicere, te manſuetum eſſe. Ita cum nihil ferociter egeris, nullius facti te pœnitebit, neque unquam accuſaberis. 316. pr.

Labor utilis.

Διογένης οὐδένα πόνον καλὸν ἔφησεν εἶναι πόνον, ὃς μὴ τέλος * εἶναι εὐψυχίαν, καὶ τόνον ψυχῆς, ἀλλ' οὐχὶ σώματος.

* εἴη εὐψυχία καὶ τόνος.

Diogenes ullum laborem bonum eſſe negavit, cuius finis non eſſe fiducia, & animi potius quam corporis robur. 167. 20.

Raro delinquendum.

Βέλτιον ὀλιγάκις πλημμελεῖν, ὁμολογοῦντα σωφρονεῖν πλεοναάκις, ἢ ὀλιγάκις ἁμαρτεῖν, λέγοντα πλημμελεῖν πολλάκις.

Præſtat raro delinquere, profitentem te ſæpius modeſtum eſſe: quam raro peccare, ſi te ſæpe dicas delinquere. St. 6. 10.

Voluptas an ſit ſecundum naturam?

Τὰς δυσχερεῖς ἢ φιλοσόφους εἰς μέσον ἄγοντες. οἷς δοκεῖ καὶ φύσιν ἡδονὴ εἶναι, ἀλλ' ἐπιγίνεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν, δικαιοσύνη, σωφροσύνη, ἐλευθερία. τί πρὸς ἓν ἡ ψυχὴ ἐοικὸς μὲν τοῖς τοῦ σώματος ἀγαθοῖς μικροτέροις ὅσπερ χαίρει, καὶ γαληνιᾷ, ὡς φησιν Ἐπίκουρος· ἐπὶ δὲ τοῖς αὐτῆς ἀγαθοῖς μεγίστοις ὄσιν οὐχ ἥδεται; καί τοι καὶ δεδωκέ μοι

Moroſos dicunt eos eſſe philoſophos, qui voluptatem eſſe naturæ conſentaneam non putant: ſed conſequi ea quę ſecundum naturam ſint, iuſtitiam, modeſtiam, libertatem. Cur ergo animus commodis corporis, quæ minora ſunt, gaudet: maximis vero bonis ſuis non lætatur? Atqui. Natura mihi dedit verecundiam: & ſæpe erubeſco, ſi quid mi- 131. pr.

ἡ φύσις αἰδῶ, καὶ πολλὰ ἐρυθριῶ, ὅταν τι ὑπολάβω αἰσχρὸν λέγειν. τοῦτό με τὸ κίνημα οὐκ ἐᾷ τὴν ἡδονὴν θέσθαι ἀγαθὸν, καὶ τέλος τοῦ βίου.

hi videor turpe dicere. Is motus mihi obstat, quo minus voluptatem bonum & vitæ finem statuam.

Judex verus.

* αἰ. εὐθὺς

Ὥσπερ * ἀληθὴς ζυγὸς οὔτε πρὸς ἀληθοῦς ἰθύνεται ζυγοῦ, οὔθ' ὑπὸ ψευδοῦς κρίνεται· οὕτω καὶ ὁ δίκαιος κριτὴς, οὔθ' ὑπὸ δικαίων εὐθύνεται, οὔτε παρ' ἀδίκοις δικάζεται.

Ut vera libra nec a vera libra regitur, neque a falsa iudicatur: sic etiam iustus iudex, neque a iustis accusatur, neque apud iniustos causam dicit. 187. 5 & 212. 30. 18 pr.

Ὥσπερ τὸ εὐθὺ εὐθέως οὐ δεῖται, οὕτως οὐδὲ τὸ δίκαιον δικαίου.

Ut rectum recto non eget, sic neque iustum iusto.

Μὴ πρότερον ἑτέρῳ δικαστηρίῳ δικάσῃς, πρὶν αὐτὸς παρὰ τῇ δίκῃ κριθῇς.

Ne prius in alio prætorio iudicas, quam ab ipsa iustitia tibi ius redditum fuerit. item 212. 30.

Εἰ βούλει τὰς κρίσεις δικαίας ποιεῖσθαι, μηδένα τῶν δικαζομένων καὶ δικαιολογούντων ἐπιγίγνωσκε, ἀλλ' αὐτὴν τὴν δίκην.

Si recte iudicare voles, neminem neque accusatorum neque reorum cognoscito: sed ipsum IVS. item 212. 20.

Ἥκιστα πταίσεις ἐν ταῖς κρίσεσιν, ἐὰν αὐτὸς ἐν τῷ βίῳ ἄπταιστος διατελῇς.

In iudicando minime errabis, si ipse in vita nihil unquam deliqueris.

Ἄμεινον δικαίως κρίνοντα, πρὸς τοῦ καταδικασθέντος ἀξίως μεμφθῆναι· ἢ ἀδίκως κρίναντα παρὰ τῇ φύσει δικαίως ψέγεσθαι.

Præstat a condemnato immerito accusari, si recte; quam a Natura iurereprehendi, si iniuste iudicaris.

* καὐτή.

Καθάπερ ἡ τὸν χρυσὸν δοκιμάζουσα λίθος οὐκέτι * καὐτοῦ πρὸς τοῦ χρυσοῦ δοκιμάζεται· οὕτω καὶ ὁ τὸ κριτήριον ἔχων.

Ut lapis quo aurum exploratur, non & ipse ab auro vicissim exploratur: sic neque is qui facultate iudicandi est præditus.

Αἰσχρὸν

Αἰσχρὸν τὸν δικαστὴν πρὸς ἑτέρων δικάζεσθαι. Καθάπερ ὀρθοῦ οὐδὲν ὀρθότερον, οὕτως οὐδὲ δικαίου οὐδὲν δικαιότερον.

Turpe est iudicem ab alio iudicari. Ut recto nihil rectius, ita iusto nihil iustius.

Illustris viri frugalitas publice utilis.

Ὥσπερ οἱ ἐπὶ τῶν λιμένων πυρσοὶ, δι' ὀλίγων φρυγάνων πολλὴν ἀνάψαντες φλόγα, ταῖς ἁλωμέναις ἀνὰ τὸ πέλαγος ναυσὶν ἱκανὴν ἐργάζονται βοήθειαν· οὕτω καὶ ἀνὴρ λαμπρὸς ἐν πόλει χειμαζομένῃ, αὐτὸς ὀλίγοις ἀρκούμενος, μεγάλα τοὺς πολίτας εὐεργετεῖ.

Ut in portubus pyræ paucis sarmentis magnam edentes flammam, errantibus in mari navibus multum adferunt adjumenti: sic vir illustris in urbe afflicta, si ipse paucis sit contentus, magna beneficia confert in cives suos: 522. 30.

Agrippini virtus.

Διὰ τοῦτο ἐπαινεῖν Ἀγριππῖνον δίκαιον, ὅτι πλείστου ἄξιος ἀνὴρ γενόμενος, οὐδεπώποτε ἐπήνεσεν ἑαυτόν· ἀλλ' εἰ καὶ ἄλλός τις αὐτὸν ἐπῄνει, ἠρυθρία. οὗτος δ' ἔφη ὁ ἀνὴρ τοιοῦτος ὢν, ὥστε τοῦ συμβαίνοντος ἀεὶ ἑαυτῷ δυσκόλου, ἔπαινον γράφειν. εἰ μὲν πυρέττοι, πυρετοῦ· εἰ δὲ ἀδοξοῖ, ἀδοξίας· εἰ δὲ φύγοι, φυγῆς. καὶ ποτε μέλλοντι ἔφη αὐτῷ ἀριστήσειν, ἐπέστη ὁ λέγων, ὅτι φεύγειν αὐτὸν κελεύει Νέρων· καὶ ὃς ἔφη, οὐκοῦν εἶπεν ἐν Ἀρικίᾳ ἀριστήσομεν.

Agrippinus ob hoc laude dignus est, quod cum vir esset præstantissimus, nunquam ipse sese laudavit: sed & cum ab alio laudabatur, erubescebat. Is vir talis erat, ut semper adversæ rei, quæ ipsi accidisset, laudationem conscriberet. Si febricitabat, febris: si male audiebat, infamiæ: si exulabat, exilii: cum vero aliquando pransuro intervenisset, qui nuntiaret, iubere Neronem ut exulatum iret: Ergo, inquit, Ariciæ prandebimus. 167. 10.

Delictorum defensiones quærimus.

Ἐν Ῥώμῃ αἱ γυναῖκες μετὰ χεῖρας ἔχουσι τὴν Πλάτωνος

Romanæ mulieres Platonis de Republica libros in mani- 131. 30.

πολι-

πολιτείαν, ὅπ κοινὰς ἀξιοῖ εἶναι τὰς γυναῖκας. τοῖς γὰρ ῥήμασι περιέχουσι τὸν νοῦν, οὐ τῇ διανοίᾳ τ' ἀνδρός· ὅπ οὐ γαμεῖν κελεύων ἢ συνοικεῖν ἑνὶ μιᾷ, εἶπε κοινὰς εἶναι βούλεται ὡς γυναῖκας· ἀλλ' ἐξαιρῶν τὸ τοιοῦτον γάμου, ἢ ἄλλό τι εἶδος γάμου εἰσφέρων. ἐπὶ τὸ ὅλον οἱ ἄνθρωποι χαίρουσιν, ἀπολογίας τοῖς ἑαυτῶν ἁμαρτήμασι περιζώννυντες. ἐπεί τοι φιλοσοφία φησὶν, ὅπ οὐδὲ τὸ δάκτυλον ἐκτείνειν εἰκῇ προσήκει.

bus habent, quod communes oportere mulieres esse censet. Verba enim viri illius amplectuntur, non sensum. Is quippe non contrahere matrimonium, & unum unius uti consuetudine iubet, & postea communes vult esse mulieres: sed talibus nuptiis repudiatis, aliud coniugii genus instituit. Omnino enim homines delictis suis parare defensiones gaudent, cum philosophia neget vel digitum temere esse extendendum.

Voluptates commendat rarior usus.

Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γιγνόμενα, μάλιστα τέρπει. Εἴ τις ὑπερβάλλοι τὸ μέτρον, τὰ ἐπιτερπέστατα ἐπιτερπέστατα ἂν γίγνοιντο.

Rariſſimæ quæque volup- 131.
tates maxime delectant. Sed ſi quis exceſſerit modum, ſuaviſſima quæque fiunt moleſtiſſima.

FINIS.

ΑΠΟΣ-

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ. E MARCI AUR. ANT. LIBRIS.

Quid homo ſit?

Ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρὸν, ὡς Ἐπίκτητος ἔλεγεν.

b.IX.§ Ipſe Marcus: Πνευμάτια νεκρὰς βαστάζοντα.

b.X.33 Rurſum: Τὰ λοιπὰ ἐγκόμματα ἤτοι τοῦ σωματικοῦ ἐστὶ τοῦ νεκροῦ, ἢ χωρὶς ὑπολήψεως, καὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ λόγου συνδύσεως, ἃ θραύει, ἃ δὲ ποιεῖ κακὸν ἐδαφος.

ANimula es cadaver geſtans; ajebat Epictetus. lib. IV. § 41.

Animulæ cadavera ſuſtinentes.

Reliqua obſtacula vel ſunt corporis, quod cadaveris inſtar habet, vel opinione, & rationis inclinatione ſemota, non infringunt; aut mali quicquam efficiunt.

Morti ſapientes etiam obnoxii.

Πόσους ἤδη ὁ ἀεὶν Χρυσίππους, πόσους Σωκράτεις, πόσους Ἐπικτήτους κατεπόντωκεν.

Quot Chryſippos, quot Socrates, quot Epictetos jam dudum abſorpit ævum iſtud? VII. § 19.

Adamatæ rei natura conſideranda.

Καταφιλοῦντα τὸ παιδίον, ἔλεγεν ὁ Ἐπίκτητος, ἔνδον ἐπιφθέγξεσθαι, αὔριον ἴσως ἀποθανούμενον. δύσφημα ταῦτα; ἔφη· ἔνδεν δύσφημον, ἔφη, φυσικοῦ ἔργου σημαντικόν· ἢ καὶ τοὺς σταχυας θερισθῆναι, δύσφημόν.

Filiolum deoſculanti præcipiebat Epictetus, intus apud ſe diceret, Cras forſan moriturus eſt. at male ominata ſunt iſta. mali ominis nihil eſt, quod munus naturale ullum deſignat. alioqui ſpicas etiam demeti, infauſtum fuerit. XI. § 34.

Volun-

Voluntas noſtri juris.

Ληστὴς προαιρέσεως οὐ γίνεται, τὸ τοῦ Ἐπικτήτου.

Voluntatis latro nullus eſt, § 36. inquit Epictetus.

Aſſenſus: conatus: appetitus, averſatio.

Τέχνιον ἔφη δεῖ τὸ συγκαταθέσθαι εὑρεῖν. ἐν τῷ δεῖ δὲ ὁρμὰς πῶς τὸ προσεκτικὸν φυλάσσειν, ἵνα μετ' ἐξαιρέσεως, ἵνα κοινωνικῶς, ἵνα κατ' ἀξίαν. ἐξ ὀρέξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι· ἐκκλίσεως δὲ ἐπὶ μηδὲν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν χρῆσθαι.

Artem aſſenſum præbendi § 37. inveniendam idem monebat. & conatus ita cohibendos eſſe, ut cum exceptione fiant, ut Societatis jus ſpectent, ut pro rei cujuſque dignitate adhibeantur. & appetitu quidem abſtinendum prorſus; averſationem vero in re nulla adhibendam, quæ noſtri juris non ſit.

EX

EX AGELLII NOCT. ATT.

Libro I. *cap.* II.

ſſerta-
ium
ictеti
eſta-
n ab
riano
. II.

LEcta ſunt ex libro, qui prolatus eſt, ea quæ addidit. Quibus verbis Epictetus ſevere ſimul ac feſtiviter ſejunxit atque diviſit à vero atque ſincero Stoico, qui eſſet proculdubio * ἀκώλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων, vulgus aliud nebulonum hominum, qui ſe Stoicos nuncuparent; atraque verborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta ſanctiſſimæ diſciplinæ nomen ementirentur.

* Εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Ἄκουε.

Ἰλιόθεν μὲ φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν. Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δ' ἀδιάφορα. ἀγαθὰ μὲν οὖν αἱ ἀρεταὶ, καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῶν. κακὰ δὲ, κακίαι, καὶ τὰ μετέχοντα κακίας. ἀδιάφορα δὲ, τὰ μεταξὺ τούτων, πλοῦτος, ὑγίεια, ζωὴ, θάνατος, ἡδονὴ, πόνος. πόθεν οἶδας; οὕτως Ἑλλάνικος λέγει ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς. Τί γὰρ διαφέρει τοῦτο εἰπεῖν, ἢ ὅτι Διογένης ἐν τῇ ἠθικῇ, ἢ Χρύσιππος, ἢ Κλεάνθης; βεβασάνικας οὖν αὐτὸ καὶ δόγμα σεαυτοῦ πεποίησαι, δείκνυε πῶς εἴωθας ἐν πλοίῳ χειμάζεσθαι. μέμνησαι ταύτης

* Solutus, inviolatus, minime implicitus, liber, dives, felix.

* De bonis cedo & malis, audiſne illud?

Ad Ciconas Troja referens me ventus adegit. Rerum quædam bona, quædam mala, quædam indifferentia ſunt. Bona ſane, virtutes: quæ vitii participant, mala. Indifferentia vero illa, quæ horum intermedia ſunt, opes, ſanitas, vita, mors, voluptas, labor: unde noſti? inquit. Sic Hellanicus in Aegyptiacis tradit. Quid enim refert, ita dicam, an Diogenes in moralibus, Chryſippuſve aut Cleanthes? Hoc itaque exquiſiviſti decretumque feciſti tuum. Expone quonam modo tempeſtatem in navi feras; numquid ejus diſtinctionis memineris, ubi inſtrepit ac ſtridet velum: & exclamantem te ſi quis male feriatus ita alloquatur, repete age tu ea, quæ modo ajebas, num ſit vitium naufragium facere? num particeps vitii ſit? an non iſti fuſtem impingas? heus homo, quid mecum tibi? nos perimus, & ipſe accedens ludis.

τὸ διαι-

τ' διαιρέσεως, ὅταν ψοφήσῃ τὸ ἱστίον. καὶ ἀνακραυγάσαντί σοι ἐάν τις κακόσχολος παραστὰς εἴπῃ, λέγε μοὶ σὺ πρὸς τοὺς θεοὺς, ἃ πρώην ἔλεγες, μὴ κακία ἐστὶ τὸ ναυαγῆσαι· μή τι κακίας μετέχον; οὐκ ἄρα ξύλον ἐνσείσεις αὐτῷ; τί ἡμῖν καί σοι, ἄνθρωπε· ἀπολλύμεθα, καὶ σὺ θέλων παίζεις. ἂν δέ σε ὁ Καῖσαρ μεταπέμψῃ κατηγορούμενον, μέμνησαι τῆ διαιρέσεως. ἄν τις σοὶ εἰσιόντι καὶ ὠχριῶντι ἅμα καὶ τρέμοντι προσελθὼν εἴπῃ, τί τρέμεις ἄνθρωπε, περὶ τίνων σοὶ ἐστὶν ὁ λόγος; μήτε ἔσω ὁ Καῖσαρ ἀρετὴν καὶ κακίαν τοῖς εἰσερχομένοις δίδωσι; τί μοι ἐμπαίζεις καὶ σὺ πρὸς τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; ὅμως φιλόσοφε εἰπέ μοι, τί τρέμεις; οὐχὶ θάνατός ἐστι τὸ κινδυνευόμενον, ἢ δεσμωτήριον, ἢ πόνος τοῦ σώματος, ἢ φυγὴ, ἢ ἀδοξία; τί γὰρ ἄλλο; μήτι κακία; μήτι μετέχον κακίας; σὺ οὖν τίνα πρὸς ταῦτα ἔλεγες; τί ἐμοὶ καὶ σοὶ ἄνθρωπε; ἀρκεῖ ἐμοὶ τὰ ἐμὰ κακά. καὶ καλῶς λέγεις, ἀρκεῖ γὰρ σοι τὰ σὰ κακὰ, ἡ ἀγένεια, ἡ δειλία ἡ ἀλαζονεία, ἢν ἀλαζονεύῃ ἐν τῇ σχολῇ καθήμενος. τί τοῖς ἀλλοτρίοις ἐκαλλωπίζου; τί Στωϊκὸν ἔλεγες σεαυτὸν; τηρεῖτε οὕτως ἑαυτοὺς ἐν οἷς πράσσετε, καὶ εὑρήσετε τίνος ἔσθ' αἱρέσεως. Τοὺς πλείστους ὑμῶν Ἐπικουρείους εὑρήσετε, ὀλίγους τινὰς Περιπατητικοὺς, καὶ τούτους ἐκλελυμένους.

Si reus ad Cæsarem citeris, memento divisionis hujus. Si quis ingresso tibi ac pallenti dixerit: quid tremis homo? quæ tua res agitur? numquam intus Cæsar virtutem & vitium ingredientibus largitur? Quid & tu meis malis insultas? Tamen, philosophe, dic mihi, quid tremis? nonne mortis aut carceris periculum est? aut doloris corporis, aut exilii, aut ignominiæ? Quid vero aliud? numquid in istis vitium est, aut aliqua vitii pars? Quid his de rebus ipse disseruisti? Quid mihi rei tecum est homo? Mala mihi mea sufficiunt. Recte dicis. Sufficiunt enim tibi tua mala, degener animus, timiditas, arrogantia, quam in schola præ te fers. Quid alieno splendore gloriabaris? Cur te Stoïcum profitebaris? Id vobis usurpate nomen, quod actiones vestræ demonstrant. Ita invenietis, cujus sectæ sitis. Invenietis autem plerosque vestrum Epicureos esse, paucos Peripateticos, eosque effœminatos.

LIB.

LIB. XVII. CAP. XIX.

Quid Epictetus philoſophus dicere ſolitus ſit hominibus nequam & impuris diſciplinas philoſophiæ ſtudioſe tractantibus, & quæ duo verba obſervanda præceperit omnium rerum longe ſalubria.

FAvorinum ego audivi dicere Epictetum philoſophum dixiſſe, pleroſque iſtos, qui philoſophari videntur, philoſophos eſſe hujuſcemodi * ἄνευ τοῦ πρᾶξαι, μέχρι τοῦ λέγειν. id ſignificat, factis procul, verbis tenus. Jam illud eſt vehementius quod Arrianus ſolitum eum dictitare in libris, quòs de diſſertationibus ejus compoſuit, ſcriptum reliquit. Nam quum, inquit, animadverterat hominem pudore amiſſo, importuna induſtria, corruptis moribus audacem, confidentem lingua cæteraque omnia præterquam animum procurantem, iſtiusmodi, inquit, hominem quum viderat ſtudia quoque & diſciplinas philoſophiæ contrectare & phyſica adire & meditari dialectica, multaque id genus theoremata ſuſpicari ſciſcitarique, inclamabat deûm atque hominum fidem, ac plerumque inter clamandum his eum verbis increpabat: ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ εἰς τοῦτο οἴησιν αὐτὴν βάλλῃς, ἀπώλετο. ἢν σαπρᾷ, ἢ οὖρον, ἢ ὄξος γένοιτο ἄν, ἢ τι τούτων χεῖρον. nihil profecto his verbis gravius, nihil verius: quibus declarabat maximus philoſophorum litteras atque doctrinas philoſophiæ, quum in hominem falſum atque degenerum influxiſſent, verti, mutari, corrumpi, &, quod ipſe * κυνικώτερον, urinam fieri, aut ſi quid eſt urina ſpurcius.

Præterea idem ille Epicte-

* Sine ulla actione ad dicendum parati.

* Homo, ubi jam mittis? conſidera nunquid purgatum vas ſit. Nam ſi ad inanem opinionem ea invergas, prorſum interierint. Sin computreſcant, in urinam aut acetum vertuntur, aut ſi quid iis ipſis eſt deterius.

* Magis Cynicum.

tus, quod ex eodem Favorino audivimus, solitus dicere est duo esse vitia multo omnium gravissima ac tæterrima, intolerantiam & incontinentiam; quum aut injurias, quæ sunt ferendæ, non toleramus neque ferimus; aut à quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus. itaque, inquit si quis hæc duo verba cordi habeat; eaque sibi imperando atque observando curet: is erit pleraque impeccabilis: vitamque vivet tranquillissimam. verba duo hæc dicebat * ἀνέχου & ἀπέχου.

* Sustitine, & abstine.

LIB. XIX. CAP. I.

QUum Brundisium adventaremus, mollitique essent venti maris: percontatus eum sum, quænam illa ratio esset pavoris sui, quam dicere ei supersedisset, à quo fuerat non satis digne compellatus atque ille mihi placide & comiter, Quoniam, inquit audiendi cupidus es, audi quid super isto brevi quidem sed necessario & naturali pavore majores nostri conditores sectæ Stoicæ senserint; vel potius, inquit, lege: & facilius credideris si legas, & memineris magis. atque ibi coram ex Sarcinula sua librum protulit EPICTETI philosophi quintum (a) διαλέξεων, quas ab ARRIANO digestas congruere scriptis Zenonis & Chrysippi non dubium est. in eo libro Græca scilicet oratione scriptum ad hanc sententiam legimus.

Visa animi, quas φαντασίας pholosophi appellant, quibus mens hominis prima statim specie accidentis ad animum rei pellitur, non voluntatis sunt neque arbitraria, sed vi quadam sua inferunt sese hominibus. noscitandæ probationes autem, quas (b) συγκαταθέσεις vocant, quibus eadem visa noscuntur ac dijudicantur; voluntariæ sunt, fiuntque hominum arbitratu. propterea quum sonus aliquis formidabilis aut cœlo aut ex ruina aut repentinus nescius pericli nuncius vel quid aliud ejusmodi factum; sapientis quoque animum paulisper moveri, & contrahi, & pallescere necessum est: non opinione alicujus mali præcepta, sed quibus-

Interpunge: Sed vi quadam sua inferunt sese hominibus. Noscitandæ probationes autem.

a Disputationum.
b Assensiones.

buſdam motibus rapidis & inconſultis officium mentis atque rationis prævertentibus, mox tamen ille ſapiens ibidem (c) τὰς τοιαύτας φαντασίας, viſa iſthæc animi ſui terrifica non approbat: hoc eſt, [d] ὐ συγκατατίθεται, ὐδὲ συνεπιδοξάζει, ſed abjicit reſpuitque: nec ei metuendum eſſe in his quicquam videtur. Atque hoc inter inſipientis ſapientiſque animum differre dicunt, quod inſipiens, qualia eſſe primo animi ſui pulſu viſa ſunt ſæva & aſpera, talia eſſe vero putat, & eadem incepta, quæ quaſi jure metuenda ſint, ſua quoque aſſenſione approbat, (e) καὶ συνεπιδοξάζει. hoc enim verbo Stoïci, quum ſuper iſta re diſſerunt, utuntur ſapiens autem, quum breviter & ſtrictim colore atque vultu motus eſt, (f) ὐ συγκατατίθεται. Sed ſtatum vigoremque ſententiæ ſuæ retinet, quam de hujuſcemodi viſis ſemper habuit ut de minime metuendis, ſed fronte falſa & formidine inani territantibus.

Hæc Epictetum philoſophum ex decretis Stoïcorum ſenſiſſe atque dixiſſe in eo, quo dixi, libro legimus. annotandaque eſſe iccirco exiſtimavimus, ut rebus forte id genus, quibus dixi, obortis, paveſcere ſenſim & quaſi albeſcere, non inſipientis eſſe hominis neque ignavi putemus: & in eo tamen brevi motu naturali magis infirmitati cedamus, quam, quod eſſe, ea qualia viſa ſunt cenſeamus.

Vide Auguſtinum de civitate Dei, lib. IX. *cap.* IIII. *iſta, non quidem commodius Agellio, ſed certè brevius & planius exponentem.*

c Ejuſmodi imaginationes.
d Non conſentit, neque conſciſcit.
e Et confirmat ſententia ſua.
f Non approbat.

FINIS.

DE EPICTETO STOICO PHILOSOPHO

Elogia quædam & Iudicia.

AELIUS SPARTIANUS IN ADRIANO CAES.

IN summa familiaritate Epictetum & Heliodorum philosophos, & (ne nominatim de omnibus dicam) grammaticos, rhetores, musicos, geometras, pictores, astrologos habuit: præ cæteris (ut multi asserunt) eminente Favorino.

MARCUS VERUS AURELIUS ANTONINUS IMPERATOR ET PHILOSOPHUS

libro I τῶν εἰς ἑαυτὸν, sive De rebus suis, tmemata VII, ubi de Junio Rustico.

ΚΑὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι περινοοῦντα ὁλοσχερῶς, μηδὲ τοῖς περιλαλοῦσι συγκατατίθεσθαι. καὶ τὸ εὐτυχεῖν τοῖς Επικτητείοις ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκοθεν μετέδωκε: *Porro ut accurate legerem, nec comprehensione summaria contentus essem; nec garrulis quibusvis temere assentirer. huic denique debeo, quod Epicteti commentarios legerim, quorum is è domo sua copiam mihi fecit.* Meminit etiam Epicteti idem Imperator libro IV. 41, item VII. 19. denique XI. 34. 36. & 37.

HE-

HERODES ATTICUS

APUD AGELLIUM

libro I. *cap.* II.

PErmitte, philoſophorum ampliſſime, quoniam reſpondere nos tibi non quimus, quos idiotas & rudes vocas, recitari ex libro, quid de hujuſcemodi magniloquentia veſtra ſenſerit dixeritque EPICTETUS, STOICORUM VEL MAXIMUS, juſſitque proferri DISSERTATIONUM Epicteti digeſtarum ab ARRIANO ſecundum librum: in quo ille VENERANDUS SENEX juvenes, qui ſe Stoicos appellabant, neque frugis neque operæ probæ, ſe in theorematis tantum nugalibus & puerilium iſagogarum commentationibus oblectantes, objurgatione juſta inceſſivit. Lecta igitur ſunt ex libro, qui prolatus eſt, ea quæ addidit. Quibus verbis Epictetus ſevere ſimul ac feſtiviter ſejunxit atque diviſit à vero atque ſincero Stoico, qui eſſet proculdubio ἀκώλυτος, ἀνεμπόδιστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων, vulgus illud nebulonum hominum, qui ſe Stoicos nuncuparent; atraque verborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta ſanctiſſimæ diſciplinæ nomen ementirentur. *Verba Epicteti, quæ excerptis e Stobæo & Marco Antonino ſubiecimus, inter fragmenta reperiuntur.*

AGELLIUS LIB. XVII. CAP. XIX.

Epictetus maximus philoſophorum.

THEMISTIUS ORATIONE XII,

Quæ inscribitur ὑπατικὸς Consularis, ad Iovianum Imperatorem.

ΚΑὶ ποιεῖς οὐχ ἧττον ἔντιμον τὴν τῶν λόγων ἡγεμονίαν τῆς τῶν στρατοπέδων ἀρχῆς· οὕτω καὶ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τοὺς προγόνους ταύτης τῆς τύχης προῆγον, τὸν Αρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστὸς, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλον, Τραϊανὸς ὁ μέγαν Δίωνα τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, τὸν Επίκτητον τὼ δύω Αντωνείνω. ἐῶ τοὺς ἄλλους: *Nec minore doctrinæ ac scientiæ, quam castrorum imperium, honore prosequeris. Sic autores imperii tui, hujus olim disciplinæ majoribus amplissima quæque deferebant, velut Ario illi Augustus, Tiberius Thrasylo, magnus Trajanus Dioni aurea lingua prædito, Epicteto Antonini duo. Omitto cæteros.*

AUGUSTINUS DE CIVITATE DEI

libro ix. cap. v:

HAnc misericordiam Cicero locutor egregius non dubitavit appellare virtutem, quam Stoicos inter vitia numerare non pudet: qui tamen, ut docuit liber EPICTETI NOBILISSIMI STOICI, ex decretis zenonis & Chrysippi, qui hujus sectæ primas partes habuerunt, hujusmodi passiones in animum sapientis admittunt, quem vitiis omnibus liberum esse volunt.

HEN-

HENRICUS STEPHANUS

Præfatione in Diogenem Laërtium.

NOrunt omnes, non quæ meliores, ſed quæ doctiores nos reddant, ex hoc Diogenis opere petenda eſſe. Dixiſſem, ſapientiores: niſi ſapientem cum bono copulari ab ipſo quoque Horatio meminiſſem, veluti quum ſcribit Epiſt. lib. 1. *Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.* Et Cicero ipſe ſapientes a bonis ſeparari queritur, idque magnam perniciem afferre dicit. *Hæc eſt igitur illa pernicies* (inquit) *quod alios bonos, alios ſapientes exiſtimant.* Neque tamen quum dico ex his Diogenis libris petenda eſſe quæ nos doctiores, non quæ meliores reddant, hæc velim ita accipi, quaſi nulla hic legerentur, quæ quod ſit boni viri officium nos docerent (boni viri inquam, non ad Chriſtianam, ſed ad philoſophicam exigendo normam, ſed quoniam alii ſunt aliorum libri, e quibus ea melius a nobis diſci queant, ſiquidem vel unus EPICTETI libellus (cujus vitam a Diogene noſtro prætermiſſam eſſe miror) aptior nobis hujus rei doctor fuerit. Verum ut rari ſunt aurei iſtius libelli lectores, ſic certe rari ſunt qui meliores ſe quam doctiores eſſe malint.

IUSTUS LIPSIUS
MANUDUCTIONIS
AD
STOICAM PHILOSOPHIAM

Lib. primo, Dissert. XIX.

DE Senecâ habes: clarum aliud sidus se ostendit, *Epictetus:* ævo, non merito, posterior: & Scriptorum pondere, si non numero, comparandus, vitâ præponendus. Ille vir totus à se & à Deo, nihil à Fortunâ fuit. Origine vilis, & inter servos; corpore claudus ac debilis; mente nobilissimus, & inter omnis ævi lumina refulsit. Ipse de se Epigrammation hoc scripsit;

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην ἶρος, ἐς φίλος ἀθανάτοις.

Servus Epictetus sum natus, corpore claudus,
Irus pauperie, deliciæ superûm.

Ipse, inquam, sive de ipso alius: sed confessionem ingenuam vides, & generosum in fine additum, de amicitiâ divinâ. *Natum Hierapoli, Phrygiæ opido*, tradunt: Romam traductum *servisse servitutem* (si id nomen in hanc virtutem cadit) *Epaphrodito Neronis, qui fuit à custodiâ corporis illi Principi: claudum autem, è destillatione in illam partem corporis illapsâ.* Hæc ferè Suidas: Agellius etiam, qui virum admiratus est, *pulsum Roma edicto illo barbarico Domitiani, quo Philosophos omnes ab urbe relegavit: & in Epiri Nicopoli diem ultimum obiisse*, lib. xv. cap. xi. Ajunt ad *Marci Antonini Imperatoris* tempora durasse: quod ita Suidas prodidit, & Antoninum *Philosophum* accipimus. nam *Pius* ille, Titi prænomen gessit. Hoc ideò observo, quia con-

conſideratione aliquâ eget : & à Neronis morte, ad initia Marci Antonini, ſunt anni admodum *nonaginta quattuor.* Quomodo ergo ſub Nerone, niſi puer planè, vixerit? Et Epaphrodito tamen ſerviſſe (ſed torraſſe poſt Neronem) ipſe etiam indicat, & jocosè ejus meminit. 1. Diſſertationum, quas Arrianus digeſſit, cap. XIX. De conditione aut ævo ejus, hactenus ſcio: vita emendatiſſima fuit, & planè ad ſcitum, quod in ore habebat, *Ἀνέχου καὶ ἀπέχου: Contine, & abſtine.* Item hoſtis ſucorum, qui Philoſophos habitu & verbis præferrent, vitâ degenerarent: quos ille appellitare ſolitus, *φιλοσόφους ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν: Philoſophos ſine factis, dictorum tenus.* Agellius XVII. cap. XIX. Unica anus in miniſterio ei fuit, unica lucerna fictilis (hoc domeſticum omne inſtrumentum) ad divinas illas lucubrationes: quæ lucerna à morte ejus *mille drachmis* væniit, in memoriam heroiſci illius & honorem. Scripta, ut tetigi, pauca exſtant: *Enchiridion* ſanè egregium, & Stoicæ moralis philoſophiæ velut anima: item *Diſſertationes*, quas obiter in viâ, domo, ſcholâ habuit, ab Arriano collectæ & digeſtæ. Neque omnes etiam exſtant: in Agellio & Stobæo reperies, quæ hîc requiras. Sed, Deus bone, acrem & altum in iis ſpiritum! accenſum animum, & Honeſti amore ardentem! Nihil in Græcis, aut fallor, tale exſtat: à duabus illis notis dico, Acrimoniâ & Ardore. Tironem aliquem & rudem Philoſophiæ vix afficiat aut tangat: proficientem aut provectum incredibile eſt quàm excitet, & cùm pungat ubique, tamen etiam delectet. Genus ſtili conciſum, fractum eſt, & quod indolem ſubitarii ſermonis habet: ſed docta interveniunt ſæpe, ſemper ſalutarias, & non eſt qui bonam Mentem magis aut trahat, aut formet. Ego ſenecionem illum numquam lego, niſi cum interno animi motu: & quod Homero proprium, pluris facio cùm relego ſemper ut novum, & cùm repetivi repetendum. Idem fac. gratiam monitori habebis; majorem illi Doctori.

IDEM
LIPSIUS INTRODUCTIONE
LECTORIS AD
L. ANNAEUM SENECAM

EXcerpta habeas, & ſelectas aliquas ſententias, ſive locos: quas apud te ſæpe agites, & in animo revolvas. Cui uſui alioqui lecta? ut concitemur fortaſſe, dum legimus, *mox* calor abeat, & iidem ſimus: non aliter, quàm ſpectatores in theatris. Imò verò adhæreant illa, noſtra fiant, id eſt concoquantur. *Non prodeſt cibus*, ait Seneca, Epiſt. 11. *nec corpori accedit, qui Statim ſumptus emittitur.* Sedeant igitur in animo fideliter: nec ſicut unguentorum aliquis *odor*, ſtatim ad aërem diſſipentur. Huc te ducet, aut trahet potiùs adjunctus Epictetus, quem lege, & Enchiridium quidem ejus ediſce.

DANIEL HEINSIUS

Epiſtola ad Theodorum Graſwinckelium.

INter profeſſores ſapientiæ, quos ab ætate prima cum ingenti voluptate pariter ac cura legi, Epictetum pono. Enchiridion inprimis, quod ab Arriano ex oraculis divini viri concinnatum. Ad agendam quidem in his terris vitam ſic accommodatum, ut revera inſtrumentum ſit *quod ſupra* hanc & cætera humana hominem attollat: extra, imo ſupra caſus omnes ac affectus, vota quoque omnia ac ambitum, rectorem univerſi animum reponat: totum denique ſic ſibi vindicet, ut liberali cauſa manu mittat. Non ut ſui juris atque emancipatus tantum vivat, ſed ut *in* ſe

ſe atque à ſe, habere poſſit, quod, excepto Deo, expectare ab alio non poteſt. Princeps, Rex, Imperator, ac Monarcha ſui. Sed & Medicus ac reſtitutor; ſi præclaro hoc remedio utatur. Ita efficaci quidem, ut medullam animæ ac ſenſus intimos pertentet: neque fruſtra ſtatim initio Simplicius exclamat, Εἴ τις ὑπὸ τούτων μὴ πάσχῃ τῶν λόγων, ὑπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδδι.

EPICTETI VITA

EPICTETUS, Stoicæ ſectæ philoſophus, Hierapolitanus patria fuit (eſt autem Hierapolis Phrygiæ urbs, non longè à Laodicea ſita) conditione ſervus ut in Noctibus Atticis etiam teſtatur Aulus Gellius. Servivit enim Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari, Vir ſanctiſſimæ & integerrimæ vitæ, alieniſſimus ab omni faſtu & arrogantia: quibus tamen vitiis omnes ferè laborarunt philoſophi. Tantæ autem fuit apud omnes exiſtimationis & famæ, ut lucerna ejus fictilis tribus drachmarum millibus divendita olim fuiſſe feratur. Meminit hujus & Lucianus Græcus auctor, ſed cum laude, cum is tamen nulli philoſophorum ſatis æquus fuerit, utpote irriſor deorum & hominum: quo loco & lucernæ Epicteti mentionem facit: ſic enim habet in libello πρὸς τὸν ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βίβλια ὠνούμενον, id eſt, *ad ineruditum, & multos coëmentem libros*: Et noſtra, *inquit*, ætate fuit quis, & adhuc ſupereſt opinor, qui Stoici Epicteti fictilem lucernam ter mille drachmis emit. Sperabat enim, opinor, & ille, ſi noctu ad eam lucernam legeret continuò, & Epicteti ſapientiam in ſomnis ſe ad adepturum, & ſimilem ſe fore admirandi illius ſenis. Hactenus Luciani verba. Summam totius philoſophiæ duobus his verbis contineri dicebat, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου, id eſt, *Suſtine & abſtine*. Domitiano autem imperante, vel offenſus ejus tyrannide, vel coactus ob Senatusconſultum de pellendis urbe philoſophis, Roma Hierapolim commigravit. Commoratus iterum dicitur Romæ uſque ad tempora Marci Antonini.

EPIC-

EPICTETI VITA

EX

SUIDA.

Ἐπίκτητος Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας φιλόσοφος. δοῦλος δὲ Ἐπαφροδίτου τινὸς σωματοφυλάκων Νέρωνος βασιλέως· πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, ἐν Νικοπόλει τῇ νέᾳ τῆς Ἠπείρου ᾤκησε. καὶ μέχρις εἰς μέσον Μάρκου Ἀντωνίνου, ἔγραψε πολλά. ὅτι Θεοσέβιος ὁ φιλόσοφος ἔλεγε πολλὰ ἀπὸ τῶν Ἐπικτήτου σχολῶν.

Epictetus ex Hierapoli Phrygiæ urbe philoſophus. Servus autem Epaphroditi, unius de ſatellitibus Imperatoris Neronis. Ob defluxionem autem altero crure mutilatus, in novæ Epiri urbe Nicopoli habitavit. Et vitâ productâ uſque ad M. Antoninum, multa ſcripſit. Theoſebius autem philoſophus multa ex Epicteti ſcholis deſumpta dixit.

EX

EX
MACROBII
SATURNAL.

Lib. primo. cap. XI.

DE Epicteto autem philoſopho nobili, quod is quoque ſervus fuit, recentior eſt memoria, quam ut poſſit inter oblitterata neſciri. cujus etiam de ſe ſcripti duo verſus feruntur: ex quibus illud latenter intelligas non omnimodo dis exoſos eſſe, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur; ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorum potuit pervenire curioſitas.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην Ἴρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Habes, ut opinor, aſſertum, non eſſe faſtidio deſpiciendum ſervile nomen; cum & Jovem tetigerit cura de ſervo, & multos ex his fideles, providos, fortes, philoſophos etiam exſtitiſſe conſtiterit.

MERICI CASAUBONI

NOTAE

in hoc Diſtichon.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γράμμα, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος.
Καὶ πενίη Ἴρος· καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Sive Epictetus (*ut olim credidit Aul. Gellius*) *ſive alius eſt auctor, plane divina ſententia eſt, quæ ex intima tum* Vet. *tum* N. Teſtam. *philoſophia prompta videri poſſit: adeo certè ſupra vulgarem ſenſum & ſaporem, ut pauci ſint Chriſtiani, quorum fides ad iſtam ſublimitatem pervenerit. Formula erat antiquis ethnicis uſitatiſſima, ſi quis fortuna in tribuendis quæ avide inhiant homines indulgentiore frueretur; ſed præcipuè ſi cui in dubiæ aleæ conatibus & inceptis, ſive per ſe laudabilibus, ſive ſecus, res provoto cederet; ut eum φίλον εἶναι τοῖς θεοῖς, id eſt,* Diis charum & dilectum *prædicarent. Hoc tum ex aliis paſſim; tum ex Homero diſcamus eximiè, cui tam ſolemne eſt ita loqui, ut ex ipſo manaſſe videri poſſit. Hinc miratur extrema Odyſſea Achilles, Agamemnonem Regem, quem Διὶ φίλου ἔμμεναι crediderant, (* φάσθαι *apud Hom. elegantiſsime:) acerba & cruenta morte periiſſe: & alibi Penelope maritum Ulyſſem Deo exoſum eſſe colligit, quia reditu in patriam longis erroribus prohiberetur. Ipſe Ulyſſes, à ſubulco ſuo lautè acceptus, viciſsim optat illi, ut Διὶ φίλος ſit: bonorum ſcil. quæ vulgò nuncupantur, optat illi copiam: quod & ex Eumæi reſponſione ſatis liquet. Odyſſ. ζ'. Nauſicaa; Regis Phæacum filia, mortales ullos adeò fortes aut feroces uſquam reperiri negat, qui terram Phæacum bello laceſſere audeant,* μάλα γὰρ φίλοι ἀθανάτοισιν. *Hinc etiam illud Poëtæ Latini, de quodam in amore ſuo præter expectationem fælici;* Solus es, quem dii diligunt. *Sed inſignia in hanc rem Ciceronis in Oratione pro* L. Flacco, *de* Judæis *verba:* Quam chara Diis immortalibus

bus (*inquit*) gens esset, docuit quod est victa, quod elocata, quod serva. *Plane ut hodierni demagogi, concinnatores & politici, quorum pietas ista maximè* (τῆς ἐυημερίας) *tibicine nititur: per quos non stabit, opinor, quin ad* Mahumedanos *ocyus* (*quibus est commodum*) *transeant, qui longè plura & insigniora* (*ut jam non uni observatum*) *in hoc genere jactare possunt, quam* (*si miraculosa* Vet. Testam. *omittamus*) *quævis alia gens potest.*

Huic igitur vesanæ hominum opinioni, qua veræ pietati nihil perniciosius, ut contrairet Epictetus; & suo exemplo ad saniora de nobis ipsis aliisve judicia præiret; generosam hanc de sua fide professionem edidit; Servum se natum; (*quæ vilissima in terris conditio:* (corpore quoque) *Cujus charitas omnibus maxima innata est:*) mutilatum fuisse, sed & egenum (*ne quid malis deesset* ad mendicitatem usque: in hac tamen tam miserabili, tam vili (*si hominum judicia spectentur*) conditione, tantum abesse ut à diis neglectum se crederet, ut de amore ipsorum & charitate non dubitaret, O *virum! ô sententiam dignam quæ cordibus omnium qui ad veram beatitudinem & æternas sedes adspirant, inscribatur; & memoriæ præsens semper obversetur. Jam dixi, sensum verborum ex intima Sacr. Volum. philosophia promptum videri posse. Sed & verba non uno loco non dissimilia: qualia Davidis ista:* ואני עני ואביון אדני יחשב Psal. 40. vers. vult. *quæ recentior interpres haud malè:* Sum quidem pauper & egenus: Sed Deus cogitat de me: *quem recentior & accuratior Anglica versio secuta est;* But Iam poor and needy: yet the Lord thinketh upon me. *Belg* Ik ben wel elendig ende noodruftig, maar de Heere denkt aen my.

Observavi non paucos in distichi *hujus scopo longius aberrare. Flor. Christianus* (*vir alias in istis incomparabilis*) *non adeò fœliciter hic;*

Servus Epictetus, Diis charus, pauper ut Irus:
Quin & parte aliqua corporis orbus eram.

Melius, sive is Politianus, sive alius, qui servato verborum ordine, qui magnum hic habet momentum, vertit,

Servus Epictetus: mutilati corporis: Irus
Pauper: at hæc inter charus eram superis.

Longissime illi à sensu abeunt, qui nescio quam jactationem in verbis ariolantur, modestiæ philosophi minus convenientem. Hactenus Casaubonus.

Illud

Illud, ſive diſtichon, ſive epigrammation, Leonidæ nomen præfert in Anthologiæ lib. III. cap. XXXIII. ubi legitur, ἐ σῶμ' ἀνώπηρος. nec alia ſcriptura in expreſſis Brodæi & Lubini. Sed Agellius lib. II. cap. XVIII. & Macrobius, (quos ſequuti Vives & Lipſius) ediderunt, σώματι πηρὸς. Hæc aperit Simplicius, ad Enchiridii cap. XIII. Καὶ τί νῦν ἄλλων δεόμεθα παραδείγματων; ὅτι αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων Ἐπίκτητος, καὶ δοῦλος ἦν, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς, καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ πενίαν ἀκροτάτην ἐπεπόδυσεν, ὡς τὸ ἐν Ῥώμῃ οἰκημα αὐτοῦ μηδέποτε κλεισθέντος δεηθῆναι, ἄτε μηδὲν ἔνδον ἔχοντος, εἰ μὴ τὸν στιβάδα καὶ τὸν ψίαθον, ἐφ' ὧν ἐκάθευδε, καὶ ἔτος ἐστὶν ὁ λέγων· Χώλανσις σκέλους ἐμπόδιον. παραιρέσεως δὲ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ: *Atque adeo, quid alia exempla requirimus? cum is ipſe qui hoc dicit Epictetus, & ſervus fuerit, & infirmo corpore, & ab ineunte ætate claudus, & extremæ paupertatis ita ſtudioſus, ut ejus domuncula. Romæ nullis unquam clauſtris eguerit, ut in qua nihil eſſet præter lectulum & culcitram in quibus dormiret. Et is eſt qui dicit, Claudicationem pedi eſſe impedimento, non voluntati: niſi ipſa voluerit.* Habes Stoici ſapientis claudicationem, paupertatem, domunculam: nunc de vita ejuſdem quædam accipe. Idem Simplicius ad cap. XLVI. ait: Ὁ θαυμαστὸς οὗτος Ἐπίκτητος μόνος τὴν πολιὰν χρόνον διατελέσας, ὀψέ ποτε γυναῖκα παρεστήσατο παιδίου τροφὸν, ὅπερ ἐκπεπλεγμένον ὑπό τινος τῶν αὐτοῦ φίλων ἀπὸ πενίας, αὐτὸς λαβὼν ἀνεθρέψατο. Id eſt *Admirandus hic Epictetus cùm magnam ætatis partem Solus exegiſſet, ſero tandem mulierculam nutricem aſcivit puero, quem ab amico quodam ſuo, propter inopiam exponendum ipſe ſuſceptum educavit.* Notabis, Macrobii verba, quæ paulo ante exhibuimus, ab his, *De Epicteto autem philoſopho*, aduſque epigramma, Δῆλος, ex Agellii Noctibus αὐτολεξεὶ eſſe transſcripta. Lucernam fictilem à morte ejus tribus drachmarum millibus væniſſe, ex vero ſcriptum ab auctore vitæ. Cui concinit illud Italiæ miraculum Angelus Politianus, Epiſtola ad Laurentium Medicem. Neque aliter ſcribere potuere, cùm iis ſic præiret Lucianus, libello Πρὸς ἀπαίδευτον. Lege ſodes illius verba. Καὶ τί σοι τὸ Ὀρφία, inquit, ἢ τὸ Νέανθον λέγω, ὅπου ἐ καθ' ἡμᾶς αὐτὸς ἐγένετο ὃς, καὶ ἔτι ἐστὶν οἶμαι, ὃς τὸν Ἐπικτήτου λύχνον τὸν σοικὸν, κεραμεοῦν ὄντα, τετρακισχιλίων δραχμῶν ὠνήσατο.

Et

Et quorum tibi Orpheum & Neanthum propono? cùm & noſtra ætate quidam fuerit, & ut puto adhuc ſit, qui Epicteti Stoici lychnum fictilem ter mille dachmis emit. Sed vide, emptoris illius fatuum caput ſale nigro quàm feſtiviter defricet. κἄλπιζε γάρ οἶμαι κἀκεῖνος, inquit, εἰ τὴν νυκτὸν ὑπ' ἐκείνῳ τῷ λύχνῳ ἀναγιγνώσκοι, αὐτίκα μάλα καὶ πλὸ Ἐπικτήτου σοφὸν ὄναρ ἐπιστήσαι, καὶ ὅμοιον ἔσεσθαι τῷ θαυμαστῷ ἐκείνῳ γέροντι: *Scilicet futurum ſperans, ut ſi noctu ad iſtam lucernam legeret, ilico Epicteti ſapientia in ſomnis ad ſe veniret, ſimiliſque admirando illi ſeni evaderet.* Miror vero Sagacem accuratiſſimumque Lipſium de mille drachmis ſenſiſſe, & ſcripſiſſe, ut ex antedictis claret. Niſi forte ἀμφίρημα ſit μνημονικὸν, cujus generis plurima apud magnos viros, etiam veteres, præſertim Eccleſiæ Græcos Latinoſque Patres obſervavi: aut pro χιλίων legendum putaverit χιλίων. Sed princeps editio Veneta, quæ penes me eſt, aliæque ad hujus fere normam expreſſæ omnes, in τὸ τελχιλίων conſpirant. Cæterum de cælibe Epicteti vita, poſt Simplicium rectiſſime ſcripſit idem Lipſius. Utriuſque ſenſum è Luciani Demonacte ſic firmabo, ut nemo niſi pertinax obloqui poſſit. Ἐπὶ δέ ποτε ὁ Ἐπίκτητος ἐπιπλὼν ἅμα σωφρονίζων αὐτὸν ἀγαγέσθαι γυναῖκα, καὶ παιδοποιήσασθαι, πρέπειν γὰρ καὶ τοῦτο φιλοσόφῳ ἀνδρὶ, ἕτερον αὐτοῦ καταλιπεῖν τῇ φύσει, ἐλεγκτικώτατα πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο. δόκου, ὦ Ἐπίκτητε, δός μοι μίαν τῶν σαυτοῦ θυγατέρων. Hoc eſt: *Quum aliquando Epictetus ſimul objurgando ſuaderet ei* (Demonacti) *ut duceret uxorem, & liberis procreandis operam daret, cùm hoc etiam viro philoſopho conveniat, ut ſuo loco alterum naturæ relinquat, argutiſſime ei reſpondit. Da mihi igitur, Epictete, unam tuarum filiarum.* Erat hic Demonax inter principes ævi ſui Philoſophos; quem tota Græcia plurimis officiis exquiſitiſſimiſque honoribus proſequebatur. Sed de his alibi dicemus. Cætera, quæ ex veterum monumentis heic ſtudioſe congeſſeram, nôn iniuria temporis, ſed incuria operarum, pro dolor! perierunt. Spero tamen futurum, uti hoc damnum (ſi modo ſic vocari debeat, quod non eſt οὐκ τῶν ἐφ' ἡμῖν) melioribus aliquando penſetur. Horum interea vicem jure ſuo ſupplere poteſt Thomæ Gatakeri, rariſſimæ eruditionis Theologi Londinatis, doctum & laborioſum præloquium, in quo de diſciplina Stoica, cum ſectis aliis, Peripatetica & Academica vetere, Epicurea vero

præcipue collata; deque eorum, qui hanc ſecuti ſunt, quæ ſuperſunt, Senecæ, Epicteti, Marci Antonini cumprimis, ſcriptis diſſeritur: operiſque totius Antoniniani ratio atque inſtitutum exponitur. Nunc ſecurus abi, Lector optime nam, ceu poſt longam navigationem.

Anchora de prora jacitur, ſtat littore puppis.

FINIS.

ERRATA

Typographica ſic emendabis.

IN TACTICIS.

PAg. 22, lin. ult. μέτωπον ἢ ςόμα.

IN PERIPLO MARIS ERYTHRAEI.

IN GRAECIS. pag. 178- lin 5. κεῖται. pag. 179, lin. 5, τόπους τούτους, IN VERSIONE. pag. 176, lin. 23, fere. lin. 26, teſtudines. pag. 177. lin. 19, ſindones præſt - - lin. 33, in regione. pag. 178, lin. 9, Mæotis, IN MARGINE. pag. 177, lin. 1, pone, *Bargyſi*. pag. 178, lin. 15. *Seſatæ*.

LIBRO DE VENATIONE.

IN CONSPECTU CAPITUM. Pag. 185, lin. 8, eorumque 186, lin. 17, λαγῷ ἐπιλ. 187, lin. 1, neſciunt quo. IN GRAECIS. pag. 189, lin. 12, εἰπεῖν οὕτως. 191, lin. 21, Εἰ δέ γε ἠπίς- 192, lin. 31, καὶ τὸ ὅμ — lin. 33, ἀνευρίσκειν. 193, l. 36, ὀέρτραγοι. 194, l. 25, ἔςωσαν. 196, l. 10, ἐπειδὴ. l. 28, καὶ δὶ ὀλ — 197, lin. 2, μάςιγι 201, l. 2, χαίρουσι. κρ — l. 14, συλευομέναις. l. 17. σκυλακεῦσαι 202, l. 11, ἀνιαρὸν. κύνες ἢ ἐν. 213, l. 25, ἐλάφου. 217, l. 21, ἀνάγκη. l. 38, ἀσθμαίνουσαι. 219, l. 18, ἐσπουδάσθη. l. 22, αὐτὰς λα — 221, l. 22, σκιρτ — 222, l. 6, ταύτῃ. 223, l. antep. τὴν γὴν ἐργ — 225, l. 8, σημαινομένοις. l. 11. Ελλήνων. l. 22, ςεφανοῦν, καὶ ὑμνεῖν. IN VERSIONE. pag. 189, lin. 12, *à Xenoph.* 101, l. 17, inprimis. 203, l. 23, ſint. 205, l. ult. dum reſp — 211, 1, generoſorum. 214, l. 19, *feras*. 221, l. 16. urgeantur. IN MARGINIBUS. pag. 193, ſoria, & 197, πεπηγυῖαν 216, cap. 111.

IN SCHEDIASMATIS STEPHANI.

226, l. 16, *Vertragi*. l. 19, ſciam. l. 21, *Vertagus*. l. 36, vellet, advoc — 227, l. 2, fuiſſe modo. l. 6, ſuſpicer) conv — l. 21, Celtarum. l. 41, *ſtudioſo*. l. 42, *Sermonis*. 228, l. 4, ut. l. 13. altere. l. 39, illas canes l. 40, ſcrutari. 229, l. 9, literarum. l. 10, etiam ante. l 11, ſi. l. 18, κατοπτεύσοντας. 230, l. 8, ſcribit, Xen — l. 15. ab illis. l. 28, ἂν μοὶ. l. 34, ἐν τῷ. 231, l. 4, *Cretenſes* tamen ſeu. l. 14, ſolum nomen, ſed. l. 24, *gratiam, ut*, 232. l. 1. Scrib — l. 4, ἔπαισα τὴν κεφ —

IN EPICTETO.

233, l. 18, POLITIANO.

IN GRAECIS.

250, l. 1, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. 251, l. 15, ἔργου, οὕτω. l. 17, ἐμποδὼν, πρόχ — 257, cap. ιδ', l. 6, αὐτοῦ. ἐ — 259, c. ιϛ', l. 1. θέλεις, ἄ — l. 5, πονηρὸς ἐ — 262, c. κ'. l. 9, ἀνάγκη. 264. c κϛ', l. 15. τύχη.

ERRATA.

267, c. με', l. 8, ὥτε. 269, c. κζ', l. συναρπασθῆναι. ἀν. 270, c. κθ', l. 8, ἐφρωὼ. 272, c. λά, l. ult. ἔσονζ. τί λ. 273, l. 9, ἡμεῖς. 275, c. λϛ', l. pen. ἄν. 278, l. 1, ἢν ὅτι, ὅτ. 279, c. λδ', l. 16, μηδὲν. 281, c. λέ, l. 9, & 10, παύματι, ἐν φ. μ. φ. ω. μὴ ο. &c. 285, c. λϛ', l. 9, πέφυκε. δὸ—— 286. l. 4, ἐπίσκεψαι, εἰ. l. 13, ἀγαθὸν, ἢ. 288, c. λζ'. l. 2, ταῖς. l. 15, ἕξει. 289. c. λή, l. 3, ἐστιν' ὀρ. 292, c. λθ', l. 23, ἀπειθήσας. 295, c. μϛ', l. 2, τὰς. l. 4. ἀποληφθεὶς. 297, c. μή, l. 15, τίς ib. c. μθ', l. 8, τῷ ὀπτηλλῆν τινι, ἢ ὅπτ πολὺ ὀπτιν —— 300, c ηγ', l. 5, κινδύνων μεμν. ib. c. νδ', l. 1, τὸ. ib. c. νέ. l. 4. εὔκαιρον ἦ, ἐπίπωλήξον τῷ πρ. 301, l. 16 ἀρυθριάσαι, καὶ 302, c. νή, l. 1, τὸ 303, l. 8, ἑστιάτορα. 305, c. ξ', l. 2, προσέχεις. ib. c. ξά, l. 11, κινητικὸν. τῷ &c. 307, c. ξδ', l. 3. αὐτῷ οἰόμενοι, ποιεῖ, ἢ λέγει. ἐχ οἷόν τε &c. l. 5, dele omnia. 309, l. antep. τῆς. 310, c. ξζ', l. 4, πολιὼ. πρ. 313, c. οά, l 2, προσδοκᾷ. 314, c. οϛ', l. 19, ἠλθι. l. 20, λόγῳ. 316, c. οδ', l. 4, ὅ, τι. 317, c. οέ, l. 10, ἐπανόρθωσιν· l. 14, dele 4. l. 16, 4 προσθ— 318, l. 2, dele 6. lin. 4, ἔστιν ἀναβάλλεσθ. ς, καὶ &c. l. ς, ἢ ε l. 6, προσκοπὴ ἢ σ. l. 11, Σωκράτης. 319, c. ος', l. 7, φαύλεσθ. τῳ. l. 13, ἀκῶν. 320, c. οζ', l. 8, ἄοκνι. l. 9, ἐθέλω, οὐχ.

IN VERSIONE.

243, l. 6, perturberis, Deos. 252, l. 9, alium, er. 253, c. 12, l. 9, vocet: ac. 257, c. 14, l. 4, ejus inſtr. 262, c. 20, l. 7, averſetur. 265, c. 23, l. 8, repræſentes. 273, l. 23, faciam, per. 275, c. 32, l. 6, contigerunt. 277, c. 33, l. 4, Exempli gratia: Si &c. 279, c. 34, l. 11, Cujuſque. 285, c. 36, l. 4, tuam, eam —— 262, c. 39, l. antep. adhibueris. 295, c. 43, l. 2, nec eff. 298, c. 50, l. 2, ſin aec. 302, c. 58, l. 7, arripere, ut. 303, l. 9, convivatori. 305. c. 61, l 6, te ferri. 310, c. 67, l, 9, habeas. 313, c. 71, l. 4, externis. 315, c. 73. l. 8. Naturam, &. 316, l. 16, pum, erub. 319, c. 76, l. 19, Nos. 320, c. 77. l. 5. veſtro.

IN NOTIS.

328, lin. 14. quum. l. 25, ὄρεξιν. l. 39, καθῆκον. 239, l. 3, cut. 240, l. 6, net, ita. 243, l. 5, bnm, nemo. 244, l. 6, ut ſis. 245, l. 18, οἰκεῖα. 246, l. 5, nos q. 249, l. 4, ſignificare. l. 28 ratio:) προς. 250, l. 14, σειομένης. 252, l. 10, *cura*. Wolfius. l. 28, *inermini*. l. 29, *ſeipſum*. 254, l. 26, diſcedere 256, l 5, ἃ βάλε, καὶ. l. 42, ἐμπόδιον, πρ. l. 47, corporis, eo. 257, l. antep. in X De. l. ult. eſt. cum. 258, l. 29, conjunctæ. 260, l. 2, μὴ ὑπακ. l. 10, ἔχω. 265, ad c 23, l. 6, παίζειν, & c. l. 8, & *ludus*. *Vel lud*. 268, l. 13, obſc—— 270, l. 2, à pecc. Ib. ad c. 29, l. 9, χώραν 271, l. 18, κῶν πᾶσιν. 272, l. 12, infra. 274, l. 20, qui. 276, l. 13, ἀναχέας. Sic & 277, l. 8, ac l. 27. 278, l. 2, pervertit. l 8, Qui. l. 23, ut cum. l. 25, *ſolicitos*. 280, l 14, *permiſiſſet*. & mox: majus. 281, l. 16, cogitatis. l. 21, con —— & mox: ſed. l. 25, *exortis*. l. 27. δυχ. l. 28, αἰχ 284, l. 9, παρέρχ l. 13, Faver. l. 32. αἰρῶ 285, l. 8, *verbera* l. 20, ſequuntur. Naog. l. 21. πᾶσαν θέαν, λῶ. 287, l. 1, *eodem m. i.* l. 2. *ſimiliter mor*. l. 30, mentio inc. l. 32, pro *Idem* leg. *Wolfius*. 288, l. 5, *conveniunt*. l 6, *controverſia*. Si —— 291. l. 23, ὅπ μελεῖ. 300, l. & num. 1. *Lubricus*. l. 7, παρόραμα. 302, l. 4, ἐξετ. 303, l. 11, cupiditatis. l. 29, ſibi. 304, l. 1, argumentum? l 16, *conjunctive*. 306, l. 20. χιτῶν. 308, l. 17, quæras) ſed l. 19, ſic c. l. 23, ſed. l. 29, m, *Non*. l 34, & ut. 309, l. 2, ſic. l. 4, ſic. l. 10, Quin. l. 12, ſed. l. 13, σύντροφ. 311, l. 16, perſpectis. 313, l. 18. hic π. l. 19, tenetur, non. 315, l. 10 ἤρχεν. 319, l. 7, &

ERRATA

l.7, 4 Πρ. l. 11, 5 Καὶ — ἢ πλαν. 320, l. 18, illa Na. l. 21, idem codex dele. 321, l. 13, *& ſic.* ib. *gubernaculo.* l. pen. illa.

IN PARAPHRASI GRAECA.

334, l. ult. ἀκεῖν. 335, l. 14, τῶσδε. 345, l. 8, χαίροντας. 346, l. 6, πτέρας. 348, l. 10, τῆς. 357, l. 4. ὅπως. 359, l. 7, λυσιτ. l. 15, ὀρέγ. 363, l. 15, τῆς. 366, cap. 6, l. 1, πάσῃ. 367, l. 1, ὅσις. IN VERSIONE. 327, l. 8, ſunt. In 332, l. 16, eruditi. 333, l. 8, forte. l. 15, domus; 334, l. 21, [Diab.] 339, l. 23, [chariſſimorum:] 340, l. 22, (ut v. loquuntur) l. 24, [et. 341, l. 14, dipiſci. Si —— 342, l. ult. Se cup. 344, l. 20, Quod. l. 30, an al. l. 37 & 38, [per m. n. m. eſt.] 345, l. 34, ſufficit. 346, l. 3, es. 347, fin. laudatione: vend, ob. vend. 348, l. 1, fieri; l. 17, ceas:] ard l. 22, cum. 351, fin. [vel, b.] 354, l. 23, audirem; n. 259, l. 16. appetere. l. 18, [qui t. l. 20, fecit:] ip. 360, 1, iſta in. 361, l. 16, nimio. l. 30, [cui. 362, l. pen. ſcito. 366, l. 12, dilat. cap. 70, l. 9, oratio. 367, l. 3, *chur.* IN NOTIS, 230, l. 1, ἐδέπω σ. 327, l. 2, repertus. 328, l. 4, adeo. l. 11, Plan— 329, l. ult. reliquit ? 333, l. 2, κοχλίδας. 337, l. 5, 8 Ei. 338, l. 2, 9 πλὴ. 341, l. 6, δή. Inſ. l. 7, locus, ubi. l. 9, ἀυτὸς. l. 14. obſervata, τῷ. 362, l. 8, ἐγγ. 365, l. 9, σέβεις. IN NUMERIS MARG. 328, e regione πλικ. pone: cap. IV. e reg. εὐθὺς: v. 329, ad l. 4: VI. 334, ad l. 12: XIV. ad l. 30: XV. 353, ad l. 3: XLII. ad l. 23, XLVI. 358, ad l. 29: LXIII 366, ad l. 30: LXXVII. 367, ad l. 1: LXXVIII.

IN POLITIANO.

371, l. 3, EPICTETI *ſto.* l. 7. *qui cum Cen.* 372, l. 1. *eum* 373, l. 11, *terat, ad* 375, l. 6, *verſum* 377, col. 1, l. 23. qualiſnam. l. 27. furanteis: atq. col. 2, l. 13, Vt: mo. 378, col. 1, l. 33, præbeatur, n. l. 38, nunquam. col. 2, l. 1, ſis, inq. 379, col. 2, l. 30, vivere, ſt. 380. c. 1, l. 13, eſſe v. 381. c. 1, l. 5. adverſum. l. 22, quod. col. 2, l. 14, te op. 382, c. 1. l. 9, iidem. 383, c. 1, l. 2, nihi'ne. l. 13, *Continuatio.* 384, c. 2, l. 4, quæ futura. l. 24, vinum, ſi. l. 31, glutire: int. 385, c. 1, l. 4. nunc ph. c. 2, l. 4, te. Qu l. 5, inſtar. 387, c. 1, l. 7, eſſe, n. 388, c. 2, l. 16, deferat. Il. 389, c. 2, l. 6, adieris, fer. 390, c. 2, l. 20, appos. 391, c. 2, l. 3, bland. l. 9, revereantur. l. 31, fungi arb. 392. c. 1, l. 9, & 10, igitur ſic i. q. re, Ip. col. 2, l. 21, *tentionem; & p.* l. 29, vivio ne dic, q. 393, col. 1. l. 7, Nam & oves herb. evomentes, non p. l. 25, mendici. l. 35, inſcen. 393, c. 2. l. 6, *habitus;* l. 25, ridet la. l. 28, deg. l. 33, declin, 394, c. 1, l. 2, verbo, qu. 395, c. 1, l. 8 hoc e. 396, l. 4, STOICO *ad.* 398, c. 1, l. 6, ſi. l. 29, rationis. c. 2, l. 17, indigebat. l. 25. ſit. 399, c. 1, l. 27, animus, id. c. 2, l. 7, Epictetus, q. 400, c. 1, l. 5, medit. l. 9, aut filii p. c. 2, l. 37, idem. 401, c. 1. l. 10, ſenſum Pl. 402, c. 2, l. 30, quidem et.

IN APOPTHEGMATIS.

IN GRÆCIS. 409. l. 6, ἠρησάμην, τ. l. 22, παρ, ἀλ. 410, l. pen. ἄπορ. 411, l. 14. μῦρει. 412, l. 22, ὃ φί. 413, l. 12, ἀληθείας ὑπάδων. l. 22, προαίρεσις οὐ. 419, l. 3, ἐπίσης. l. 10, ρεῖ τὰς. l. 1, καταπαλίσσει προ. 423, l. 20, πάππους; 424. l. 24, τινος, καὶ. 425, l. 3, εἶ καὶ. l. 17, ἄρχοντες, οἷς. 330, l. 10. προς μ. 432, col. 1, l. 13, τῆς δι — l. 18, μήτ. col. 2, l. 11, δεκαλία ἢ ἀλ.

IN VERSIONE. 407, l. 12, dantem, inn. 409, l. 18, lutarium. 410, l. 9,

ERRATA.

l.9, nis, immodestia: ac. l. 32, hilaritas. nam. 413, l. 9, persuadendum: pari. 418, l. 20, leones. 421, l. 4, corpus, q. 425, l. 11, esset. l. 29, Atqui Na. 427, l. 12, suos. Agr. 430, l. 9, Societ.

IN NOTIS GRAECIS ad oram positis. 411, pr. vel ὁ ῥοῦς. fin. νωνεῖν τοῖς θεράπουσι. 417, pr ῥότητος καὶ φ. 224, μέρος.

IN NUMERIS ad oram versionis. 407, dele 191, 10. 411, pr. 299, 30. 412, pr. 121, 50. 419. med. 536, 40.

IN AGELLIO. 434, col. 1, l 10, sustine. l. 19, latus. atq l. 29, sarcin. col. 2, l. 2. inquit. si. l. 14, philos. In margine; *hominibus noscitandæ. Prob.* 419, c. 1, l. 17, tat; &. l. 23, tur. sap. col. 2, l. 1, sed. l. 5, fronte.

IN ELOGIIS &c. 436. l. 15, tmemate. 439. l. 17, dele, li— 441, l. 29, sal taria. 442, l. 11, statim. 443, l. 7, ἐν ᾅδου δικαστηρίων ὑπευθυνθείη. 12, Servus. ut. l. 29, dele, ad. 446, l. 5, πηρος l. 15, *pro vot.* l. 30, ἀθ. 447, l. 2. *concio* l. 13, *cujus.* l. 18, dubitaret. *O vi.* l. 24, ult. 448, l. 17. *domuncula Ro* l. 27, *solus.* l. 35, Politia l. 36, Medicem.

Paucæ paginæ supersunt, quas videre & emendare haud licuit. Optimi etiam Waesbergii jure suo properant huic volumini finem imponere, &c.

FINIS.

BIBLIOTHECA BODLEIANA